TOMVS TERTIVS HABET

AETII AMIDENI

MEDICI CLARISSIMI DE RE MEDICA LIBROS TRES, IOANNE BAPTI-STA MONTANO MEDICO VE-RONENSE INTER-PRETE.

FRO BEN.

BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA, ANNO M. D. XXXV

TOMVS TERTIVS HABET

AETII AMIDENI

MEDICI CLARISSIMI DE RE MEDICA LIBROS TRES, IOANNE BAPTI- STA MONTANO MEDICO VE- RONENSE INTER- PRETE.



FRO BEN.

BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA, ANNO M. D. XXXV

QVAE IN LIBRO QVARTODECIMO AETII AMIDENI CONTINENTVR.

De ægritudinibus ſedis ex Galeno Cap. i
Ad inflammationes ſedis & ani, ſiue rhagades, ſiue condylomata, ſiue ulcus in cauſa fuerit Cap. ij
De rhagadibus & condylomatis ſedis Cap. iij
De thymis, ſycoſi, formicis, uerucis, clauis, reliquisq; eminentijs ani & uniuerſi corporis Cap. iiij
De hæmorrhoidibus ſedis
Quæ hæmorrhoidas euertant, aperiāt, ſiſtant & deleant Cap. v
Ad procidentem anum & de inuſtione procidentis ſedis Cap. vi
De inuſtione procidentis ſedis ex Leonida Cap. vij
De abſceſſibus ſedis Cap. viij
De depaſcentibus & phagedænicis ulceribus ſedis Cap. ix
De fiſtulis ani ex Leonida Cap. x
Ad intertrigines & uredines quę in peregrinationibus intra femora eueniunt Cap. xi
De pudendorum thymis ex Leonida Cap. xij
De rhagadibus pudendorum ex eodem Cap. xiij
De medicamentis ad rhagadas & reliqua pudendorum ulcera Cap. xiiij
Ad pudendorũ inflãmationes Cap. xv
Ad pudendorũ depaſcentias Cap. xvi
Ad pudendorũ carbunculos Cap. xvij
Ad urinarij meatus ulcera Cap. xviij
Ad pruriens ſcabioſumq; ſcrotum Cap. xix
De teſtium ſcrotiq; inflammationibus ex Leonida Cap. xx
De ramice aquoſo ex Leonida Cap. xxi
De inteſtinorum ramice ex eodem Cap. xxij
De inguinali ramice Cap. xxiij
Præfatio ad emplaſtrorum confectionẽ ex Galeni monumentis, & de eorum decoctione, quæ in ipſa conijciuntur Cap. xxiiij
De cruentorum uulnerum curatione ex Galeno Cap. xxv
De uulneribus neruorum ex Galeno Cap. xxvi
Curatio ad neruos in ulceribus denudatos & uulneratos Cap. xxvij
De nerui contuſione Cap. xxviij
Dd inguinibus ex Galeno Cap. xxix
De quacunq; inflammatione ex eodem Cap. xxx
De abſceſſibus Cap. xxxi
De concauis ulceribus nequaq̃ maleficis, uiaq; & ratio quomodo ulcera curari oporteat ex Galeno Cap. xxxij
Medicamenta linamentis imponenda quæ emmota uocantur ad ſuppurandum, repurgandum & incarnandum Cap. xxxiij
De aridis medicamentis, quæ cephalica appellantur ad repurganda ulcera & incarnanda Cap. xxxiiij
De oſſibus in quibus caro præter modum excreſcit, & quæ cotractione indigent, & de medicamentis ualide exiccantibus ex Galeno, in quibus eſt & quod rhodium appellatur Cap. xxxv
De ulceribus minime maleficis, quæ cicatrice indigent ex Galeno Cap. xxxvi
Arida ulcera nequaq̃ malefica ſolidanda Cap. xxxvij
Emplaſtra quæ ulcera non malefica ad cicatricẽ inducunt Cap. xxxviij
De maleficis ulceribus, & quæ cicatricem effugiunt Cap. xxxix
De ſimplicibus medicamentis ulcera malefica ſine eroſione exiccantibus Cap. xl
Modus prædicta medicamenta ſimplicia ad uſum ducendi Cap. xli
De ligatione, uiaq; & ratio quomodo curare oporteas Cap. xlij

De emplaſticorum medicamentorum compoſitione ad malefica ulcera Cap. xliij
De ulceribus quae diſſoluuntur,& ad tibiarum ulcera diuturna Cap. xliiij
Ad extremorum ulcera Cap. xlv
Ad calloſa extremorum Cap. xlvi
Aduerſus ulcerum uermes Cap. xlvij
Ad depaſcentias & putrida ulcera Cap. xlviij
Arida cruſtas inducentia ad depaſcentias Cap. xlix
Arida ad depaſcentias Cap. l
Papilli ad depaſcentias utiliſſimi Cap. li
De eruptione ſanguinis ex Ruffo,& de cruſtam inducentibus Cap. lij
Putrefactoria,& adurentia medicamenta Cap. liij
De ſinibus ex Galeno Cap. liiij
De ſinibus attritis ex eodem Cap. lv
De fiſtulis,& fiſtularum ad os deſinentium dignotione Cap. lvi
De gangrena & ſphacelo ex Galeno Cap. lvij
De canceroſis tumoribus ex eodem Cap. lviij
De carbunculis ex eodem Cap. lix
De eryſipelatis & ad ea Galeni cerata Cap. lx
De herpete ex eodem Cap. lxi
Ad epinyctidas Cap. lxij
De termintho Cap. lxiij
De phlyctaenis ſiue bullis Cap. lxiiij
De incenſionibus igniſq; aduſtionibus Cap. lxv
Ad eos qui in iudicio fuerint flagellati Cap. lxvi
Ad apoſyrmata Cap. lxvij
Ad intertrigines Cap. lxviij
De contuſione ex Galeno Cap. lxix
De fracturis & uulſionibus Cap. lxx
De ſpaſmate ſeu tractione Cap. lxxi
Ad torſiones articulorum Cap. lxxij
Ad relaxatos articulos Cap. lxxiij
Praeſeruantia à perniónibus Cap. lxxiiij
Ad digitorum pterygia Cap. lxxv
Ad reduuias Cap. lxxvi
Ad contuſos ungues Cap. lxxvij
Ad ſubcruentos ungues Cap. lxxviij
Ad commotas ungues Cap. lxxix
Ad ſcabioſos & leproſos ungues Cap. lxxx
Ad reparandos ungues qui deciderint Cap. lxxxi
De annulis in digito impactis Cap. lxxxij
Ad clauos plantarum Cap. lxxxiij
Ad plantarum rhagadas Cap. lxxxiiij
De crurum reliquorumq; membrorum uaricibus Cap. lxxxv
De brachiorum,ac crurum dracunculis ex Leonida Cap. lxxxvi
Ad morum Cap. lxxxvij

AETII AMIDENI DE RE MEDICA LIB. QVARTVS- DECIMVS IOAN. BAPTIS. MONTANO medico Veronenſe interprete.

De ægritudinibus ſedis ex Galeno. Cap. I

AEGRITVDINES ſedis multis de cauſis ſanatu difficiles ſunt. primo enim ea pars ſenſu uegetiſſima eſt, iamq́ ſępius oſtēdimus huiuſcemodi membra ab acrioribus medicinis facillime irritari. Deinde excremēta alimēti, preterq́ ꝙ ipſa priuatim erodant, præſertim ubi bili acriq́ interdum tabo permixta fuerint, liberam etiam applicandarum medicinarum poteſtatem medicis interdicūt, quum quibuſdam temporibus minime congruis ſæpe æger ad egerendum prouocetur. Adde quòd caliditas & humiditas loci refrigerantibus & exiccantibus indigens, non parum facit ad reddenda ulcera curationi rebellia, quoniam mordicationem, quam res adſtringentes inferunt, locus ſenſu uegetiſſimus tolerare nō poteſt. propterea his præ cæteris medicamenta conueniunt, quæcunq́ ſine aſperitate adſtringūt, qualia maxime ſunt metallica, neq́ acria, neq́ plurimū acerba, quæ ſi lota fuerint, abſq́ eroſione rem quæſitam perficient. uos igitur hæc cōmunia obſeruantes ad expertam materiam deinceps deſcribendam accedite.

Ad inflamationes ſedis & ani, ſiue Rhagades, ſiue Condylomata, ſiue ulcus in cauſa fuerit. Cap. II

PAlmularum paſſarum, panis ſiliginei ſing. unc. xi. croci. drac. xi. palmulas & micas panis in ſapa madefactas ſubigito, & illinito. ubi uero inflammatio lenita ſit, diminuto pane, palmularū & croci pondus augebis ſicut medici factitant. At quando inflammationem recurabis, ceruſſam & ſyricum pari pondere ad ultimam minutiem rediges, atq́ id medicamentum aridum ulceri applicabis, quod etiam facit ad cōdylomata. Dactylicum optimum ad Rhagadas, condylomata & dolores confeſtim ſedandos, Curat etiam ulcera phagedænica, malefica, & cicatrici rebellia. Quæ enim extant, contrahit, & concaua replet, facit & ad tibiarū uitia, quæ anticnemia uocantur, quod ita habet. Maſtichæ, ceruſſæ, ſpumæ argenti, ſucci hyoſcyami ſing. unc. i. olei myrtini, aut lētiſcini quod ſufficit, & ſi maiorē quoq́ ſucci hyoſcyami copiam addideris, nihil nocebis. ſeruatur in plumbea pyxide. Hedricū Oribaſij: olei myrtini lib. i. ceruſſæ unc. iiij. thuris unc. ij. ceruſſam cū oleo myrtino uſq́ ad melleam conſiſtentiam decoquito, deinde thus prius in mortario tritum conijcito, & unito. Aliud Oribaſij probatum. Thuris drac. x. myrrhæ drac. vij. opij, butyri, uitellorum oui aſſatorum, cadmiæ uſtæ & lotæ, ceræ hetruſcæ ſing. drac. iiij. aluminis ſciſſilis drac. ij. pompholigis, drac. vi. adipis anſeris, roſacei ſing. drac. xvi. medullæ ceruinę, ceruſſæ ſing. drac. xiiij. plumbi uſti, & loti drac. viij. lapidis hæmatitæ drac. i. œſypi drac. iiij. arida, è uino terito. Aliud eiuſdem quod ambroſium inſcribiī. Ceræ, mellis, olei roſacei, ſpumæ argenti, ceruſſę, adipis capræ, butyri recentis ſingu. unc. iij. & thuris unc. i. Aliud Hedricum dolorem mitigans. Spumæ argenti, ceruſſæ, ceræ ſing. unc. i. roſacei unc. vi. croci, medullæ ceruinæ, ſing. drac. iiij. meliloti unc. i. terebintinę drac. ij. interdum &

duos aut tres uitellos ouorum aſſos. Spumam uero argenti & ceruſſam ablutas eſſe oportet, & areſactas, quæ poſtea ſubiguntur in paſſo cum meliloto & croco.

Ad ſedis Eryſipelata.

Emplaſtri diachilon, panis ſiliginei, ſing. lib. i. croci unc. i. opij drac. iiij. roſacei lib. ij. crocus quidem & opium in paſſo, panis uero in aqua madefiat, quibus deinde contritis, liquida admiſcebuntur. confert id etiam podagræ. Aliud hedricum Andreæ. Adipis anſeris, ceræ, thuris, medullæ ceruinæ, florum roſarum, pompholygis lotæ, cadmiæ mollis, plumbi uſti & loti, ſing drac. iiij. ceruſſæ drac. viij. cerebri gruis drac. ij. opij drac. i. & ſem. œſypi drac. y. ſucci ſeridis heminam unam, roſacei unc. vi. conficE ſicut prædiximus.

Ad Eminentias.

Radicem agreſtis rumicis adhuc uirentē dempto cortice paululum madeſieri ſinito, deinde ubi æger excrementa reddiderit, prius abluta ſede linteoloq; deterſa ſuccum radicis ſuper eminentiam exprimito, quod decreſcēte luna fieri oportet.

Aliud optimum ad omnem ſedis inflammationem.

Malicorij unc. i. & ſem. meliloti unc. i. ſucci fœnogræci heminas quatuor, uini dulcis antiqui heminas quinq;. malicorium & melilotum in uino ad tertias decoquito, quibus deinde expreſſis, & abiectis herbas tritas uino adijcies, ſpumæ argenti lotæ unc. ij. pompholygis lotæ, thuris ſingu. unc. ij. plumbi uſti unc. i. poſtea colliquabis ceræ hetruſcæ unc. ij. myrtini olei, roſacei ſing. unc. iij. butyri recentis ſine ſale, œſypi ſingulorū unc. ij. medullæ ceruinę, adipis anſeris ſing. unc. i. atq; in hæc poſtea refrigerata, ſeridis ſuccum paulatim infundes, ac cæteris admiſcebis.

Aliud Andromachi quo utor inquit Oribaſius.

Roſarum uiridium drac. vij. lactis mulieris heminam unam, ſpumæ argēti lod drac. viij. caliculorum papaueris drac. iiij. oua cruda integra duo, butyri recentis, œſypi, malicorij contritiſſimi ſing. drac. ij. mellis unc. ix. roſacei aut myrtini olei unc. vi. ceræ unc. viij.

Aliud quo utor.

Ceruſſæ, ſpumæ argenti ſing. drac. v. thuris, aluminis ſing. drac. iij. croci triobolum, uini & roſacei quod ſufficit. Aliud ad ſedis inflammationes. Sandarachę unc. i. exquiſitiſſime terito, deinde olei unc. iiij. in ſartaginem fundito, quod ubi feruere cœperit ſandarachā paulatim inijcito, aſſidueq; uerſato, ne ſubſideat, aut inflammetur. Quum uero ad emplaſtri formam acceſſerit, tollito & ſeruato.

Emplaſtrum diapompholygos ad inflammationes ſedis rhagadas & ulcera.

Spumę argēti, ceruſſæ ſing. unc. i. pompholygis, croci, adipis anſeris ſing. drac. iiij. ouorum aſſatorum uitellos duos, uini antiqui & olei roſacei quod ſufficit.

Aliud ad inflammationes. Ceruſſæ unc. iiij. pompholygis, cadmiæ mollis, thuris ſing. unc. i. ſucci ſeridis heminam unam, omnia ſimul ſubigito, ſuccum ſeridis paulatim inſtillando, deinde ceratum ex libra roſacei & cerę ſemiſſe conficito, cui refrigerato & mundato cætera commiſceto, & per tubulum quem à pure trahendo piulcum uocant, inijcito, poſtea adhibito emplaſtro lanam ſuper ligato. facit & ad rhagadas, & ulcera cum feruore, & eroſione.

De rhagadibus & condylomatis ſedis. Cap. III

Accidit in ſede condyloma quando reduplicatis ani corpuſculis ruga quędā præter naturam inſurgit, & intumeſcit. cum enim anus ſinuoſus ſit, rugas annexas habet. ergo intumeſcente ruga condyloma generatur, quod interdum molle & ſine inflammatione eſt, interdum inflammatum durum & dolorificum. rhagades autē quandoq; in muſculo claudente quem ſphincterem uocant, quandoq; in

doq; in circulo fiunt,eueniuntq́;,uel ob acrium humorum defluxũ, uel ob inflam‑
mationem extenſionemq́; condylomatum,quibus partes adiacentes franguntur.
Hæc omnia in principio quidem medicamentis curantur,producta uero medica‑
tione, induratoq́; & ad calli formam perueniente affectu, ad manuum opus con‑
fugerę oportet,condylomate quidem uolſella extenſo & à baſi exciſo,rhagadum
autem calloſis labijs exſculptis,ut nouum ulcus mite,& purum perſiſtens medica
tionem cõmodam reddat,quod quidem poſt chirurgiam, primo ſuppurare opor‑
tet,deinde mũdiſicare,poſtea ad cicatricem perducere,præſidia uero quæ in prin
cipio adhibentur huiuſcemodi ſunt. Lucij medicamentum ad ſedis inflamma‑
tiones & rhagadas,quod etiam ad teſtium inflammationes confert. Ceruſſæ unc.
v.ſpumæ argenti unc.i.s. ſcoriæ ferri lotæ,aluminis,thuris ſing.unc.ij. è uino al‑
bo antiquo terito,deinde cerato roſaceo aut myrtino admiſce & utere. facit & ad
uirilium ulcera præſertim in corona glandis & præputio exiſtentia,quæ linamen
tis mundificari nequeunt,& medicamẽto ad depaſcentias confecto exacerbãtur:
omnino autem quæcunq; condylomatis applicantur adſtringentia eſſe oportet.
Aliud ad condylomata. Miſy torrefactũ cum terebinthina liquida ad emplaſtri
conſiſten am excipito,fomentoq́; prius ex aqua adhibito tanq̃ admirandum ap
ponito. Aliud ad rhagadas ſedis & cõdylomata inflammata. Cadmię mollis ter
exuſtæ & lotæ,ſpumæ argenti lotæ,ceræ ſing.unc.ij. ouorum aſſatorum uitellos
duos,defruti cyathum unum,roſacei tantundem,commiſce & utere. Aliud ad
rhagadas inflammatas,eroſiones,& feruores:quo ego ſemper uſus,nullo alio me
dicamento indigui. Collyrio ſtellæ,aut è thure cõfecto,aut cuipiã tali, hyoſcyami
ſuccum,& defrutum admiſceto, deinde adijcito roſacei quod ſufficit, ut glutinis
habeat conſiſtentiam,atq; id iugiter ſedi illinatur:primo enim dolores ſedabit,de‑
inde ſanabit ulcera.potes etiam ſingula ex quibus collyrium cõficitur, cum uino
ſubigere,& paſtillos formare,atq; uſus tempore cum defruto & roſaceo diluere.
Aliud. Andromachi quo utor ad ſedis rhagadas,& condylomata inflãmata.
Lapidis hæmatitæ,ammoniaci thymiamatis,thuris,,aluminis rotundi ſing. drac.
ij.gallæ, croci ſing.drac.i. terebinthinæ drac.iiij. ceræ hetruſcæ drach.xij. roſacei
unc.iij.utere ad ſedem quidem cum roſaceo,ad uuluam aũt cum unguento ſalca.
☞ Aliud ad condylomata & rhagadas quo nihil pręſtantius. Aluminis ſciſſilis
drac.iij. croci drac.iiij. ceruſſæ drac.ij. opobalſami drac.i. thuris drach.iiij. aloes
drac.ij.œſypi & ceræ ſing.drac.viij. liquanda liquato, & aridis prius tritis admi‑
ſceto & utere. Ad rhagadas,& inflãmationes & condylomata ſedis mitigato‑
rium Rhoidarij. Ceruſſæ,ſpumæ argenti par põdus cõfice,& arido utere Aliud
ad rhagadas ſedis & pudendorũ. Reſinam piceæ aridam cum roſaceo ad glutinis
conſiſtentiam ſubigito,deinde addito oui aſſati uitellum,& illine. Aliud. He‑
deræ foliorum crematorum cinerem cum uino & roſaceo in plumbeo mortario
ſubigito,& utere. Aliud. Linteorum fruſtula cremato,& cinerem adiecta a‑
myli pari menſura cum ſucco foliorum oliuæ ſubigito, & utere. Aliud Maiæ
ad rhagadas & condylomata. Gallæ,plumbi ſing.drac.viij.ceruſſæ, myrrhæ ſing.
drac.iiij. terito & utere. Paſtillus qui uirtus Andromachi inſcribitur, ad rhagadas
& condylomata maximos dolores protinus ſedans. Stibij, acaciæ, plumbi uſti &
loti ſing.drac.xvi.ſpodij,põpholygis lotæ,fructus ericę, aluminis ſciſſilis,thuris,
atramenti ſutorij,myrrhæ,opij ſing.drac.viij.cum uino ſubigito,& paſtillos con‑
ficito,atq; uſus tempore cum paſſo diluito. Paſtillus hedricus ad ulcera ani rhaga
das & cõdylomata:Pompholygis lotæ,terrę ſamię,amyli,lemnij ſigilli,aloes uſtę
& lotæ,thuris,ſandycis,plumbi uſti & loti,radicis ſymphyti,centaurij ſing.unc.ij
croci,ſquãmæ ęris,opij ſing.unc.i.tragacanthę unc.i.s.in uino aſſumito & utere.

Peſſarium hedricum ad omnia ulcera ani,rhagadas,& cõdylomata cõueniens & ad locos muliebres,Licij indici,glaucij,aloes,thuris, myrrhæ trogloditicæ, acaciæ ſing.unc.s.cadmię,pompholygis lotæ,plumbi uſti & loti,lemnij ſigilli, lapidis hęmatitæ ſing.unc.i. quæ omnia in muliebri lacte præmadeſcant, opij uſti drac.vi. tragacanthæ unc.s. cuncta ſimul cũ hydroroſato aſſumito & utere. Aliud Oribaſij quod phicotyche inſcribitur. Thuris, myrrhæ ſing.drac.vij. opij, cadmiæ, pompholygis,ceræ hetruſcę ſing.drac.iiij.aluminis ſciſſilis,butyri ſing.drac. ij. adipis anſeris,roſacei ſing.drac.xvi. Aliud eiuſdem ambroſia inſcriptum. Ceræ, mellis,olei irini,ſpumæ argenti, ceruſſę, adipis capræ, butyri ſing.unc.iij. thuris unc.i.roſacei drac.vi.croci drac.iiij.medullæ ceruinę,amyli ſing.tantundem, meliloti unc.i.terebinthinę drac.ij. interdum & duo aut tres ouorum uitelli adijciuntur.ſpuma argenti & ceruſſa lauantur & exiccantur, deinde cum croco meliloto & amylo è paſſo teruntur. Aliud ad calloſa ulcera poſt chirurgiam. Thuris unc. iiij.ſpumæ argenti,ceruſſæ,cadmiæ ſing.unc.ij.aluminis ſciſſilis, cnici, aloes,miſyos aſſi ſingu.unc.i.è drach.duabus uini adſtringentis terito, deinde cũ roſaceo conficito & utere.Paſtillus ex ſolano ueſicario ad Heram relatus, qui nũc paſſim conficitur,faciens ad rhagadas ſedis & pudendorum,item ad ulcera,condylomata,thymos,formicas,& ad omnem eminentiam,ad epinyctidas,reduuias,pſydracia,eryſipelata,purulẽtas aures,& labiorum plantarumq; pedis rhagadas:ſpumæ argenti drac.xxiiij.ceruſſę drac.xij. corticis ſicci radicis ſolani ueſicarij drac.viij. atramenti ſutorij,aluminis ſciſſilis,mellis ſing.drac.iiij.ſubige cum aqua,& paſtillos confice,& utere,ad inflammatas quidem partes cum lacte diluens, ad cicatricem uero reducendam cum uino. Andromachus tamen ita ipſam præparat. Ceruſſę unc.i.ſpumæ argenti,aluminis ſciſſilis,corticis ſolani ueſicarij,atramenti ſutorij,rubricę ſinopicę ſing.unc.vi.cum aceto ſubige & paſtillum confice. Alius ad cicatricem inducendam in ſedis ulceribus.Cadmiæ uſtæ & uino extinctę & lotę,ceræ ſing.unc.i.olei myrtini lib.i.arida è uino terito,quot diebus ſuffecerit,ceratoq; liquato & refrigerato admiſceto & utere. Alius ad idẽ. Cadmiæ ter uſtę & lotę,plumbi uſti & loti,diphrygis ſing.unc.i. cum uino ſubigito,& in cerato aſſumito,quod habeat ceræ unc.v.terebinthinæ drac.xiiij.myrtini olei unc.v. conſice & uſus tempore,ſumito medicamẽti unc.ij.cerę unc.iiij.myrtini olei quod ſufficit. Alius rhagadas & ulcera ad cicatricem ducens. Seminis ſpinæ ægyptiæ unc.ij.maſtichæ unc.i.ſingula ſeorſum terito,& commiſceto, & ſedata inflammatione ſuper ulcus inſpergito,& cicatricem induces. Alius. Lapidis phrygij ter uſti & uino extincti,cadmiæ uſtæ & lotę,ceruſſę lotæ,aloes, thuris ſing. drac.iiij. ſquammę æris lotę,diphrygis ſing.drac.ij.exquiſitiſſime terito & utere. Alius. Ericę fructus gallę,thuris,acaciæ par pondus tere & inſperge. Oribaſij paſtillus ad cicatricem inducendam faciens & ad rhagadas pręputij & ani. Aeruginis, aluminis ſciſſilis,plumbi uſti partes ęquas terito cum aceto & utere.

De Thymis,ſycoſi,formicis, uerucis, clauis, reliquisq; eminentijs ani & uniuerſi corporis. Cap. IIII

THymi nomen à corymborum montanæ herbæ ſimilitudine tranſſumptum eſt. Qui enim in corpore thymi enaſcuntur, turgidæ quædam excreſcentiæ ſunt,aſperę,ſubrubræ,oblongę pręter naturam auctę,in exciſione lõge plus emittentes ſanguinis quàm magnitudini ſuę requiratur. frequẽs eſt hic morbus circa ſedem,pudenda & femora,inuadit tamen quãdoq; & faciem. Thymorum quidã puſilli ſunt,& à medicis eminentię uocantur,quidam magni,ac proprie thymi appellantur,quidam maiores,quos ſycoſes uocant.Eorundem alij mites,alij feri: mites exiguæ carnes ſunt, inæquales, eminentijs ſenſum latentibus,ſcabræ, colore

candidę, aut ſubrubræ, dolore carentes: feri autē duriores, ſcabriores, amplioresq; ſunt, feculenti, colore liuidi, dolorem punctionemq; inferētes, manuum præcipue attactu, & medicamentorum applicatione. Ac reliqui quidem curatu faciles ſunt, feri uero inſanabiles. Qui tamen etiam interdum curantur, non exciſi à radice, quemadmodum cætera ſolent, ſed amputatione totius membri, in quo fuerint. Acrochordon autem, id eſt uerruca, turgida quędam eminentia eſt, ita appellata, quòd apici inciſæ chordę maxime aſſimuletur. eodem modo formica tumens & calloſa eminentia eſt, colore nigricans, baſi lata, & in cute ſeſſilis, in exciſione dolores afferens morſiunculis formicę animalis ſimillimos, à quo etiam nomen accepit. Reddit & hæc dum abſcinditur longe maiorem ſanguinis quantitatem, quàm ſuæ paruitati congruat. Clauus autem calloſa eminentia eſt capiti claui ſimilis, frequens circa calcanea & manuum extremitates. Magnas præterea eminentias in facie apparentes, à magnitudine nomen transferentes ſycoſes uocant. Thymos igitur tam mites quàm maleficos primo quidem medicamentis curare tentabimus, ac mitibus ea quæ contrahendi facultatē habent, maleficis uero quæ ad canceroſa ulcera, præſertim mamillarum & uteri deſcripta ſunt applicabimus. Deuictis autem medicamentis, & protracta curatione, thymos ani uolſella exerentes à baſi amputabimus, & aridum medicamentum ſiſtendo ſanguini idoneū apponemus, quale eſt Flauum, omninoq; uſq; ad ſanitatem adeptam exiccantia medicamenta adhibebimus. Vnctuoſæ enim materiæ uſus recidiuam ægritudinem facit. ſed ad thymos, qui partes magis expoſitas occupauerint, poſt amputationem ſi plures magniq; fuerint, tum ſiſtendi ſanguinis, tum recidiuæ prohibendæ gratia, cauterium tentabimus, quo peracto curationem reliquis uſtionibus cōmunem eligemus, cum his inquàm prius, quæ cruſtas abſcindant, deinde cū his, quæ repurgent, poſtremo cum exiccantibus procedendo. Ad cruſtas autem horū morborum exterendas lac & mel linamentis illinitur. thymis uero ſcalpro tantū amputatis poſt amputationem aridum, quod ſanguinem ſiſtit applicare ſolemus, ad exiccatoriam deinceps curationem, ſicuti diximus, accedentes. Cæterum medicamenta quæ abſumere, exiccareq; thymos poſſunt, ea ſunt quæ communi ratione etiam ad uerrucas & formicas conueniunt, quale eſt hoc, faciēs ad ſedis pudendorum, & reliquarum partium corporis thymos. aluminis ſciſſilis, atramenti ſutorij torrefacti, glutinis tauri ſing. unc. i. ſquammæ æris unc. ij. terito quæ teri poſſunt, & cum tauri glutine prius in aceto diluto ſimul confice & illine. Ad thymos ſedis & ad dura cōdylomata inflammatione carentia, & ad ſycoſes, ſquāmę drac. i. ſandarachæ drac. ij. auripigmenti drac. x. aluminis ſciſſilis drac. iij. terito ſeorſum, deinde cum roſaceo ad glutinis conſiſtentiam conficito, & copioſe illinito linteolumq; adalligato, ac bis ſingulis diebus curato. At ſi reliquę corporis partes hoc ipſo morbo afficientur, idem medicamentum aceto dilutum applicabis. Thymos autem ſedis & cōdylomata mirum in modum reprimit, inflāmationesq; ſedat paſtillus Andromachi qui uirtus inſcribitur, paulo ſuperius in tertio capite de ſedis rhagadibus ac condylomatis explicatus. Alius Heraclidæ tarentini ad diuturnas formicas. Sulphuris uiui, ſandarachę, atramēti ſutorij ſing. partes æquales cum aceto conficito & paſtillum formato, atq; uſus tempore, aceto diluens illinito. Nos uero adijcimus æquam elaterij partem, facitq; mirum in modū ad formicas & uerrucas. Sūt autem formicæ ſcalpro prius circumſcalpendę, deinde medicamentum illinendū. Alius Oribaſij ad uerrucas & formicas. Fecis uini uſtæ, calcis uiuę, æruginis, portiones ęquas cōficito, quo medicamento ſtatim decidēt: ubi uero deciderint communis ulcerum curatio adhibebitur. Alius Chalcitidis drac. vi. ſandarachæ drac. iiij. cadmiæ drac. x. cōfice & illine cū aceto, donec uer-

rucæ

ruc̨ deciderint. Alius malinus aridus. calcis uiuæ partes duas, auripigmenti partem unam, auripigmento prius ex aqua trito calcē adijcito, deinde uaſe aqua repleto areſieri ſinito, quod ubi ter repetiueris in ficuli procul ab omni humiditate ſeruato. confert hic ad thymos, formicas, uerucas, pterygia, callos, depaſcentias, & cicatrices. Aliud. Auripigmenti drac. viij. ſandarachæ, ſulphuris uiui ſing. drac. vi. elaterij drac. viij. radicis chamæleonis nigri drac. iiij. dilue in aceto, ac paſtillos confice, & utere cum aceto, prius tamen formicarum baſi ſcarif cata, ſicut proxime diximus. Aliud medicamentum quo uſus thymos maleficos ſanaui. Elaterij, auripigmenti ſing. drac. viij. ſulphuris uiui drac. x. glutinis piſciū drac. iiij quę teri poſſunt trita cum glutine piſcium aceto diluto aſſumito & utere, ad alios quidem affectus cum aceto diſſoluens, ad ſedis uero uitia cū roſaceo. quomodo uero piſcium gluten diſſolui oporteat antea docuimus, ubi de ſanguinis ſputo tractauimus in paſtillo qui gluten piſcium aſſumit. Paſtillus Paſionis ad malefica ulcera, quæ poſt inciſionem & inuſtionem ſuperuenerint, & ad thymos, formicas & uerrucas. Squammæ ęris, drac. xij. æris uſti, ammoniaci, aluminis rotundi, æruginis ſing. drac. viij. thuris drac. xvi. omnia pręter thus terito, & adiecto aceto ſoli pluribus diebus exponito, poſtea thure addito, rurſus exquiſitiſſime terito & paſtillum formato, iugiterq́ꝫ cum aceto illinito donec integre exciderint, in ſedis tamen affectibus cum paſſo diluendus eſt. cinis uero foliorum uitis aut acinorum uuæ cum aceto dilutus, ſycoſes, thymosq́ꝫ & condylomata exciſa ſanat, neq́ꝫ amplius augeri ſinit, immo & nō exciſa generoſe abſcindit. Puluiſculus ad eminentias intrinſecas & extrinſecas, quas prius ꝓprio lotio abluere oportet, deinde puluiſculū applicare. Miſyos, aluminis ſciſſilis, gipſi, æruginis ferri, portiones ęquas confice & utere. Aliud medicamentum: ſedum in uino uſq́ꝫ ad tertias decoctū propinato, quod quidem probatū eſt. conferunt & mirum in modum fungi amanitæ in aceto aut uino cum chamedrye & polio decocti, & illiti. Aliud ad ſycoſes. ſideritidem ueram cū aceto ſubactam, uel gallam aceto pręmadeſactam illine.

Aliud. Picum martiū torrefactum cum ſale applicato. Aliud. Folia betę cum aſſungia porcina terito & appone. Aliud Oribaſii ad thymos in quocūq́ꝫ loco euenerint: chalcitidis crudæ, miſyos crudi ſing. unc. iii. ſquammę drac. iiii. aluminis ſciſſilis drac. iii. cōfice, & aridum applica, loco prius uino aut aceto pręmadefacto. Aliud ad uerucas: ſulphuris uiui drac. ii. calcis drac. iii. bituminis, ſandarachæ, pumicis ſing. drac. ii. ſumito in aceto & illine. Aliud ad thymos, galla & alumine ſciſſili admixtis utere, uel calcem, auripigmentum, piper, ſal, garum confice & applica.

De Hæmorrhoidibus ſedis.

Quæ Hæmorrhoidas euertant, aperiant, ſiſtant & deleant. Cap. V

SAtis conſtat hæmorrhoidas à ſanguinis defluxu nomē ſortiri, quę ueluti aneuriſmata, id eſt, dilatationes quædā locales uenarum in ſede apertarū ſunt, temporis progreſſu ad calli naturam accedentes. harum alię cęcę, alię apertę dicuntur: ac cæcę quidem ſemper intumeſcentes, nihil aut parū admodum excernunt: apertę uero certis quibuſdam temporibus panduntur, & cruorem emittūt, quod morbi genus plurimorum ſępe malorum origo eſt. nam & deformitatem, & uitam miſeram, interdum & mortem affert. deformitatē, quoniam nimia inanitione uniuerſum corpus decoloratur. uitā miſeram, quoniam perpetuæ imbecillitati occurendum eſt. Mortem, quia frequenter iocinore ob excedentē euacuationem refrigerato, aqua intercus ſuperuenit. Expedit igitur, ut poſt rectā uiuendi rationem, & ſanguinis miſſionē hæmorrhoidas penitus delere enitamur, nulla earum ſicut aliqui uoluerunt dimiſſa. fieri enim poteſt, ut integra hæmorrhoidū ſublatio, optimum curandi finem adipiſcatur, ſi oportune uena ſecetur, & cōgrua

uictus ratio toto tempore adhibeatur, quemadmodũ Hippocrates uoluit. hæmor
rhoidas diuturnas inquit ſananti, niſi una ſeruetur, aquæ intercutis, aut tabis peri-
culum imminet. neq; enim ut quidam aſſerunt excernendi ſanguinis gratia unã
ſeruandam putauit, ſed tunc tantum, quum congrua uiuendi ratio negligitur. &
quod id Hippocrates intellexerit, aphoriſmi diſtinctio oſtendit. ait enim. hæmor-
rhoidas diuturnas ſananti. eſt autem ſanatio integra morbi ſolutio, & legitima cu
ratio. Non ergo ſecundũ Hippocratem ulla hæmorrhoidũ dimittenda eſt, ſed om
nes prorſus delendæ: poſt quarum integram ſanationem, oportuna uictus ratio-
ne ad naturalem habitum ægrum ducere oportet, adiecta iugiter uenæ cubiti ſe-
ctione, quoties in uniuerſo corpore molem ſanguinis collectã uerebimur. Primo
igitur ægrũ cibi paucitate, & aquæ potione præparabimus, aluumq; affatim mol
liemus, tum ut aridum ſtercus commodius egeratur, tum ut irritata ſedes facilius
inuertatur. Poſtea ad chirurgiam accedemus, quemadmodũ alibi in chirurgicis
declarauimus. ſingulas enim hæmorrhoidas uolſella protrahimus, illarumq; ba-
ſim ſcarificamus, & eadem uolſella intorquemus, deinde paruo interiecto ſpatio
deligamus, & amputamus. intorſio enim conſtrictioni cõferens ita uenas afficit,
ut inde ſanguinis eruptio haud multum uerenda ſit. Ergo producta hæmorrhoi-
de, baſiq; ſcarificata & intorta, uolſellam miniſtro retinendam committimus, atq;
inde ad reliquas accedimus, ſimili modo ſingulas uolſella protrahendo, ſcarifican
do, & funiculis deligando, ac miniſtris cõmittendo. Deinceps quam primam pro-
traximus, primã quoq; amputamus, & ita ſeriatim ad ſingulas quaſq; pergimus:
demum amputatis omnibus aridum medicamentum ſiſtendo ſanguini idoneum
applicamus, ac ſpongiam filo annexam imponimus, altero fili capite exterius o-
miſſo: deinde linamentis, ſpongijs uinculiſq; deligãdæ ſedi idoneis admiſſis opti-
mum curandi modum aggredimur, nã reliquam medicationem cæteris ferè com
munem habebimus. Chirurgiam igitur ad hæmorrhoidas remouendas breuio-
rem tutioremq; iudicamus. quoniam uero multi aſſidua hæmorrhoidum purga-
tione ueluti mulieres melius habẽt, alij formidoloſi ferri applicatione deterrẽtur,
ideo medicamenta quoq; explicabimus, quibus hæmorrhoides uel quædam uel
omnes auferri poſſunt. ſed quum tantum inuerſæ ſedi medicamenta cõmode ap-
poni queant, ea prius recenſere oportet, quæ eiuſmodi uires habeant. cyclamini
ſuccus circumſuſus hæmorrhidas excitat, ſedem inuertit, neq; eam dum chirurgi
manus admouent, cõtrahi ſinit. Magni medicamentum, ad hæmorrhoidũ inuer-
ſionem præparatũ. Piperis & nitri portionibus æquis locũ an[illegible]ttingito. Aliud.
Aphronitri, fellis tauri, uuę taminię portiones æquas terito & mellis portiũcula
adiecta ſedi applicato. Aliud. Cyclamini ſuccus cũ melle ad mediocrem con
ſiſtentiam decoctus efficaciſſimus eſt. Aliud ad hęmorrhoidas ablatu difficiles
inuertendas. Succi centaurij, aluminis liquidi ſing. drach. ij. miſyos, uuæ taminiæ,
ſing. drac. i. cum melle aſſumito, & ſedi illinito, aut lanam medicamento madefa-
ctam intra anũ imponito. ubi uero prominuerit proſilieritq; ſedes, & hęmorrhoi-
des apparuerint, admoueto ea, quæ ad hæmorrhoidas deſcribentur. Quod ſi ab
eiſdem ſanguinem elicere maluerimus, unguentum amaracinum, aut herbę per-
dicij folia cõtuſa, aut mercurialem tritam, aut fel bubulum circumlinimus, quod
etiã cũ linamento imponimus. ſin cõtrà ſanguis ſiſtendus ſit, aloẽ aut ſquãmam
ferri, aut plumbum uſtum cum poſca applicamus. Aliud. Sanguinem hæmor-
rhoidum confeſtim reprimens. acacię ruffæ, plumbaginis ſing. drac. iiij. tragacan
thæ drac. ij. ſingula ſeorſum contrita, deinde cõmixta cũ aqua ſubigito, quod me-
dicamentũ ſuper linteo craſſiuſcule extenſum appones. Ad hæmorrhoidas, om-
nemq; ſanguinis eruptionẽ. mororũ acerbiſſimorũ aridorũ unc. i. s. chalcitidis tan

tundem, lapidis molaris drac.i. pennarũ corui drac.xxi. pennatũ extrema torrefacito & terito, deinde omnia ſimul cũ uino ſubigito, & in hæmorrhoidas inijce, exteriori uero ſanguinis eruptioni illine & applica. Aliud ad ſanguinem comprimendum hęmorrhoidasꝗ delendas experimẽto probatũ. Braſſicæ caules exiccatos tuſos & in tenuiſſimas partes diſſectos cũ candido canis ſtercore in fictili exquiſitiſſime includito, deinde ad carbonis formã comburito, quod aridũ in pyxide parua ſeruatu ſuo tempore hęmorrhoidibus illines, ſede prius uino adſtringẽti abluta. Aſclepiadis collutio hæmorrhoidũ. Spinæ ægyptiæ unc.v. foliorũ ſalicis, artemiſiæ, ſideritidis ſing.unc.iiij. in quatuor aquæ ſext. ad ſemiſſem decoquito, deinde abiectis herbis aquæ hoc aridum admiſceto: melanteriæ clauorum drac.i. aluminis rotundi drac.viij. ſpumæ argenti drac.iiij. gallarum drac.iij. miſyos, ſoreos ſing.drac.ij. quo medicamento per tres integros dies ſepties quotidie locũ irrigabis. quòd ſi poſtea hęmorrhoidũ reliquię ſuperſint eas in quarta acu irritabis, quæ ſi doleãt, aut cruententur, ſimili modo decoctũ infundes, cui tamẽ aridi medicamenti ſemiſſem tantũ adieceris: peracta irrigatione eodẽ arido medicamẽto priuatim locum attingas donec exquiſite inuratur, atꝗ ad arcẽdam inflãmationem panem exterius illines, quem ſi oportune illeueris, in ſeptima cruſtæ decident.

Aliud quod mirum in modũ ſanguinis eruptionem ſiſtit. Cicutę aridæ drac.ij. ſucci hyoſcyami drac.iiij. aluminis, atramẽti ſutorij uſti ſing. drac.ij. rubricę drac.i. aſſume cum roſaceo cerato, & applica. idem faciunt aridi punici acidi cortices cum aceto triti & appoſiti, & ſi interiores fuerint hæmorrhoides ad formam glandis imponito. Aliud. Sandarachæ, auripigmenti ſing.drac. viij. dilue lixiuio, & ægro apte præparato, locoꝗ in ambitum cerati applicatione munito, ſub ſole uel prope ignem medicamentum illinito, ita ut æger à ſitu quem iuſſeris non recedat, donec opus peractũ fuerit. Hęmorrhoides enim in ſemihora areſactæ & à fundamento demolitæ, mortificabuntur & decident. Aliud ad hæmorrhoidas quod etiam ſedis inflammationes mitigat, mortificatæ enim tanꝗ paſſulæ areſcunt, & intra ſeptem dies abſꝗ ulcere decidunt: idem condylomatis, & fiſtulis illitum medetur, quod habet fecis uini aridæ & uſtæ unc.iij. miſyos unc.ij. aut pro miſye ſoreos tantundem. utere tanꝗ optimo. fex autem ſub feruenti cinere occulitur, & donec albeſcat crematur. Aliud. Stercus aſini areſactum in ollulam paruam conijcito, deinde pollinis thuris drac.viij. tithymali manipulum admiſceto, & ad carbonum ſpeciem comburito, quod poſtea tritum applicabis: intra ſeptem enim dies hæmorrhoides mortificatæ abſꝗ inflammatione decident. Aliud eaſdem mirifice adurens: chalcitidis, miſyos, atramẽti ſutorij, diphrygis, ſoreos ſing.drac. iiij. ſquammę æris drac.ij. confice & arido utere, cruſtam enim obducent & excident. eſt autem id medicamentum unigener, quamlibet carnis excreſcentiã compeſcens. Aliud Hippocratis ad hæmorrhoidas. Gallæ, myrrhæ, aluminis ſciſſilis, melanteriæ partes æquas terito, cribrato, & arido utere. Ego uero pro melanteria ſori nonnunꝗ addidi, & mirum in modum contulit: intra pauciſſimos enim dies ſine eroſione & ulcere hæmorrhoidas deleuit: locum autem ante illitionem uino prælauari oportet.

Ad procidentem anum & de inuſtione procidentis ſedis. Cap. VI

NOs primo muria aut marina aqua procidentem anum fouere cõſueuimus, & ſępiſſime nullo alio medicamẽto indiguimus. Quãdoꝗ uero ægro apte collocato ſal cũ oleo tritũ loco applicamus, tãdiuꝗ pmittimus quàm diu coniecerimus humores in tabũ liquatos eſſe, deinde abluta procidẽtis recti parte adſtringentia linimenta ut acaciam & hypocyſtidem cum uino adhibemus, tum ano expreſſo poſtera die inſeſſorium aut ablutionem adſtringentem admittimus, quale

uinum

uinum nigrum auſterum eſt, in quo myrtus, aut oleæ folia, aut malicorium decoctum ſit. in pueris tamen adſtringentiũ uim remittere oportet, & mitiora admouere. quod ſi res urgeat adſtringentia cataplaſmata è palmulis aut citonijs & huiuſmodi, lumbis & ſedi exterius illinemus. ſit autem uictus ratio boni ſucci, præcipueq́ lactis potio eligatur, & pultacea cum lacte parentur, quale eſt oryzogala, id eſt, pulmentum ex oryza & lacte confectum. uinum uero dilutius propinetur. pro medicamento galla tritiſſima elixata, & appoſita, non parum confert, quam ſi ualidiori remedio indigueris in uino, ſi mitiori in aqua elixabis. Aliud. Foliorum pini drach. viij. pillularũ cupreſſi, plumbaginis ſing. drach. ij. terito, & ſede uino aſtringenti prius abluta aridum illine. Aliud aridum: recrementi plumbi, rhu obſoniorũ ſing. drach. viij. florum roſarum drach. iiij. myrrhæ drach. ij. terito & ſedi prælotæ applicato. Aliud, gallarum, malicorij aridi, rhu confectorũ ſing. drach. ij. plumbi uſti drach. iiij. ſpumæ argenti drach. viij. thuris drach. ij. terito & loco prius abluto illine. Aliud, balauſtij drach. j. malicorij, ſeminis hyoſcyami, myrrhæ, plumbi loti ſing. drach. ij. terito ac ſedi prælotæ applica. Aliud noſtrum ad procidentẽ anum: ſeminis ericæ, gallarum, acaciæ, ceruſſæ, hypocyſtidis, ſucci corticis pini, myrrhæ, thuris portiones æquas terito, & arido utere, ubi locum uino auſtero prius ablueris. Aliud. Lentis uſtæ, panis uſti, eruinæ farinæ par pondus cum aceto & ſapa ſubigito, & applica. Aliud. Sedi uino prius ablutæ picem aridam tritam, uel ſetas porcinas uſtas & tritas apponito. Aliud. Quum locum cupreſſi decocto foueris caninũ fimum arefactum apponito, aridam præterea picem aut bitumen ſuffito ac cyperũ: coriandri ſemen, & laſerem cum uino ſubige & illine: aut torpedinem uiuam iugiter applica, & contrahet. Aliud. Bitumine & galla ſimul contritis ſedem inſpergito, eſt enim præſidium efficaciſſimum. Aliud experimento probatum Nicolai Syri ad ſedem infantium egredientem. Sanguinis draconis, corticum mali punici ſing. drach. j. gallarũ ſarracenicarũ drach. j. s. minutiſſime terito & cribrato, ac loco tepida aqua cum ſpongia prius abluto, & oleo roſaceo inuncto, medicamentũ quantum tribus digitis capi poteſt apponito: ſtatim enim intra tres aut quatuor dies egredientẽ ſedem introducit. idem tritum & cribratũ & cum ouo ſorbili ſeu uiris, ſeu pueris propinatum alui fluores mirum in modum ſiſtit.

De inuſtione procidentis ſedis ex Leonida. Cap. VII

CVm defluxus ſanatu difficilis ſit, nec uictus ratio, nec medicamenta contulerint, iamq́ morbus inter diuturnos connumeretur ad inuſtiones recurrere oportet. quamuis enim reliqua inteſtina in nobilium membrorum cenſu computentur, extrinſecus tamen recti terminus nullius nobilitatis particeps eſt, ſed tuto uritur, & inciditur quemadmodũ experientia teſtatur. erit autem cauterijs nucleatibus orbiculatim per cõmenſurata interualla inurendus, nam inuſtio ad peruincendum defluxum ſufficiet, cum ſuperueniens cicatrix ſedem circulatim conſtringat. poſt inuſtionẽ linamenta cum lacte & melle illita appones, & alligabis, excisis deinde cruſtis lenticulã cum melle illines, poſtea repurgatis ulceribus, linimentũ ex hordeo, aut quodpiam ad cicatrices in ſede inducendas confectum applicabis.

De abſceſſibus ſedis. Cap. VIII

INflammatione præcedente abſceſſus nõnunquam circa ſedem contingit, qui ſi contigerit ob multam locorum humiditatem caliditatemq́, copioſa putredo ſuperueniet, propterea eorum curationi chirurgica amputatio ſummopere erit neceſſaria, cum præter cætera locus ille fiſtulis mirum in modum ſit obnoxius. ſed mitiores abſceſſus facile quidem curantur, in magnis uero affectionibus podice orbiculatim amputato, ſedis meatus plerunq́ conſtringitur, ſitq́ ægritudo quam

phimon quaſi occluſionem uocant. nos autem primos curationis modos potius tradendos cenſemus.peſſulum itaq; in diluto tetrapharmaco aut quopiam alio ad hoc negocium idoneo intingentes intra ſedem imponemus: deinde quo tempore cicatricem induci oportebit, tubulum ſtamneum rotundum ſedis meatui conue-nientem immittemus, qui exterius quidem hiet, adapertusq; ſit, interius uero termino oppoſito circularis lenis, & ad flatus reddendos perforatus: quē aliquo medicamento ad cicatrices inducendas confecto, aut terra ſamia cum uino trita, aut ceruſſa inungemus, exteriusq; ſplenium aut lanam applicabimus, & congruam huic loco ligationem accōmodabimus, atque uſque ad exactam curationem tubulum non remouebimus.

De depaſcentibus & phagedænicis ulceribus ſedis. Cap. IX

NOnnunquam in ſede quoq; ulcera depaſcentia & phagedænica eueniunt. ſi ergo depaſtio in interiori ani muſculo, quem ſphincterem appellant, contigerit, enixe ſtudendum eſt, ut aliquo efficaciſſimo medicamento ad depaſcentias confecto ægritudo curetur: quoniam muſculus ille interior, ſphincter inquā, cum neruoſus ſit, neq; inuſtionem, neq; inciſionem tolerat: ſi enim incidatur conuulſio & inuoluntarius defluxus ſubſequitur. illud uero ſciendum, frequentiſſime nullo etiam chirurgico opere admiſſo, à longa tamen depaſcentia ſphincterem abſumi, & inuoluntarium defluxum ſuperuenire. Vtendum ergo medicinis ad depaſcentias deſcriptis, locusq; myrti, malicorij, rubi aut ſimilium decocto fouendus eſt, ac primo quidem partibus ulceris à natura recedentibus, Fauſtino, aut aliquo huiuſmodi medicamento cruſtam inducemus, poſtea quod è chartis crematis conficitur, aut Iſidem peſſulis illinemus, & reliqua deinceps fieri ſolita peragemus. At ſi in podice phagedænici affectus fuerint, audacius iam partes corruptæ à ſanis ſunt amputandæ, & deinde inuſtio admouenda. Quum enim podex carnoſus ſit, huiuſmodi chirurgias facile tolerabit: quibus peractis ſeriatim ad curationem reliquorum ulcerum ſimilem accedemus, priuatimq; poſt inuſtionem medebimur, quemadmodum paulo ſupra ad ſedis prolapſum docuimus.

De fiſtulis ani ex Leonida. Cap. X

QVum uero ob prauam ulcerum curationem præcipue circa ſedem fiſtulæ exoriantur, ſeriatim earū quoq; chirurgiam explicari oportet. ægro igitur in ſella, aut alia re plana apte collocato artifex cōmodiſſime dextrorſum aſſidens opus aggredietur, nucleum ſpecilli in os fiſtulæ imponens, & eouſq; recta impellens quouſq; per inanem meatum progredietur. deinde medio ſiniſtræ manus digito intra anum immiſſo ſpicilli caput arripiet, quod ſubinde inflectens, utrunq; eiuſdem caput mutuo exæquatū diſtendet, & ita uniuerſas calloſas partes in toto ambitu abſcindet, unica quidem ſectione, ſi fieri poſſit. ſi uero poſt inciſionem adhuc ſuperiacens callus appareat, circumſcalpendus eſt, qui facile deprehendetur ſubcandicans tactuiq; reſiſtens, quod ſi ſquammulæ inhęrentes percipiantur, uolſella extenſæ amputabuntur, nam ita ulcus planius redditū aptiorem curationem ſuſcipiet. peracta chirurgia thuris polline ſectionē implebimus, inditisq; linamentis congrue deligabimus, ac poſtridie cōmunem reliquis ulceribus medicationem adhibebimus. Qui uero ob molliciem uel formidinem reiecto ferro medicamētis tantum curari malunt, exiccantibus & his quæ ſanandarū fiſtularum facultatem pollicentur in principio curabuntur: quibus nihil proficientibus ad ea quæ calloſas partes erodendi abſumendiq; uiribus pollent, accedemus, quæ fiſtularia collyria appellantur, quorum confectiones in cōmuni de fiſtulis loco in hoc ipſo libro paulo inferius explicabuntur. medicamēta autem quæ fiſtulas exiccare pollicentur, ſunt & quod ex ſpuma argenti oleoq; & aceto præparatur, & quod fuluum

Galeni

Galeni ſine cera appellatur, quodq; Armonia inſcribitur, quodq; ex ſalice, quodq; ex lolio conficitur, aliaq; huiuſcemodi. confert & hoc ad fiſtulas in ſede inchoantes, & rhagadas, & condylomata. Pęoniæ uſtæ unc. iij. bituminis iudaici unc. ij. ſulphuris uiui unc. i. ceræ unc. ij. olei myrtini quod ſufficit. Aliud, Poma citonia uſta donec cincreſcant terito, & ori fiſtulæ imponito, linamentoq; operiens emplaſtrum ex aceto & oleo, aut quodpiam ſimile applicato, & alligato, nec niſi alternis diebus ſoluito. Paſtillus ad fiſtulas ſedis: chalcitidis uſtæ drach. viij. æris uſti, cadmiæ, hordei ſing. drach. iiij. pompholygis, lycij ſing. drach. ij. aloes, croci ſingu. drach. ij. gummi drach. xvi. cum ſenecionis, aut ſerapiadis herbæ, quam triorchin uocant ſucco ſubigito, & paſtillos conficito: quibus aridis cum aceto, & cum cerato, & cum reliquis ad fiſtulas deſcriptis uteris.

Ad intertrigines & uredines quæ in peregrinationibus intra femora eueniunt. Cap. XI

CHalcitis cum aqua ſubacta, & illita, plumbago cum aceto & uino, ſpuma argenti priuatim uel cum myrto arida trita, alumen uſtum cum teſtis oſtreorũ ſubactum. Aliud quo utor efficaciſſimũ. Plumbaginis drach. viij. gallarũ drac. iiij. aluminis drach. i. myrrhæ drach. ij. quod aridum applicabis, uel cum oleo myrtino illines. Ego tamen locum uino prius ablutũ medicamento inſpergo. Aliud ad femorũ, alarumq; uredines faciẽs, quæ in carnoſis hominibus ob ſudores contigerint: ſyrici, fuci infectorũ, teſtarũ clibani antiqui ſing. unc. ij. terito & locũ prius ablutũ inſpergito. Tingit idem pannos, & cum cerato inuſtionibus confert. Puluiſculus ad intertrigines ulceratas: mali arboris corticẽ urito, & cinerẽ feruẽti aqua reſtinguito, in qua pannũ madefacito & applica. Aliud linimentũ probatum. Cedriæ, picis liquidæ, ceræ, reſinæ, olei, aceti, adipis bubuli, porcini, ouini, mellis, nitri, zygiæ lachrymæ, picis ſing. portiones æquas unito & emplaſtrũ conficito.

De pudendorũ thymis ex Leonida. Cap. XII

HVius morbi ꝓprietates iam in capite de thymis ſedis prędiximus. Qui quidem uel in ipſa ſede oriuntur, uel in glande tantum, uel in fiſtula penis, uel in pręputio, nõnunq; & eas omnes ſimul partes occupant. prędiximus etiam, mitiores quidem facile ſanari, maleficos autẽ inſanabiles eſſe, neq; aliter quàm membri affecti ablatione curari: nec minus declarauimus, quibus notis mitiores, à maleficis diſtinguant̃. Si ergo thymi benigniores paruiq; fuerint, uolſella extẽdendi, abſcindendiq; ſunt, medicamẽtumq; applicandũ, quod cruſtam inducendo ſanguinem ſiſtat, quale aridum flauum eſt, ut per eam cruſtã ſimile quidpiam inuſtioni inferatur. ubi uero magni multiq; ſint, tunc poſt exciſionem ad ſanguinẽ retinendum, & ad affectorũ locorũ recorporationẽ, & ad prohibendam thymorũ regenerationem inuſtio adhibebitur. Sed ſi pręputiũ tam interius quàm exterius thymis refertum ſit, haud facile ſeruari poteſt, ideo totam cutim abſcindere oportebit, & poſt abſciſſionem inurere, adiecta deinde medicatione, quam ſupra ad ſedis procidentiam prædocuimus. Exciſis uero thymis poſt exciſionem arida medicamenta ad cruſtam inducendã adhibeto, & ubi cruſta abſceſſerit, reliqua curandi ratio ad exiccandũ uertatur. Quæ enim impinguant, ægritudinẽ reparant. Ad hos autem qui chirurgiam recuſauerint, huiuſmodi medicamenta admouebis: thymi quod xyraphium uocatur. chalcitidis crudæ, miſyos crudi, ſing. unc. i. s. ſquammæ æris unc. ij. aluminis ſciſſilis unc. i. confice & loco uino prius abluto aridum applicato.

Aliud, gallas & alumen ſimul tere, & aridum applica & areſaciet, quod etiã ad reliquas corporis partes ubi thymi generãtur admouebis. Aliud thymos egregie auferens, & carnis excreſcentias in pudendis. Origanũ & rutæ radicem pari pondere urito, & cinerẽ inſpergito. Oribaſij ad pudendorũ thymos. Aloem opti-

mam uino calido ablutam & tritam apponito, ſpongiã ſuperligato ac ſinẽ ulcere excident.

De rhagadibus pudendorũ ex eodem. Cap. XIII

IN ſummitate præputij rhagades contingunt, quando ita anguſtum eſt, ut non niſi uiolenter reduci queat: cuti enim effracta inflammationes, doloresq; intenſi ſuperueniunt: omninoq; in principio rhagas uniuerſa, dum adhuc recens eſt, cruentatur, antiquata uero calleſcit, rurſusq; ſi uiolenter reducatur præputium, cuius refracta cruentatur. Enitemur igitur rhagadas ſtatim adhibita medicatione ſanare: nam quæ inueteraſcunt, calleſcuntq; nihil proficiente medicatione perſiſtunt. confert autem reducta cuti labra rhagadum, quæ incalluerint, ſupino ſcalpro ſuperficiaria ſectione quantũ fieri poteſt incidere: inuerſæ enim rhagades, & ueluti renouatæ facillime ſanantur.

De medicamentis ad rhagadas, & reliqua pudendorũ ulcera. Cap. XIIII

HAec ſi abſq; chirurgia medicamentis tantum curari oporteat, utere eis, quæ paulo ſupra ad ſedis rhagadas deſcripta ſunt, & eo præſertim, quod Lucium inſcribitur: confert enim ad præputij rhagadas, & ſordida ulcera, præſertim ubi præputiũ reduci nequit. Dilutumq; uino & oleo per clyſteriolũ inijcitur. ſumme etiam facit ad inchoantes, & antiquas præputij rhagadas lotiũ meiendo infuſum inter præputiũ & glandem: celerrime enim ſanat, ut nullo alio medicamẽto egeamus. Aliud ad præputij rhagadas. Reſinam torrefactam cum roſaceo uſq; ad glutinis conſiſtentiam ſubigito, deinde adiecto oui luteo applicato. Aliud ad rhagadas reliquaq; ulcera. Cucurbitã areſactam urito, & cum roſarum floribus terito & utere. idem poteſt, & anethum uſtum. Aliud ulcera præputij, & glandis repurgans & ad cicatricem ducens. Lapidis phrygij ter uſti, & extincti prius butyro aut roſaceo, deinde melle, poſtea uino unc. ij. florum roſarũ, malicorij ſing. unc. i. conſice & utere. Aliud ad præputij, ani, & muliebrium pudendorũ rhagadas. Ceruſſæ, plumbaginis, gallarum, myrrhæ portionibus æquis ſimul commixtis utere aridis, uel cum uino & melle dilutis. Aliud ad rhagadas & cicatricem ulceri inducendam, acrimonias obtundens: cadmiæ mollis ter uſtæ unc. ij. florum roſarũ recentium exectis unguibus unc. vi. cadmiam tritam & cribratã cum roſis terito, donec aruerint, & loco uino prius abluto aridum applica. Aliud ad ſedis pudendorumq; uitia. Lapidis phrygij ter uſti, & extincti ſicut dictum eſt, ceruſſæ lotæ, cadmiæ, thuris, aloes ſing. unc. i. ſquãmæ æris unc. ij. diphrygis drach. iiij. conſice, & arido utere. Aliud aridum ad ſedis uitia, ad rhagadas & ſpontina ulcera: aloes unc. i. florum roſarum unc. ij. conſice & ſpe optima utere, aut aloem ſolam tritam apponito. Quæ ſi nimis adſtrinxerit cadmiam ter uſtam admiſceto. mirifice autẽ ad rhagadas, cæteraq; pudendorũ ulcera confert paſtillus ex ſolano ueſicario, lacte dilutus & applicatus, uel ſi præputium reduci nequit, tepidus per clyſteriolum paulatim iniectus. Ad pudendorum uero ſpontanea exanthemata, præcipue ubi pręputium reduci nequit, loco prius per fiſtulam puris attractoriam abluto, glaucium cum uino dilutum inijcito. Aliud tepidum immordax, incarnans, & ad cicatricẽ ducens. Amylum ſeorſum tritum apponito. Aliud. Colophoniam tritam, aut colophoniæ & thuris portiones æquas applicato. Aliud. Aloes optimæ, ceruſſæ, florum roſarum areſactarũ portionibus æquis ſimul contritis utere. Aliud. Collyrium è thure tritum apponito, aut cum uino ſolutum linamentis admoueto, aut lacte dilutũ infundito. confert & ſtella, & quod ad Cleonem refertur, & huiuſmodi, Oribaſij ad præputij rhagadas, quod ſi aridum applicetur cicatricem inducit. Cadmiæ lotæ, ceruſſæ, thuris portiones æquas conſice. idem & ad reliqua ulcera mirum in modum confert. Quidam ſpumæ argenti, ceruſſæ, thuris, par pondus admiſcent, & arido utuntur.

Ad pudendorum inflammationes. Cap. XV

INflãmata pudenda roſarũ aut meliloti decocto fouebis, uel folia betæ in tenuiſſimas partes diſſecta & aqua feruefacta applicabis, quæ etiam ad pręputia, quæ reduci nequeũt, utiliter admouẽtur. cataplaſma uero è pane cum palmularũ decoctione madefacto, aut malicoriũ in uino elixatũ, & cum pane tritũ illinet. Aliud. Hyoſcyami & lomenti ſingulorũ partes æquas in aqua, uel braſſicæ folia in aceto decocta apponito.

Ad pudendorũ depaſcentias. Cap. XVI

SI uero depaſcentia aut eroſio ſuperuenerit, pars erodenda exterius flaccida apparet, qua expreſſa tenue quoddam uirus cruentum primo, deinde feculentũ excernitur. fomentis igitur adſtringentibus locum fouebimus, ſicuti myrti, rubi, roſarũ, oleaſtri, malicorij, plantaginis, polygoni decocto: cataplaſmataq; illinemus quale eſt, quod è lente elixata, cum modico pane, malicorio, & polygono conficitur. Medicamentũ uero quod Corax inſcribitur ad depaſcentias pręcipue conuenit, habens gallarũ unc.ij. ſquammæ unc.i.s. chalcitidis crudæ, thuris, ſing. unc.i. cum aceto ſubigito, quot diebus ſuffecerit, ac poſtremo mellis unc.v. adijcies & cum olei myrtini unc.xvi. adipis tauri recentis unc.viij. ceræ unc.iiij. terebinthinæ unc.i. ceratum conficies, quod linamentis impones, & per fiſtulam puris attractoriam, roſato dilutum inijcies, ac ſuperius ſpongiam è uino expreſſam, aut ceratum gallas & malicorium continẽs applicabis. Aliud ad pudendorũ depaſcentias è charta cremata confectũ. Chartæ crematæ unc.ij. gallarũ unc.iij. confice & arido utere. Oribaſij ad depaſcẽtias. chalcitide cremata arida, uel cũ melle ſubacta utere.

Aliud. Squãmæ unc.ij. atramenti ſutorij, miſyos, auripigmenti, ſandarachæ, ſing. unc.i. confice, & arido uel cum melle utere. prorſus autem depaſcentias omnes, & inflãmationes quæ cum ipſis euenerint, lente elixata cum melle, & modico roſaceo, ac malicorio curabis. Sed ſi uehemens fuerit inflammatio, lentem madefactam cum æquali panis menſura, uel quadrante, uel ſemiſſe applicabis. Aliud quod proprie ex charta confectum uocatur. Chartæ uſtæ unc.i.s. auripigmenti drach.vi. ſquammæ æris unc.i.s. ſulphuris uiui drach.vi.

Ad pudendorum carbunculos. Cap. XVII

SPumæ argenti drach.iiij. ceruſſæ drach.ij. æruginis drach.i. omnia ſimul trita inſpergito, & panniculorũ fruſta applicato. Aliud. Seuum caprinum cum paſſulis ſubactum illinito, id enim ſine dolore confert: deinde adipem cum pice liquida apponito, uel caprarũ pilulas uſtas cum melle ſubactas applicato.

Ad urinarij meatus ulcera. Cap. XVIII

LYcij, myrrhæ ſing. drach.ij. atramenti ſutorij, chalcitidis ſing. drach.i. omnia ſimul trita cum paſſi hemina, & cum uini antiqui odorati cyatho, uſq; ad exactam unionem decoquito, deinde in plumbeo uaſe ſeruato, atq; uſus tempore roſaceo dilutũ inijcito, quod etiam ad ulcera * hypotaura facit. Ego uero quodpiam ex cycnarijs collyrijs cum lacte ſolutũ per clyſteriolũ infundo. Collyrium è thure confectũ ad cruſtas. Cadmiæ uſtæ & lotæ, ceruſſæ lotæ & torrefactæ ſing. drach. viij. myrrhæ drach.vi. ſtibij uſti & loti, amyli, ſing. drach.i. in alio codice drach.x. ſpodij, pompholygis ſing. drach.iiij. aut terræ cimoliæ, plumbi uſti & loti, tragacanthæ ſing. drach.iiij. cum aqua pluuiali terito & cum decem ouorũ recentium albuminibus aſſumito. Quidam codices habent etiam opij, drach.iiij. id omnino utiliſſimũ collyrium eſt, præcipue ad chemoſas quinq; aut ſex diebus tranſactis.

Aliud collyrium è thure ad eadem. Cadmiæ, thuris, ſing. drach.iiij. ceruſſæ drach.viij. opij drach.ij. cum aqua pluuiali aſſumito. interdum & fabarum præſertim Aegyptiarum farina, quod lomentum appellant, utiliter applicatur. ſed ſi Aegyptiæ defuerint, reliquæ fabæ admittendæ ſunt.

Ad pruriens ſcabioſumq; ſcrotum. Cap. XIX

SCabies quoq; & pruritus ex acrium humorũ ſuperficiem erodentiũ delatione circa ſcrotũ frequentiſſime exoriuntur, & ſi delati humores, plures, acrioresq; fuerint ſuperficiem exulcerant, ſin pauciores, craſſioresq; concreti ſquãmulas gignunt, tuncq; magis pruritus intenditur. Curatur id morbi genus congrua uictus ratione, ac medicamentis, nonnunq;, licet perquam raro, etiam chirurgia. Aeger igitur ab acrium eſu quammaxime abſtineat, præcipue tamen ab oleribus, olera enim mali ſucci ſunt, omnia uero quæ offeruntur bonũ ſuccum præſtare oportet, qualis eſt potus lactis aſſiduus, ptiſanæ chondrus, gallinarũ oua, porcellorũ extremitates, uentriculi, uinum tenue dilutiſſimũ, & album. pro localibus uero præſidijs, præcipue ſquamulis ulceri adhærentibus, & dolore comitante cataplaſma è lomento congruit, ulcera enim ſimul mitigat, & repurgat. lomentum autem proprie ægyptiarũ fabarum farina appellatur. idem facit ſeſamum crudum, & eruina farina, cum melle ſubacta, & appoſita. locis deinde repurgatis, & pruriendi ſenſu hebetato, ad cicatrices inducendas properabimus, quod in huiuſmodi partibus optime facit, miſy cum ſulphure uiuo tritum, & myrtino cerato exceptum, & medicamentũ quod è cadmia, quodq; ex hordeo conficitur. Egregie etiam opitulatur ſcroto in ſuperficie extumeſcenti cimolia terra cum aqua diluta, & illita, quã poſt illitionem exareſieri ſines, deinde loco aqua tepida abluto, myrtum aridam contritiſſimã adiecta myrrhæ portiuncula inſperges: obducta uero cicatrice, nullaq; iam moleſta re, nec pruritu infeſtante, de curationis fine cogitari oportet. Sed ſi ſcabioſo affectu ſanato pruriendi ſenſus derelictus, aut etiã exauctus ſit, uel ſcrotum deſtillationẽ patiatur, nitrum cum uua taminia, & alumine liquido, aceto, & roſaceo dilutũ in balneo illini hortamur, deinde poſt balneũ albumen oui cum melle applicari. ad uehementẽ autem intollerabilemq; ſcroti prurituũ ſex aceti arida cum uino irrigata confert, quam eodem prorſus modo adhibebis, ſicut de alio medicamẽto proxime diximus, illito poſtea oui albumine, cuius uires ſi intendi uolueris, ipſam adurito. idem poteſt alumen cum melle affatim decoctum, ac reliqua quæ ad pruritus prædocuimus.

De teſtium ſcrotiq; inflammationibus ex Leonida. Cap. XX

NOnnunq; ſoli teſtes priuatim inflãmari ſolent, nonnunq; teſtibus ipſis bene habẽtibus, ſcroti textura patitur, nec raro teſtes ſimul cum ſcroto afficiũtur: ita uero in his, ſicut in reliquis corporis partibus inflãmatio uel ſponte confluentibus ad locum humoribus, uel à percuſſione, aut colliſione contingit. Solo igitur teſticulo inflãmato ſcroti color ſecundum naturam eſt, ipſe autem teſtis tumidior, durior, latiorq; tactui occurrit, ac dolor comitatur pulſatorius uſq; ad renum loca progrediens. ſed ſi ſcrotum inflammetur ſuperficiarius tumor rubeus, renitens & tactu dolens apparet. utriſq; uero teſtibus inquam & ſcroto inflãmatis, ex ſignorũ incremẽto inflãmationis magnitudinẽ diſcernemus. cibi itaq; parſimonia, & aquę potione per totum curationis tempus uti oportebit. Et ſi inflãmationis uehemẽtia coegerit, pręſertim in adoleſcẽte ſanguineo, à cubito ſi fieri poſſit, ſin minus à malleolo ſanguinẽ mittes: nam & hanc uenam ſecare, ubi multus ſanguis non fuerit prodeſſe conſueuit. At pro localibus præſidijs, ſi teſtes ſint inflammati præcipue quando ſimul ſuſpenſoria uaſa compatiuntur, lana oleo cõmuni, aut anethino calido madeſacta totum affectum locum ſouebimus, & cõmode ligabimus. Ad has quoq; partes inflãmatas præſertim dolorem afferentes egregie confert uerbenaca recta in oleo elixata, uini portiuncula adiecta, & ſcroto applicata, deinde lana ſuperligata. ſubſequentibus uero cataplaſmatis ad inflãmationes ſoluendas idoneis ſubinde utemur. Eſtq; pręcęteris admirandũ pręſertim ad teſtium inflãmationem

cataplaſma

cataplaſma ex faba ægyptiaca. decorticatur elixa faba poſtea cum modico melle ſubigitur & illinitur. pręcellit autē ad teſtium, ſcrotiq; inflāmationes ex puro pane cataplaſma, quo ego iugiter utor, interdum cum oleo & aqua, interdū cum mulſa confecto. confert etiam egregie, quod ex paſſulis cum cymino torrefacto & trito, modico melle adiecto pręparat̃. facit & aſphodeli radix cū polenta in uino elixata, & lini ſemen in mulſa decoctū, & ſenecio cum polenta, & cupreſſi folia priuatim, uel cū mica panis confecta. Ceratū ad teſtium inflāmationes efficaciſſimū. Ceræ, reſinæ piceæ, anethini & narciſſini olei ſing. unc. x. cymini unc. vi. aſinini fimi pilas tres. fimum aſini arefactū terito & cribrato cyminoq; admiſceto, deinde cum cerato liquefacto cōficito, & applica, ac ſuper cataplaſmate lanam narciſſino, aut roſaceo madefactā apponito. nec parum cōfert emplaſtrū diachylon cum roſaceo dilutum: perſeuerante uero inflāmatione, aqua marina calida utiliſſime locus perfunditur, & cerata adhibentur, quæ ad diſcutiendas inflammationes parari ſolent, qualia ſunt ad inflāmatas mammillas deſcripta. inflāmatione autē minime ſoluta, ſed potius ad tranſmutationē conuerſa, ſuppurationi cum cataplaſmatis opitulari oportebit, perfectoq; iam abſceſſu manuū operatio adminiſtranda eſt, cōmuniq; medicatione utendū. quod ſi depaſcentia ſuperuenerit, hic quoq; eandem prorſus curandi rationem accōmodabimus, quam ſuperius ad ſedis depaſcentias tradidimus. Oribaſij ad teſtium œdemata, & inflāmationes: olei lib. i. alij unc. x. plumbaginis, cymini, paſſularū exemptis acinis, farinæ fabarum ſing. unc. iiij. ceræ unc. ij. decoque plumbaginem cum oleo donec conſiſtant, deinde duas ceræ uncias cum drach. vi. colophoniæ adijcies, quod ſemifrigidū admixtis primo paſſulis, & farina loco illines. interdū tamen farinam, inquit, liquabilibus inijcito, quando in patella feruor eorum quieuerit. Aliud eiuſdem. Paſſularū exemptis acinis drach. xxv. cymini acetabulū, reſinę piceæ, unc. iij. mellis quod ſufficit. ſanguinis uero miſſio, inquit Oribaſius, ad inflammatos teſtes præſidium efficaciſſimū eſt. Ad teſtium duriciem cucumeris agreſtis radicem terito & cribrato & in mulſa decoctam cum irina farina illinito, aut lilij radicem in uino cum modico melle ſubigito.

De ramice aquoſo ex Leonida. Cap. XXI

AQuoſus ramex quandoq; ex occulta, quandoq; ex manifeſta cauſa contingit. ex occulta quidem quādo exauctis uaſis in ſcroto contextis aquoſa materia propulſa, & ſanguini admixta ad eas partes decubuerit. ex manifeſta autem quādo ob percuſſionē colliſis aut fractis localibus uaſis, ſanguis ſubinde defluens ad aquoſam ſubſtantiā tranſmutatur. In illo igitur qui ſponte conſiſtit aqueus humor collectus ſubflauus, aut ſubpallidus inuenitur: ſed in eo qui à percuſſione generatur, cruentā aut feculentā materiam percipies. Humor autē uel intra rubeam membranā teſticulū ambientem, uel exterius inter ipſam & tunicas adiacentes, uel in priuata membranula tanq; in quadam ueſica colligitur: quod genus, tunicæ agnatæ ramicem nuncupamus. Duplexq; interdū ramex contingit, quoniam collectio & in rubra tunica, & in agnata perficit̃. Si ergo in rubra tunica humor collectus fuerit, tumor unicolor apparet ſine dolore, in principio dum adhuc parua collectio eſt, tactui cedens. Poſtea uero adaucta collectione, teſticulus quidem nimia humoris copia occultatus in ſignorū cenſum non accedit, at tumor in ambitu extenſus tactuiq; reſiſtens carnoſi ramicis opinionem imperitis afferre ſolet. tactu tamen diſcerni poſſunt: nam carnoſus ramex omnino renitens eſt, ſed aquoſus digitis cedit. ſi uero humor in agnata tunica colligatur, tumor eius ſiue magnus ſiue paruus fuerit, omnino circūſcribetur. At ſi ſimul in rubra quoq; aggregetur duo tumores deprehendentur, alter in agnata, alter in rubra tunica. illud ſciendum, ubi collectio extra rubram tunicam fiat, teſticulū tactui intra notas occurrere. Porrò à

ramice inteſtinorũ aquoſus differt: quoniã in aquoſo tumor in eadem prorſus ma-
gnitudine toto tẽpore, & quolibet corporis ſitu perſiſtit: neq; enim humores ſicut
inteſtina traducũtur. inguen præterea in ramice aquoſo ſecundũ naturã ſe haber,
quæ maxime nota aquoſum ramicem à ramice omenti diſtinguit. in ramice enim
omenti ſemper in ſcroto omentum perſiſtit, neq; unquam traducitur, quod etiam
aquoſo contingit, ſed in omentali inguen rarefactũ deprehendit̃. Tutiſſima ergo
curatio quæ ad ramices adhibetur, manuũ actione, & uſtione perſicitur peritum
artificem poſtulans, ſcrotum tamen etiam medicamẽto inuri poteſt, & ubi humor
abſumptus fuerit, ſuperueniente cicatrice locus firmari. Tale ergo ad hunc uſum
efficax erit. radicis braſſicæ crematæ cinerem cum adipe ſuis antiquo liquefacto,
ad emplaſtri formam ſubigito, & applicatũ alligato, ſinitoq; ægrum quiete agere,
ac perendie ſoluto medicamento locũ foueto: quo deinceps rurſus appoſito, idem
tandiu repetes, quouſq; fractio quæſita ſuperuenerit. Emplaſtrũ uero appoſitum,
anguſtũ oblongumq; eſſe oportet, ne plus quàm res exigat, locus uratur, ita ut in
magnis quidem tumoribus ad quatuor digitorũ longitudinẽ, & pollicis latitudinẽ
accedat, in paruis autem ad duorũ tantum digitorũ longitudinẽ & auricularis lati-
tudinẽ. ſed ubi tunica humorem continẽs inuſtione reuelata ſit, eam ſcalpro ſeca-
bis, eductoq; humore fiſtulare collyriũ ſectioni impones, ut circũiacentes partes
erodantur. rubefacta uero ſectione ſuppurante medicamento utemur, tum exci-
dente cruſta, quæ repurgandi ulcerandiq; uim habeãt linamenta imponemus. po-
ſtremo ad adſtringentia progrediemur, quale eſt quod barbarũ appellat̃. loco etiã
inurendo pro braſſicæ radice, quodpiam eorũ applicari poterit, quæ putrefactoria
appellant̃, quorũ confectiones ſequenti uolumine deſcribẽtur. Poſt humoris autẽ
excretionem, ne rurſus collectio fiat, malagmatis huiuſcemodi uteris. ceræ lib. i. s.
picis unc. ix. ammoniaci thymiamatis unc. xxi. aluminis liquidi unc. i. s. uel ij.
Aliud. Aſclepiadæ medicamentũ ad aquoſos ramices paratum, quod ſi peracta
perſoratione, & humidi excretione applicetur, ſanitatẽ reſtituit, & ommem duri-
tiem reſoluit. Picis aridæ lib. iiij. ceræ, terebinthinæ, ammoniaci thymiamatis, chal-
banæ, thuris, ſing. lib. i. aceti ſext. tria, liguſtrini olei quod ſufficit. picem ſubactam
cum ſeſquiſextario aceti decoquito, inde ammoniacũ cum modico aceti tritum
adijcito, & parum feruefieri ſinito, poſtea ceram imponito, qua liquefacta chalba-
nam & thus cum aceto trita admiſcebis, cumq; omnia uniueris, ſublata ab igne in
mortarium conijcito, in quo portiuncula aceti ſit: poſtremo liguſtrinũ inſtillando
exacte ſubigito. Egregie etiam facit loliaceum emplaſtrũ, quod in decimoquinto
libro inter nigra deſcribitur. Nec deſunt medicamẽta, quæ ſine uſtione & perfora-
tione humorem diſcutere pollicentur, ueluti quod habet ſpumæ argenti drach. vi.
ſalis foſſilis, atramẽti ſutorij ſing. drach. x. ceruſſæ drach. xiiij. terebinthinæ drach.
xi. olei lib. i. ſpumã argenti, ceruſſam, ſal ad integram permixtionẽ decoquito, de-
inde atramentũ ſutorium cum aceto tritum miſceto, obſeruando ne efferueſcat,
atq; ubi parumper bulliuerit, terebinthinã adijcito, quod poſtea medicamentũ ab
igne ſublatũ in mortario ſubiges, & ad uſum ſeruabis. Aliud ad quæcunq; ſine
ſcalpro curare uolueris: ceræ, aphronitri, rubricæ ſinopicæ, nitri ſing. unc. ij. tere-
binthinæ, pollinis, thuris, maſtichæ ſing. drach. xviij. olei cyathum unum, marinæ
aquæ ſeu muriæ unc. vi. aridis cũ muria dilutis liquabilia admiſceto & ſimul con-
ficito. Aliud. cardamomi drach. xxx. nitri drach. x. ſimi columbarum drach. vi.
chalbanæ, terebinthinæ ſing. drach. xx. liquabilia cum aridis conficito, & fidenter
utitor. Aliud pſitacium inſcriptum, quod in decimoquinto libro inter mollito-
ria diſcuſſoriaq; emplaſtra deſcribitur: hoc ego ad aquoſos ramices uſus ſum, pri-
moq; tumorem emolliuit, & affatim purgauit, poſt paucos deinde dies exudanti-

bus teſticulis

bus teſticulis plurimã aquam attraxit. Aliud ad aquoſos ramices ualde efficax. carnium paſſularum, ammeos, terebinthinæ ſing. drach. viij. nitri rubei drach. x. mellis optimi unc. ij. arida ſeorſum minutiſſime terito & cribrato, inde paſſulas exquiſitiſſime ſubactas admiſceto, & ſimul conficito, tum mel cum terebinthina parce decoctum infundito, & ad emplaſtri formam commollito, quod ſuper linteolo applicabis, & uittula lata deuincies, iubebisq́; ægrum quiete agere, à balneoq́; & uehementi motu abſtinere, tum deinceps alternis diebus exolues, locoq́; ſpongia ſomentato, nouum rurſus medicamentũ appones. utere præterea emplaſtris diſcuſſorijs & exiccantibus ad hydropicos ſupra deſcriptis, præſertim quod heſtia, id eſt, ueſta inſcribitur.

De inteſtinorum ramice ex eodem. Cap. XXII

INteſtinalis ramex eſt inteſtini, quandoq́; ad inguen, quandoq́; ad ſcrotum delapſus, plurimarũ autor difficultatũ: nam & deformitatem, & uitæ prauitatem, & moriendi periculum affert, quando inteſtina duris diſtenta fecibus, ad ſcrotum delata cõpinguntur: inde enim tormina flexuoſa, ac ſæpe inflammationes ſuperueniunt, quæ ſi increbuerint, perniciem inuehunt. Generatur id morbi genus, uel quod interior uentris membrana plus æquo extendaẽ, uel quod frangatur. Si ergo ab extenſione fiat, primo quidem laxitas ad inguen procumbit, ac ſimul pars uentris quam epigaſtriũ uocant, conuellitur, ſimulq́; pubis pili reuulſi conſpiciuntur, ſed poſtea tumore adaucto ſcrotũ uiolatur, & intumeſcit. Fracta autem interiori membrana, quæ inguini adhæret, inteſtinũ per fracturam delatum rubræ tunicæ innixum decumbit, quæ tandem tunica temporis diuturnitate oppreſſa inferius & ipſa prolabitur, & ſi percuſſio adeo uiolenta fuerit, ut ſimul & membrana uentris interior, & rubra tunica fractæ ſint, tunc inteſtina repente nudo teſticulo occurrentia ad ſcrotum præcipitantur. Illud ſciendum inteſtinalem ramicem, cuiuſcunq́; generis fuerit, ſemper aquoſo deteriorem eſſe. Ex ipſis uero inteſtinalibus minus ſanabilis eſt, qui ab extenſione, quàm qui à fractione generatur. Et ſi inteſtinalis ramex integræ ſit malitiæ chirurgia tantum curari poteſt, quæ cum multa acerbitate periculoſe perficietur.

De inguinali ramice. Cap. XXIII

INguinalis ramex ob interioris membranæ extenſionem factus in principio adſtringentibus epithematibus interdum ſanari poteſt: tutior tamen huius quoq́; curatio eſt inguinis inuſtio, quæ & ipſa peritũ artificem poſtulat. nunc uero à nobis propoſitũ eſt, quonam pacto ægritudinem epithematibus & ligamentis prohibeamus, ne in deterius prolabatur, ac ſimul quomodo accidentibus, quæ conſequi ſolent, occurrere oporteat. Delapſo igitur ad ſcrotum inteſtino, & flexuoſis torminibus infeſtantibus protinus enitemur, decliui iacente ægro diductis cruribus inteſtina ſenſim ad inguen reducere, ac reducta deinceps idoneis ligamẽtis retinere. At ſi loca ſcroto adiacentia uehementiſſimis doloribus cum inflammatione affligantur, torminaq́; & flatus ſuperuenerint, reductionẽ quidem tantiſper recuſabimus, ſed alternis diebus partes ſcroto adhęrentes, primo ſuccida lana, uino & oleo madefacta, poſtea & linimentis ſouebimus, & loca dolentia circulatim ſcarificabimus, neglecta enim frequenter ad mortificationẽ perueniunt. Declinante morbo diluta cerata applicabimus, quale eſt quod ad Mnaſæam refertur, & cætera huiuſmodi. & ne rurſus æger in priſtina incommoda delabatur, præſeruandi gratia perpetuis ligamentis utemur. Senioris emplaſtrum ad inteſtinalem ramicem: thuris, myrrhæ, glaucij, opopanacis, ſarcocollæ, tragacanthæ, gummi, glutinis tauri; glutinis piſcium, cinnabari, quo fabri ærarij utuntur, carnis cochlearũ terreſtrium ſing. unc. vi. fecis uini adſtringẽtis antiqui quod ſufficit. glutina & quæ madefieri

uolunt

uolunt fece uini madefacito,atque aridis tritis admiſceto,& ad emplaſtri formam conficito:quod deinde applicatū alligabis,& interim quiete imperata,ſeptima die diſſolues. Ad inteſtinorū delapſus.ſymphyti lib.i.pollinis,thuris ſing.unc.iij.albuminum ouorum recentium cum ſuis luteis unc.vi.ſymphytum tritum & cribratū in fictile uas conijcimus,& ei pollinem thuris cum albumine ouorū ſubactum admiſcemus, poſtea cum ſuillo adipe antiquo ad emplaſtri formā conficimus,quod inteſtino prius in propriam ſedem reducto parti affectæ applicamus, & congruo ligamēto retinemus. Aliud : folia & molles cupreſſi pillulas illine & alliga,quæ ſi arida fuerint in uino elixabis. Hoc, inquit Galenus, præſidiū omnibus corporibus nimio humore languentibus confert, exiccat enim & corroborat:quod decimo die exolui, nouumq; rurſus applicari oportet, idem ter repetendo puero interim triginta his diebus in lectulo decumbente, & cupreſſi decoctum potante.

Aliud ualde inſigne,Aloes,malicorij in uino nigro elixati,ſucci hypocyſtidis,thuris,glutinis fabrorū ſing.portiones æquas.gluten in paſſo uſq; ad integram diſſolutionē decoquito, ac deinde exquiſitiſſime terito , cui poſtea reliqua ad ultimam minutiem redacta admiſcebis,& conficies, ut iam ſæpius dictum eſt. Aliud. Balauſtiorū unc.vi. thuris, aloes, rhu confectorū corij, glutinis fabrorū,corallorū ſing.unc.iij. malicorij, gallarū ſing.lib.i. gallas & malicorium in uino nigro è uinaceis expreſſo ad integram diſſolutionē decoquito , poſtea in mortario exquiſitiſſime ſubigito,ſubactis reliqua cum ſucco polygoni diſſoluta,adijcito,& omnia ſimul cum melle decocto conficito, & utere ut prædocuimus. Linimentū cuidam adoleſcenti inteſtinalem ramicem patienti datum,cuius turpitudine cum ſummo opere angeretur,hac ope ſanatus eſt. Reſinæ aridæ,ammoniaci thymiamatis,bituminis,ſulphuris uiui portiones æquas, quæ liquanda ſunt,liquefacito,eisq; poſtea ab igne remotis ſulphur adijcito, & in mortario ad emplaſtri formā ſubigito, quod cuti applicatū alligabis : oportetq; prius ſplenium calefacere, & calefactum apponere,neque crebro auferre,ſed ſinere donec ſponte decidat.quidam pro ammoniaco picem,quidam halcyoniū iniiciunt. Aliud.terebinthinæ unc.i.s.ceræ, thuris,myrrhæ,glutinis piſcium,carnis cochlearū ſing.unc.i.gluten tribus diebus in aceto madeſcit, deinde in mortario paulatim ſubactum , ſuper prunis exquiſitiſſime liquefit, rurſusq; ſubigitur,ac ſubacto reliqua contrita admiſcentur . utere præterea ualde inſigni medicamēto,quod in xv.libro inter emplaſtra ad plurimos uſus connumeratur, nemeſisq; inſcribitur. Aliud Theodori admirādum ad inteſtinorū ramicem quod nos experti ſumus,& ita ſanauimus,ut alij omnes admirarentur . curat autem magnas quoq; & diuturnas ægritudines. chartam in aqua frigida ſinito tribus diebus madeſcere,utq; humorem ueluti ſpongia imbiberit,ex ea pilam conficito, quam reducto prius inteſtino, inguini applicabis, & congruo ligamento deuincies, neque ante diem tertium exolues , tertio enim die opus admiraberis.ægroto uero quid ſit minime indicabis,ſed chartam,ne dignoſcatur uel panno inuolues, uel nigro colore inficies , neq; tu tamen rei facilitatē deſpexeris.

Aliud ad inteſtinorū ramices glutinatorium , Chryſocollæ, glutinis piſcium, gagatæ lapidis, rhu confectorum corij,acaciæ, ſymphyti,carnis cochlearum ſing. unc.i.s.ammoniaci thymiamatis,lapidis pyritidis,lapidis magnetis,aluminis ſciſſilis,thuris,ſulphuris uiui, halcyonij, picis brutiæ, nitri ſing.unc.i.gluten piſcium in uino nigro auſtero præmadefacito , poſtea paulatim in mortario ſubigito, tum ſuper mitioribus prunis in eodem uino elixato,ac rurſus ſubigito,ſubacto reliqua contritiſſima admiſceto,ut ſolidum linimentum reddatur.quod inguini illines,& thorulū applicabis, imperataq; interim quiete ſeptima die diſſolues . prius autem locum alicuius ualidiſſime adſtringentis decocto fouebis. ſunt qui ea quæ prædiximus

ximus

ximus in myrtinũ ceratum aſſumant. Ego uero acaciam, thus ammoniacũ, ſcor‑ ſum in uino madefaciens ſubigensq́, glutini piſcium rite præparato admiſceo, de‑ inde cochlearũ carnibus prius tritis adiectis, cum aridis ad emplaſtri cõſiſtentiam conficio, quod craſſiſſimũ inguini illino, & charta ſuperpoſita congruo ligamento utor. Aliud Oribaſij. Picis liquidæ, terebinthinæ aridæ ſing. lib. i. uiſci, unc. vi. propoleos unc. iiij. nõnulli colophoniæ unc. ij. adijciunt, chalbanæ unc. ij. pici & colophoniæ liquefactis & excolatis terebinthinã, dein galbanã & propolin prius in mortario tritas admiſceto, ſtatimq́ ut ab igne ſuſtuleris, uiſcum inijcito, & tu‑ dicula agitato, donec frigeſcat. facit ad ſtrumas, meliceridas, & inguina ſub axillis euenientia, & ad colli abſceſſus. mundificat enim & agglutinat. Aiunt prætere actitem lapidem geſtatum, ut inguen attingat, prohibere inteſtinũ ne aſſidue ad ramicem delabatur, qui etiam contritus non male epithematis admiſcebitur.

Præfatio ad emplaſtrorũ confectionẽ ex Galeni monumentis, & de eorum decoctione, quæ in ipſa conijciuntur. Cap. XXIIII

Emplaſticorũ medicamentorũ quæ confici ſolent, multæ ac uariæ particula‑ res differentiæ ſunt. quædam enim eorum ad cruentos affectus idonea, uul‑ neraria, agglutinatoria, & catagmatica, quædam maturatoria, quædã diſcuſſoria, alia attractoria, alia ſinuum contractoria, alia pinguia nuncupantur, quorum om‑ nium uarietates uaria ſimplicium medicinarũ natura diſtinguit. Ideo prius quan‑ tum compendio fieri poteſt, de ſimplicium facultatibus ſummatim dicendum eſt: ita enim uires quoq; compoſitorũ, & cauſas per quas emplaſtra inter ſe inuicem differunt dignoſcemus, ut non tantum ſingulorũ naturas intelligamus, ſed artem etiam componendi ediſcamus, ualeamusq́ inde, ſi forte liber in quo medicamen‑ torum confectiones quibus iugiter utimur, interciderit, recta ratione ducti noua deperditis ſimilia reparare. pergraue enim fuit quod duobus medicis à me notis obtigiſſe memini, quorũ alter ob huiuſmodi medicamentorũ iacturam mœrore tabeſcens occubuit, alter à medicorũ arte prorſus receſſit. ineſt uero eo modo ex‑ ercitatis, non tantum facultas utiles medicinas conficiendi, ſed iudicandi quoque quæ à prioribus medicis deſcripta leguntur, ut per hanc uiam & rationem quam proxime docebimus nõ aliena tantum, uerum & propria, quæ tute ipſe inueneris recte applicare poſſis. ſatius tamen iudicauerim magis eligenda eſſe medicamẽta quæ longo experimento probata ab aliorum uſu didiceris, quàm noua inculcare. ſed quod nuper dicebam, in peregrinatiõibus interdum deprehẽdimur, ut neceſſe ſit, nos ipſos noua quædam inexpertos aſtruere. ſi enim omnibus præter naturam affectibus ſimplici medicina mederi poſſemus, compoſitis nunquã indigeremus. frequenter autem uſque ad quampiam certam menſuram corpus excalefacere co gitantes, nihil quod id facere queat è ſimplicibus inuenimus: nam medicamentũ curato affectui, proportione correſpondere oportet: imò & quædam ſimplicium abſque alterius mixtione ad uſum deduci nequeunt, ut quando emplaſticũ medi‑ camentum alicui applicare uoluerimus, nullum è ſimplicibus habemus ad huiuſ‑ modi opportunitatẽ idoneum. neq; enim bitumen, neq; cera, neq; reſina, neq; pix ſed nec propolis, nec ladanum, nec ærugo, nec ceruſſa, nec ſpuma argenti, nec alia metallica talia ſunt. ideo qui primo emplaſtica medicamenta excogitauerũt, cum oleo metallica decoxerunt, & quæ liquari poſſent, liquefecerũt, deinde herbas ari‑ das tritas & cribratas admiſcuerunt. Contra in nõnullis affectibus unico quidem ſimplici medicamento indigemus, ſed alia quędam illi admiſcemus, uel ad uirium eius uehementiã obtundendam, uel ad guſtus aſperitatem mitigandã: ut quando purgãtibus medicinis quidpiam eorum adijcimus quæ ſtomacho abblandiantur, & dolorem inferentibus quædam, quæ mitigatoria nuncupãtur, ſicut caſtoreo &

cæteris huiuſmodi,opium & mandragoram. Tunc uero maxima componendarũ medicinarũ neceſſitas eſt,quãdo ægritudo contrarias facultates requirit,ut repellentes ſimul,& abſtergentes,aut craſſum reddentes ſuccum,& ſimul attenuantes, quale eſt quod è capitulis papaueris & è melle cõficitur.papauer enim tenues deſtillationes à capite defluentes craſſiores reddit, mel autem humores qui iam ad pectus defluxerint,ad facilem eiectionem diſponit.neceſſariam præterea compoſitionem ducimus, ut idem medicamentũ habere poſſimus ad plures morbos conueniens, ut ad letalium ferarum ictus,& uenenoſas potiones. De antidotis ergo, & epithematis ſatis ſupra explicauimus. Eorũ uero quæ in emplaſtra imponũtur quædam terreſtria,quædam metallica ſunt,inter terræ ſpecies quędam feculenta, quædam teſtacea,quædam oleagina,quædam lachrymæ,quædam liquores,quædam ſucci, alia ſemina, alia herbæ, alia radices, & rurſus quædam certa qualitate carentia,quædam acria,quędam adſtringentia,quędam calefactoria,quędam abſterſoria,quædã maturantia,nõnulla diffundentia,alia mollientia,alia diſcuſſoria, milleq; huiuſmodi differẽtiæ reperiuntur. ſpuma igitur argenti exiccat,calefacit, abſtergit & moderate refrigerat,ad omnia pariter efficax. Hæc interdum in oleo ſolo,interdũ mixto cum aqua,aut uino,aut aceto decoquitur: primo ſeorſum exquiſitiſſime terenda eſt,deinde rurſus in mortario cum oleo ad glutinis conſiſtentiam ſubigenda,atq; ita uerſata aſſidue ad mitiorẽ ignem decoquenda. Tumeſcit primo & bullas emittit,ac iam idoneæ decoctioni proxima fecis colorem ſuſcipit: tunc uero quæſitam decoctionis mediocritatẽ aſſecuta eſt,cum decocta tumorem contraxerit,neq; amplius inquinet.ſimiles ſpumæ argenti uires plumbago habet, ad frigiditatẽ tantum magis declinans nec æque abſtergens: eodem etiam modo decoquitur,niſi quod in eius decoctione,non tantum quęritur ut non amplius inquinet, ſed ut colorem quoq; è ſordido ad ruffum floridiſſimũq; tranſmutet. Aes uſtum adſtrictionis acrimoniæq; particeps, contrahit,ad cicatricem ducit, & ſine inflammatione conſeruat. Quum decoquendũ eſt non ſtatim à principio,ſed emplaſtro iam ſemicocto inijcitur, cuius probam decoctionẽ, niſi pauciſſimũ admodum fuerit,color eius exuberans indicabit,ita ut ruffum reddatur emplaſtrũ, tunc enim exquiſitiſſime decoctum erit.ſquama æris carnem erodit,contrahit,adſtringit,& potentius ære conglutinat,ſed minus diſcutit.Decoquit̃ ſicuti & æs,eodem tempore iniecta,eandemq; decoctionis rationem habens:niſi enim colore exuberauerit,ruffumq; emplaſtrũ reddiderit,nondum ad idoneam decoctionẽ peruenit. ſquamma autem ferri pręſertim ſtomomatis amplioris adſtrictionis particeps eſt, propterea ad malefica ulcera æreæ præfertur.Eodem uero tẽpore inijcitur,& ſordidum colorem inducit. Diphryges mixtas facultates habet,adſtrictionẽ inquam cum acrimonia. Ideo ad putrida & malefica ulcera utiliter adhibet̃. Id quoq; medio decoctionis tẽpore inijcitur bullitq;, donec color eius exuberet, neq; amplius inquinet. Chalcitis adſtrictionis ſimul & acrimoniæ particeps,cõtrahit,attenuat, diſcutit,aperit,prędictisq; magis adſtringit,& minus mollit,cremata uero tenuior redditur,& adſtrictionẽ deperdit. Decoquit̃ ſicuti & æs,celerius tamen liqueſcit. Menſura decoctionis eſt,ut fuluius rubicundiusq; reddatur emplaſtrum. miſy ſimiles chalcitidi uires habet,tenuius tantũ, ideo magis attenuat, diſcutit & aperit, ſed minus mollit,& adſtringit,circa decoctionis finem inijcitur: perpaucam enim cocturã tolerat,nullam uero qua menſurari poſſit,in decoctione notam relinquit. Sori ſimiles quoq; chalcitidi uires habet, niſi quod terreſtrius eſt, ideo magis adſtringit: inijcitur & ipſum medio decoctionis tempore, tardiusq; liqueſcit, & niſi quidpiam aliud obſtiterit atrum colorem reddit. flos æris,ære uſto, & ſquãma tenuior,nõnihil etiam abſterſionis particeps eſt,ideo attenuat & agglutinat. Decoquitur

quitur ueluti de ære diximus. atramentū ſutorium ex mixtis facultatibus cōſtat, ualidiſſimę enim adſtrictioni plurima calefactio admiſcetur. conſtat ergo præ cæteris humidas carnes areſacere, omnemꝗ prorſus humorem abſumere, cogere & conſtipare ſubſtantiā poſſe. inijcitur & ipſum medio decoctionis tempore, decoctumꝗ liuidiorē emplaſtri colorem reddit, immo niſi alia quædā obſtiterint, etiā atro colore inficiet. auripigmentū, & ſandaracha ambo adurendi poteſtatem habēt, magis igitur prædictis diſcutiūt, ac cremata tenuioris ſubſtātiæ ſunt: inijciuntur quando iam prope decoctionis finē emplaſtrum peruenerit. Plumbum uſtū eorum omniū quæ ſine eroſione exiccant efficaciſſimū eſt ad malefica, chironia, cancroſaꝗ ulcera, habetꝗ priuatim, & cū alijs mixtum cicatricē inducendi poteſtatem. Inijcitur medio decoctionis tēpore. Ceruſſa emplaſtica, & moderate frigida eſt, decocta uero aridior ſeipſa redditur: hæc in cādida quidē emplaſtra in fine decoctionis inijcitur, ita enim colorem conſeruat, uel etiam magis albificat: in nigra uero, aut flaua ſtatim à principio imponiť. Aerugo æris acrimoniæ particeps diſcutiendi, purgādi, omnemꝗ carnem incidendi facultate pollet, plurimo autem cerato admixto cicatricem inducit. Hæc in emplaſtra uirentia poſt decoctionem inijcitur, in nonnullis uero ne in patellā quidem imponitur, ſed aceto in mortario diluta reliquis liquabilibus cōmiſcetur, in flaua aūt medio decoctionis tēpore immittitur. At in ea quæ diproſopa dichromaꝗ appellantur quaſi geminas facies geminosꝗ colores habentia, ſtatim à principio inijcitur. ærugo enim decocta primo quidem flaua, deinde bicolor, poſtremo ruffa efficitur. alumē omne uehementiſſimam habet adſtrictionem deſiccatoriam agglutinatoriamꝗ, omniū uero tenuiſſimū ſciſſile eſt, inijciť plerūꝗ poſt decoctionē, neꝗ ſignū illi peculiare ineſt, quo decoctionis menſura noſcatur, plerunꝗ tamē color eius ad uiriditatem mutatur. Rubrica adſtringit, exiccat, agglutinat, inijcitur in fine decoctionis. cadmia abſterſoriæ facultatis eſt, caliditate, & adſtrictione tēperata, uſta & lota ſine eroſiōe abſtergit, & deſiccat. Pōpholyx & ipſa immordaciſſimū medicamentū efficitur, ideo ad malefica cācroſaꝗ ulcera cōgruit, in emplaſtra ſtatim in principio decoctionis inijciť. Sali uero ꝑmixta quædā facultas ineſt, abſtergēdi inꝗ & adſtringendi, magis tamē adſtringit, & ualde exiccat. at nitrū abſtergēdi, incidendi exiccandiꝗ poteſtatē habet: in attractorijs emplaſtris ſal illi admiſceri ſolet, & medio decoctiōis tēpore inijciť. ſulphur attractoriæ poteſtatis eſt omne calidæ tenuiſꝗ ſubſtātiæ, inijciť in fine decoctionis. decoctū enim nigreſacit. atꝗ hæc quidē fere metallica ſunt, quæ in emplaſtra cōijci conſueuerūt. terra aūt ad hos ipſos uſus adhibita ſamia eſt, erethrias, cimolia,, ampelitis, & lemnia, ſicut & è lapidibus, phrygius, aſius, pyritis, hæmatites, magnetes, achates, iaſpis, gagates, cos, quorū poteſtates & actiones ſuperioribus libris explicauimus. Adhibetur & pumex abſtergendi, attenuandi, diſcutiendiꝗ facultatem habens. Teſtę præterea oſtreorū crematæ & crudæ, tanquàm attenuantes, abſtergentes, diſcutientes, & exiccantes ad ſinus conglutinandos admiſcentur. Idem poſſunt fictilium teſtæ, abſterſoriæ & ipſæ deſiccatoriæꝗ facultatis. inijcitur & calx tanꝗ generoſe exiccās, & ad cicatricē ducens. Cinis uero præſertim ſarmentorū ſinus agglutinat, callumꝗ exterit & deſiccat. Hęc omnia terreſtria in fine decoctionis inijciuntur, in pinguia aūt emplaſtra, & quæ oleum ſuſcipiūt, oleum ſtatim à principio cū metallicis conijci oportet. At ſi cum reſina quapiā aut pice liquida emplaſtrū præparetur, ſi oleum confeſtim ab initio inieceris incōpactile reddetur medicamētum: ideo ad compactionem faciendā ſatius erit reſinas liquidas primo imponere, deinde in fine oleū ſuperaddere, atꝗ ita rurſus ſimul uſꝗ ad probam conſiſtentiā decoquere. reliqua pinguia, & præcipue adipes recentes delicatiſſimi, medio decoctionis tempore

injciuntur.Ex unguentis irinum quidem multũ decoctionis ſuſtinet, liguſtinum
perparum,ac multo minus roſaceum,cætera ne minimũ quidem ferũt, propterea
talia in fine decoctionis injcies.Cera aũt calefacit & mediocriter mollit, minusq;
cruenta uulnera glutinat. Hæc nunq; priuatim decoquitur,ita enim uretur,neq;
cum reſina,aut liquida pice,nam incompacta perſiſteret: ſed in oleum uel purum
uel cuiuſcunq; generis cum quopiam è metallicis prius decoctum, uel in reſinã
aut picem liquidam prius ſimili modo decoctas injcitur.Reſina omnis multo ma
gis cera calefacit,diſcutit,mollit,euocat,& aperit,magisq; cruenta uulnera gluti/
nat.Ac reſina quidem arida poſt ceram injcitur, liquida autem ipſa ſeorſum à cę
teris niſi per pauca admodum fuerit,ſola decoquitur.Pix omnes reſinæ facultates
ualidiores habet, injcitur præ reliquis omnibus:menſuram decoctionis liquidæ
quidem conſiſtentia declarat,aridæ uero preſertim ſi cum aceto decoquitur, cum
non amplius bullas emittit,neq; intumeſcit.Bitumen cruenta uulnera glutinat ac
generoſe calefacit & exiccat, ac ſinus contrahit: decoquitur confeſtim ab initio
iniectum,neq; minutiſſime tritum injci oportet,alioqui improbe liqueſcit, aſpe/
rumq; tanq; granis milij refertum emplaſtrũ reddit, ſed pręcipue ſi cũ aceto deco
quatur: fruſtulatim tantum conciſum nullo agitatu decoquendum eſt,donec non
amplius bullas emittat,agitatum enim grumeſcit. at ſi abſq; aceto decoquatur, ce
ra ſimul ſtatim à principio coniecta,facilius etiam ſine ulla prorſus agitatione li/
queſcit.Propolis ualide calefacit,& præ reliquis omnibus diſcutit, nec parum ma
turat,aperit & euocat. Hanc prius diligẽter manibus ſubactam ſublatis primo ab
igne quæ decoquuntur injcere oportet:nullam enim prorſus decoctionem tole/
rat.è lachrymis ammoniacum mollit,diſcutit,calefacit, putredinẽ educit,attrahit,
injcitur medio decoctionis tempore.ac ſi conteri cribrariq; poterit, contritiſſimũ
impones,ſin minus,cum liquido quopiam dilutum in patellã immittes, cũ aceto
quidem aut uino,ſi ad cruenta uulnera emplaſtrum conficitur.Si uero ad fiſtulas,
aut ſtrumas,non niſi cũ aceto.At ſi mollitorium fuerit,quemadmodũ ea ſunt quę
ad ſedis uitia componuntur,cum aqua diſſolues, deinde in emplaſtrum prius re/
frigeratum conjcies ne efferueſcat, rurſusq; decoques. opopanax magis quàm
ammoniacũ calefacit,diſcutit & exiccat, injciturq; non niſi peracta decoctione,
qua nihil penitus indiget,ipſum autẽ aceto prius aut uino diluere oportet. Chal/
bana ualide calefacit,maturat & diſcutit,decoctionemq; omnino non tolerat, ſed
eam ſublato prius ab igne medicamento diligenter pręmollitam injcere oportet,
aut potius cũ aceto aut uino ad glutinis conſiſtentiam dilutã reliquis admiſcere.
Sagapenũ facultatem habet chalbanæ ſimilem,magis tamen diſcutit,& attenuat,
injcitur in fine aceto prius aut uino dilutum.Bdellium calefacit,diſcutit, euocat,
& mollit,tritum & ipſum peracta decoctiõe reliquis admiſcetur:at ſi pingue fue/
rit in mortario tuſum,aut cum quopiam liquore dilutum injcitur. Thus modice
quidẽ calefacit,ſed generoſe maturat,moderateq; euocat,& ſinus agglutinat.Pol
len thuri ſimiles uires habet,magis tamen adſtringit,ideo medicamentis ad cruen
ta uulnera utilius admiſcetur,utrunq; in fine decoctionis injciuntur.Myrrha ca/
lefacit,maturat,attenuat, diſcutit,& exiccat, facit ad uulnera ſanguinolenta cum
aliquo liquore,eorum quæ emplaſtris admiſcentur, diluta injcitur in fine deco/
ctionis.Aloe ex uarijs componitur facultatibus: adſtringit enim, calefacit, abſter
git, attenuat, diſcutit,ſinus agglutinat,& exiccat,immiſcetur poſt omnẽ penitus
decoctionem.Liquor papaueris generoſe refrigerat,doloris inflãmationisq; miti/
gatorius,cruentorumq; uulnerum glutinatorius. Hunc pridie in aqua madefieri
oportet,& ita deinceps emplaſtro admiſceri. Thapſia calefacit, & cutim rubifi/
cat,injcitur poſtrema quopiã liquore diluta. Nulla uero ex herbis,aut radicibus

nullumq;

nullumq; ſemen decoctionem tolerat, celerrime enim torrefiunt. Trita igitur ſingula quæq;, & exquiſitiſſime cribrata, poſt omnem penitus decoctionem ſublata ab igne ſartagine iniiciuntur: interdum tamē herbas aut radices præmadefactas in oleo decoquimus, quas deinde expreſſas abijcimus, & oleum tantum ad medicamenti confectionem admittimus.

De cruentorum uulnerum curatione ex Galeno. Cap. XXV

PArua ſuperficiariaq; uulnera ſpōte ſua natura nullius extrinſeci medicamēti indiga ſanare conſueuit: labia tantum diſſecta à nobis colligenda erunt, & uinculo orbiculatim nectenda, ne quis pilus aut arena, aut quippiam ſimile interci dat, & ulcus penitus coaleſcet. quod ſi per amplum fuerit, ut labia diuiſa cōiungi nequeāt, ſanieſq; in loco aggregeť, aut dolor urgeat, huiuſmodi uulnus ſola partium collectione agglutinari nō poterit, ſed deſiccātibus medicamētis defluxam ſaniē abſumi, & defluentē phlēeri oportebit. Talia uero ſunt agglutinatoria medicamēta, inflāmandi poteſtate carētia. At ſi uulnus profundius fuerit, in ſuperficieq; anguſtius, ſcalpro incidatur, ut æqualis reddatur latitudo, & ne inſinuati humores cōputreſcant, circūiacenteſq; partes cōtagio corrūpant. qui ergo cruenta uulnera agglutinare cogitauerit, animaduertere debet, quę ꝓxime ſunt dicēda, ac præ reliquis omnibus grumos è uulnere diligēter educere: quantulacūq; eī eorū pars in cauitate derelicta in pus uertitur, & carnes ſubinde putrefacit. Grumos uero educemus ſpōgijs mollibus aſſidue locū ſouendo, neq; tamē in omnibus ſpongias ex aceto exprimemus, ſed quęcūq; uulnera ſine eruptiōe ſanguinis fuerint, aqua tantū fouebimus: ita enim nihil ꝓrſus carnē offendimus, quam adſtringens cōſtipanſq; acetū, impedimēto eſt ne cito coaleſcat. ꝓfundiora aūt uulnera, penitiores grumos atq; hos extirpatu difficiles cōtinentia, aceto ꝑfundemus, quod ex ſpōgia ad fundū uſq; exprimemus. Acetū enim ad diſſoluēdos & eliquādos grumos efficax eſt, ſua adſtringēdi ui adaperta uaſa occludere obiter potens, delationemq; ſanguinis cohibere: q̃bus omnibus à principio ſummope ſtudere oportet, quāuis alioqui acetū obturādo corpora tardiorē uulneris unionē efficiat. At ſi in capite uulnus fuerit, præter reliqua quæ prædiximus, mēbrana os cōtegens, quā pericraniū uocāt, cōſideranda eſt, nūquid illæſa, an ſimul pertuſa ſit. ſi enim illæſa perſtiterit, labia ſuturis protinus colliges, & ad glutinationē uerteris: ſin perforatā aut cōtuſam inueneris, ad tutiorē medicationē membranā ſecabis, & os diligentiſſime abrades, linamentiſq;, quæ tilta appellātur, uulneris profunditatē replebis, ſpleniumq; inflāmandi poteſtate carēs exterius applicabis, ac ſuprà ſuccidā lanā, ſeu ſpongiā molliſſimā, uino aut aceto madefactā & expreſſā, ſine oleo impones, præcipue ſi ſanguinis eruptio præceſſerit. poſtea faſciolā lineā aceto madefactā & expreſſam alligabis, uinculi caput in uulneris loco ſtatuēs, quemadmodū in artuum fracturis fieri cōſueuit: ſtudetoq; ut ligatura ſuperius uergat. conſtrictionē uero mediocrē eſſe oportebit. nā ſi uehementior fuerit dolorē excitabit: ſin laxior, utilitate carebit. trāſacta tertia, uulnus fractura carens ſpōgijs fouebitur, deinde ſectioni linamēta ſuppurante medicamento illita applicabūtur, ac reliqua ad ſuppuratione faciendā curatio admittetur: poſtea ad repurgandū, & incarnandū progredimur, quemadmodū paulo infra loco de ulceribus declarabitur. Quoniā uero fracto pericranio, ubi uulnus negligitur, inflāmatio ſuperuenit, ſi inchoante adhuc inflāmatione uocaberis, protinus deſiccare uulnus enititor, ac pericranium diligenter abradere: uulnere enim diſſecto inflāmatio, anteq; excādeſcat, ſupprimitur. peracta ſectiōe linamētis labia diduces, exteriuſq; retinēdo linamento pannū uino & oleo madefactū, aut ſpleniū inflāmandi poteſtate carēs applicabis, partibuſq; adiacētibus lanā uino & oleo madefactā cōgrua diligētia alligabis. Deinde

ad ſuppurandū uerteris. at ſi inflāmationem uehementē nactus fueris, deraſis capillis affectū locum aqua calida tēperata irrigabis, & medicamenta illines, quæ ad ſedandas inflāmationes cōficiuntur. Ceſſante uero inflāmatione pericraniū neceſſario ſuppurat, & adiacētes partes abſcedūt, propterea expedit ut diſſecetur, ueluti dictū eſt, & pus excernat, membranaq; abradatur, deinde reliqua ulcerum curatio cōmunis tranſigatur. ſin fractura in capite aut alio quopiā loco cū uulnere fuerit, emplaſtrū apponendū erit ex ijs, quæ ad fracturas cōfecta ſunt. Abſcindere aūt oportet ſplenij partē quæ ad uulnus accedit, quadrangularē, aliudq; paruum ſpleniū uulneri alligare, ſicuti diximus. In curatione uero paruū ſpleniū ſingulis diebus auferendum eſt, & ulcus medicandū, poſtea congrua deligatio adhibenda. cæterum agglutinatoria medicamenta in xv. libro deſcripta inuenies.

De uulneribus neruorum ex Galeno. Cap. XXVI

NEruus uulneratus aut punctus ob ſentiendi excellentiā uehementiſſime dolet & inflāmatur. Cuius ergo ſectionem apertam ad ſaniem excernendam ſeruare oportet. Vbi tamen ſectionis os latius fuerit, enitendum eſt, ut areſacientibus medicamentis ad unionem compactionemq; labia ulceris deducantur. ubi uero ab acu, aut paxillo, aut quopiam tali uulnus illatum ſit, prçſertim ſi in altum receſſum deſcenderit, uni tantum rei uacabimus, ne inflāmatio ſuperueniat. ac longe tutius cenſuerim, cutim quidem in uulneris orificio aperire, ut commodius ad profunditatē loci medicamentorum uires progrediantur: corpus uero uniuerſum ſanguinis miſſione euacuare, ſi uirtus robuſta fuerit, & nihil aliud obſtiterit: ſemperq; in euacuando ſeruanda locorum affinitas eſt, ut dextra manu uulnerata, dexter malleolus, ſiniſtra autem ſiniſter incidatur: contrà dextro crure percuſſo, axillaris uena dextræ manus, ſiniſtro uero, eadem uena ſiniſtræ, rectitudine ſeruata ſecanda eſt, ac ſi axillaris non apparuerit, mediam incidemus. Quod ſi corpus potius deprauatis ſuccis infartum ſit, protinus congruo medicamento purgabimus. Cæterum aquam calidam reliquis inflammationibus utiliſſimam, ſciri oportet, uulneratis neruis infeſtiſſimam eſſe: ab humectantibus enim & calefacientibus medicinis putredo huiuſmodi affectibus comparatur. præſtat igitur neruos ictos oleo tenui calefacto adſtrictione prorſus carente perfundere, quale dulciſſimum eſt, quod longe melius erit, ſi duos, aut tres annos tranſegerit. Nerui enim uulnerati curatio medicamentis tepidam quidem caliditatem excitantibus, ualide uero & ſine moleſtia deſiccantibus ac ſubſtantia tenuiſſimis indiget. nam ſola huiuſcemodi ſine partium diſtenſione, aut mordicatione ſaniem à profundo euocare queunt: propterea oleum interdum in quo anethum & rutam decoxerimus calidiſſimum affatim perfundimus: ſæpe & ceratum ex euphorbio, aut emplaſtrum anicetum, aut quodpiā aliud ex ijs, quæ ad uulneratos neruos deſcribentur, modico oleo liquefacta irrigamus. Deinde emplaſtro aliquo ex paulo ante memoratis appoſito, lanam calido oleo madefactam exterius alligamus, biſq; aut ter ſingulis diebus exoluimus, & ſi noctes longiores fuerint, noctu quoq; exoluere conſueuimus, præcipue ſi mordicatio uulnus irritet. Quod ſi neq; mordicatio, neq; dolor percipiatur, bis tantum in die & circa ueſperam exoluemus, axillas præterea & collum affatim calido oleo iugiter irrigabimus. At ſi neruus in crure ictus ſit, inguina, totamq; ſpinā, & collum eodem oleo calido uberrime perfundimus. Neruorum uero uulneribus perperam à principio curatis, maxima omnino inflammatio & putredo ſuperuenit. farinam ergo fabaceam, aut potius eruinam in lixiuio aut oxymelite decoctam loco illinere oportet, ad hæc enim quæ iam putreſcunt medicamentum efficax eſt. Quod ſi uehemens inflammatio cum maximo dolore infeſtauerit, eruinam farinam, aut fabaceam cum optima ſapa addito

paucissimo

pauciſſimo aceto decoctã illinito, prius tamẽ parte affecta oleo calido affatim perfuſa. Ceratũ uero ex euphorbio ad neruos uulneratos, cuius paulo ante meminimus, ita conficitur. Ceræ, terebinthinę, olei, ſing. unc. iiij. euphorbij recentis unc. ij. & ſi duos annos tranſegerit unc. iij. ac ſi prorſus antiquum fuerit unc. iiij. & ſi terebinthina deſit, colophoniam imponito. Longe uero præſtantius euadet medicamentum, ſi propolim pinguem & recentem aſſumpſerit, ut ſint terebinthinæ unc. iij. propoleos unc. iiij. ceræ unc. i. olei unc. iiij. euphorbij recentis unc. ij. Deficiente euphorbio, ſulphur ſplẽdidum, aut caſtorium, uel quodpiam ex his ſimiliter calidis & tenuibus admiſcebis. omnino autẽ ad neruorũ uulnera, ſi ab exquiſita mediaq; medicamentorum conſiſtentia aberrandum ſit, ſatius eſt ad mollierẽ ſubſtantiam declinare, quamuis quod ita conficitur, inquinet. optimum præterea ad eoſdem uſus medicamentum eſt, quod è brutia pice, & opopanace aduerſus rabidas morſiones parari ſolet, præcipue ſi robuſtiora corpora nactus fueris. Nam in delicatioribus cerato ex quopiam diſcutiente oleo uires eius ſunt refrenandæ, quale eſt irinum, aut amaracinum, aut antiquum, aut opobalſamũ. Egregie etiam cõfert anicetum, quod in xv. libro inter mollitoria medicamẽta deſcribitur. ſed & ad neruorum punctiones ex metallicis ualidum medicamentum cõficimus, quod ita habet. Chalcitidis crudæ drac. viij. miſyos crudi drac. xvi. ſquammę æris drac. xxiiij. ceræ drac. xcvi. olei dulcis aut antiqui æſtate quidem drac. cviij. hyeme uero drach. cxx. thuris drac. xxiiij. terebinthinæ drach. xvi. chalbanæ drach. xij. aceti acerrimi & antiqui quod ſufficit. metallica prius ſub æſtiuo ſole pluribus diebus conterito, inde iniecto thure rurſus conterito, tunc quæ liquari poſſunt, liquata infundito, & conficito. Id medicamentum uulneri appoſitum ſine inflammatione conſeruat, quod nos ſexcenties experti ſumus. admirandum præterea ad uulneratos neruos medicamentum eſt quod è ſenecione paratur, habens ſucci ſenecionis unc. xxiiij. olei antiqui, olei liguſtrini, olei dulcis, apochymatis ſingu. unc. iiij. chalbanæ, æruginis æris, ſing. drac. iiij. terebinthinæ drac. vi. adipis antiqui drach. xi. ceræ drac. viij. piceæ reſinæ aridæ drac. vi. ſuccum cum oleis commixtum decoquito donec ſuccus propè abſumptus ſit, æruginem uero cum modico ſucco diluito, & quæ liquari poſſunt, liquata excolato, iniectaq; terebinthina cum decoctis unito, poſtremo in æruginem dilutam omnia infundito & conficito. facit ad maximas in uulneribus muſculorum inflammationes, duritiesq; ac tecentes puerorũ ſtrumas diſſoluit. Qui uero neruorum uulnera perpetiuntur, urgente neceſſitate, poſt ſeptimam, uel quotieſcunq; dolor prorſus ceſſauerit, tuto lauari poterũt: ſed ubi lauandi ſunt, medicamẽtum uulneri atq; exterius multiplicem pannum oleo madefactum apponimus, deinde iam ægro in labrum deſcenſuro ligamenta oleo multo perfundimus, tum poſt lauacrum abiectis protinus cunctis, quæ applicata fuerãt, pauloante deſcriptam curationem admittimus. ſin uulnus in manu fuerit, admonendus eſt æger, ne eam prorſus ſeu calido, ſeu frigido lauacro madefaciat. Oribaſij ad priuatos uulneratorum neruorum abſceſſus. priuatos autẽ abſceſſus uocat, quando in proximis pũctioni locis abſceſſus parui & multi per certa quædam interualla ſuboriuntur. ceræ, colophoniæ, butyri, ſing. lib. i. picis aridæ, mellis ſingu. unc. vi. æruginis unc. iij. aceti quãtum ad æruginis diſſolutionem ſuffecerit.

Curatio ad neruos in ulceribus denudatos & uulneratos. Cap. XXVII

QVod ſi neruus non tantum ictus, ſed manifeſta quoq; inciſione diſſectus ſit, præiacens cutis ampliori diuiſione aperienda eſt, uulnusq; ſpectandũ trãſuerſum ne ſit, an ſecundum nerui longitudinem: ac quatenus cutis ſectio patebit, ut neruus inciſus ſenſui appareat, eatenus neruo ita denudato, nihil appli-

care oportet eorum quæ ex euphorbio aut metallicis præparantur, abſtinẽdumq; ab aniceto emplaſtro, & cæteris quæ ad tantam acrimoniã attingunt, neq; enim uires adeo uehementes toleraret. Tunc igitur præſtantiſſimum erit calcem lotam plurimo optimoq; roſaceo admixtam apponere, ſitq; calx in diebus canicularibus ſub ſole aqua dulciſſima ſæpiſſime abluta, & exiccata. congruit & medicamentũ è pompholyge plurimo itidem ac probatiſſimo roſaceo ſolutũ, pompholygẽ aũt medicamento imponendã lauare oportet, quemadmodũ de calce docuimus, immo & cerã in huiuſmodi præſidia inijcendam lauabis. Ad omnem enim denudati nerui medicationem deſiccare ſine mordicatione potiſſime intendimus, propterea uulneri nihil acre admouendum. Senſu enim ucgetiſſimus neruus eſt, & principiorum dominio affinis. ſed nec oleo tale ulcus fouẽdum, at lana nucleari ſpicillo inuoluta ſanies tantum abſtergenda, & ne arida lana uulnus attingat ſapa madefieri poterit, eaq; deinde expreſſa uulnus detergi. præterea medicamenta quæ applicantur tepida eſſe oportet, quæ enim frigida apponuntur conuulſionem inferunt. Ad neruos etiam denudatos, ægyptium emplaſtrum efficaciſſimum eſt, quod è ſuccida lana conficitur, & Altei fuluum, ſi ambo plurimo roſaceo diluantur, & linamentis imponantur. Reliquis uero cunctis præcellit, ut nulli prorſus ſit comparandum emplaſtrum quod Iſis uocatur, plurimo optimoq; roſaceo diſſolutum, & cum linamento tepidum ulceri impoſitum: dolores enim mirum in modũ ſedat, ſordidaq; ulcera celerrime mundificat, incarnat & ad cicatricem ducit. Vbi uero ulcus linamentis munieris, exterius medicamentum è ſenecione confectũ ſi haberi poteſt, ſin minus anicetum applicabis. At ſi uulnus nerui trãſuerſum ſit, maximum conuulſionis periculum imminet, inflãmatione à diſſectis fibris ad integras ſuccedente. quòd ſi integræ fibrę cõuulſione laborauerint, his ſimul & ulceri eadẽ prorſus curatio adhibetur. Parcius tantũ huic ægro ſanguis mittendus eſt, tenuiorique uictu alendus, atq; in quiete omnino, & ſtrato molliſſimo continendus, plurimoq; oleo calido affatim & aſſidue inguina, ſpina, axillæ, collum, & caput perfundendũ. hęc ubi ratio cõmunis ad omnia neruorũ uulnera proponatur.

De nerui contuſione. Cap. XXVIII

CONtuſo neruo, ſi cutis ſimul contundatur, & ulceretur, fabaceam farinã oxymelite dilutam, aut eruinam cũ ſapa & modico aceto illines. Vtraq; enim efficax eſt. quòd ſi cum contuſione dolor infeſtet, picem liquidam linimento è farina fabarum adijcies, & poſtq; ſimul decoxeris calidum applicabis. Si uero medicamento magis deſiccatorio indigueris, eruinæ farinæ parem menſuram admiſcebis, quod adhuc impenſius deſiccabit, ſi iridem illiricam adieceris. Vniuerſi autẽ corporis curatio eadem eſt cum ea, quam paulo ſupra docuimus, ſed ſi neruus quidem contuſus ſit, cutis uero nihil, quod ſenſui appareat, à natura receſſerit, oleo calido diſcuſſorio quale anethinum eſt, & rutaceum iugiter locum irrigabis, & lana oleo madefacta fouebis, reliquamq; totius corporis curationem prædictis ſimilem adhibebis. Neruo autem toto prorſus diſſecto, nullum quidem conuulſionis periculum imminet, ſed membrum ea parte debile efficitur, præſertim ſi diſſectus neruus inſignis magnitudinis fuerit. Huic uero, ac reliquis ulceribus eadẽ curatio adhibenda eſt.

De inguinibus ex Galeno. Cap. XXIX

QVando inguina corpore exiſtente plethorico ſine alia manifeſta cauſa intumuerint, cõſtipatio humorum circa glãdulas oritur: niſi ergo quidpiam obſtiterit, cubiti uena ſecanda eſt, tantumq; ſanguinis euacuandum, quantum plenitudo indicauerit. Loco uero inflammato & ante uenæ ſectionem, & in ipſo ſectionis tempore, adſtringentia & repellentia medicamenta ſunt apponenda, ſed

poſtea euacuata ab uniuerſo corpore plenitudine, ad ea quæ diſcutere poſſint, quod influxit, tranſire oportet. At ſi ulcus in crure exiſtens ad affectionis conſenſum inguen perduxerit, ſicuti ex digitorum pedis offenſu fieri conſueuit, glandulam inflammari incipientem, ſtatim in principio lana calido oleo madefacta mitigare oportebit, non quidem adiecto ſale ſicut nonnulli faciunt: ſal enim tenuiores partes conſertim diſcutiens, reliquum calloſum, curatu difficile, ac ſæpe immedicabile omittit. Vbi uero inflammationis ueluti feruor quieuerit à mitigatorijs præſidijs abſtinebimus, & diſcuſſorijs utemur, eruntq; diſcutientia medicamenta quæ inguini applicari debent ad cerati conſiſtentiam diluenda. Quę enim duriora fuerint, eas partes diſtendunt, rurſusq; inflammationem irritant. atque inguini quidem ita ſtudebis, totum uero crus ſtatim à principio mitigandi gratia, calefacies & humectabis, & ulceri inflammationis authori cataplaſma mitigatorium, aut ceratum quodpiã ex ijs quæ ad ſedis uitia cõſiciuntur appones, totumque membrum lana calido oleo madefacta fouebis, & ægrum in quiete continebis: ſedato autem ulcere plerunque & inguen ſine dolore perſiſtit. Cæterum ad inguina egregie confert pſyllium aqua calida madefactum, & panno aut oleris folio illitum. Nec minus ceratum ex butyro confectum, & quod oſtrea cremata ſuſcipit. confert & diſcuſſorium emplaſtrum quod Dionyſias appellatur, & quod buccinis præparatur, quorum omnium confectiones libro decimoquinto deſcribentur, ſicut & ceratum è pſyllio.

De quacunq; inflammatione ex eodem. Cap. XXX

OMnis inflammatio ob ſanguinis defluxum, uel à manifeſta, uel ab occulta cauſa producitur. à manifeſta, quando ab offenſu pedis inguen ſuperuenerit. ab occulta, quando aliquo membro, uel uniuerſo corpore tranſmittente, & pàrte affecta ob imbecillitatem recipiente, multitudo in loco decubuerit, ueluti ſuperius in capite de podagra prædocuimus. ſæpe & membrum quod inflammatur ob quampiam morboſam, & præter naturam caliditatem, ad ſeipſum materiam attrahit. Erit igitur inflammationis principium, quo primum tempore membrum ſanguinea materia repletur. Augmentum uero, quando id quidem quod aliunde fluebat, deſiuerit: quod autem in membro continetur, tunc primum putreſcere incœperit. atq; eo potiſſimum tempore caloris præter naturam incrementum, & humorum diffuſio, & membri extenſio longe maior inuadit, quam antea fuerit. Vbi autem iam pus conſiſtit maximiq; dolores infeſtant, tunc inflammatio in uigore eſt, poſtremo declinationem appellamus, quando delapſus humor diſcutitur, tumorq;, & extenſio minuuntur, doloresq; mitiores fiunt. Inchoante itaq; inflãmatione, uictus ratio moderãda eſt, cibiq; cõtrahendi, & aquę potio imperãda. quòd ſi inflãmationis principium ſanguinis ablationem poſtulauerit, ætasq;, corporeus habitus, & anni tempus non repugnauerint, præcipue in hominibus ſanguine redundantibus, licebit, ubi prius recta uiuendi ratione corpus direxerimus, ſanguinis miſſionem adhibere, tantumq; euacuare, quantũ plenitudo, & inflammationis magnitudo, & ægri uires indicauerint. Verum in principio, & ante ſanguinis miſſionem, & ipſo miſſionis tempore, inflãmato loco cataplaſmata repellentia adhibebimus: in augmento autẽ, repellẽtibus nõ nihil ex his quæ diſcutiũt admiſcebimus. At in uigore, uehemẽtiſſimisq; doloribus, mitigatoria applicanda ſunt, ſicut in declinationibus ea tantũ, quæ diſcutiendi ui pollent. Ad inchoantes uero inflammationes repellendo aptiſſima eſſe experimur, glaucium, parietariam perdicium, ſtratiotem herbam in aquis fluitantem, plantaginem, polygonum, & his ſimilia: ſicut mitigatoria, uigori ac dolori inflammationis idonea, maluam priuatim, & cum modico pane, & roſaceo illitam. efficaciſſimum quoque

melilotum eſt in paſſo decoctum, & cum pane applicatum. Idem poſſunt & pal/
mulæ in paſſo elixatæ, & cum pane & roſaceo confectæ. porro in declinatio/
ne reliquis præfertur agreſtis malua illita, & paſſulæ exemptis acinis cum pa/
ne & modico melle, & hordei farina cum melle ſiue oleo applicata. quod ſi ob
morbi difficultatem locus affectus nimiam materiam continuerit, non ſtatim, ut
quidam faciunt, ad chirurgiam prorumpere oportet, ſed eniti ut materia collecta
diſcuſſorijs medicamentis per halitum digeratur, quale eſt quod è buccinis
combuſtis conficitur, aut fuluum Oribaſij, aut quod Dionyſias appellatur e mi
ſye præparatum, ac reliqua huiuſcemodi, quæ in decimo quinto libro deſcriben/
tur. ſed ſi inflammationis reſiduum calloſum apparuerit, iam uehementioribus
medicamentis confidere oportet, bis ſingulis diebus quantum profecerint inſpe/
ctando.

De abſceſſibus. Cap. XXXI

PRoductis inflammationibus, & ad ſuppurationem conuerſis, tranſmutatio/
ni, ut quam celerrime fiat conſulere oportet. partem igitur affectam althææ,
& ficuum decocto fouebimus, & farinam hordeaceam, uel panem cum aqua &
oleo illinemus. Et ſi inflammatio fuerit ſuppuratu difficilis, hordeum aut panem
in pinguium caricarum & althææ iure elixatum illinemus. Quæ ſi diutius perſti
terit, fimum quoque columbinum, & nitrum, & terebinthinam adijciemus. per/
acta uero trāſmutatione, locus aperiēdus qua parte maxime faſtigiatur. ibi enim
tenuiſſimam cutim inuenies. & ſi pars aliqua ſuppurati loci, tibi putreſcere appa
reat, eam neceſſario abſcindi oportebit, eritq; circumciſio ad myrtei folij form am
ducenda, ut oblonga inquam, & anguſta ſit: id profecto in axillis & inguinibus
peragendum eſt. In capite uero & huiuſmodi locis inciſione ſimplici utemur,
poſt quam thuris polline contritiſſimo ulceris cauitatem replebimus, & linamen
ta è filis linteoli confecta imponemus. conſtat autem ubi duæ, aut tres ſectiones
fuerint, limniſcos eſſe immittendos, deinde linamentis è filorum uulſione confe/
ctis ulcus replendum. Ad loci uero tutelam ſimplex linteolum uino & oleo ma/
defactum, alligabimus. Tum in tertia ad ſuppurantem curationem uertemur, ue/
luti cum tetrapharmaco, aut ſimilibus roſaceo diſſolutis. ſed ſi poſt linamentorum
applicationem circumiacentes partes adhuc inflammentur, cataplaſmata adhi/
bebimus, & ſi nihil amplius urgeat, ſplenium inflammationibus ſedandis idone/
um apponemus. Vbi uero ſuppurata loca mundificata fuerint, repurgantibus
medicamentis utendum, inter quæ inſigne ægyptium emplaſtrum eſt, quod ha/
bet terebinthinæ liquidæ & mellis, & olei roſacei portiones æquas ſimul in ſarta
gine colliquatas. ſed in robuſtioribus corporibus, & acutiſſimis ulceribus terebin
thinæ cum melle par pondus abſque oleo liqueſit, & mirum in modum repurgat.
Ad ulcera autem quæ difficillime repurgantur, confert ægyptium, quod coctum
appellatur, colore ruffum, cum ærugine raſili & melle decoctum, quouſque ruf/
fum colorem ſuſcæperit. ſunt & alia huic ſimilia, quæ in capite de fiſtulis paulo
infra memorabimus. repurgatis ulceribus ad incarnantia pergemus, quæ non
multo poſtea explicabuntur, ubi de concauis ulceribus agetur. peracta incarna/
tione rhodio emplaſtro, aut pſaro contrahantur, & ubi plana reddita fuerint, ad
cicatricem ducantur, cum ijs quæ infra dicentur. Suppuratorium abſceſſuum
multis experimentis probatum. Maluæ agreſtis tritæ & decoctæ, farinæ triti/
ceæ, fimi porcini partes æquas in ſapa elixato, & illine, ac celerrime ſuppura/
bit. Philoſophi ad omnes inflammationes diſcutiendas quæ cataplaſmatis diſcu
ti nequiuerint, facitque priuatim ad mammillas, collum & inguina inflammata,
quod habet adipis porcini liquefacti unc. vi. ouorum albumina duo, mel ad
ouorum

ouorum pondus,nitri unc.ij.pollinis farinæ quod ſufficit.adipi liquefacto oua ad miſceto,deinde nitrum,poſtremo & pollinem farinæ quantū ad emplaſtri conſiſtentiam ſuffecerit.ſunt qui ita pręparent:oua numero xi.cum luteis ſuis,pollinis farinæ unc.i.adipis porcini puri lib.i.mellis quantū expedite iudicaueris.nā ſi diſcutere cogitabis,uberius:ſin ſedare, parcius admiſcebis. nitrū etiam à quibuſdā conijcitur.ſed quod nitrū habet,magis diſcutit:quod nō habet,magis ſedat.utere præterea ad inflāmationem,quod è pſyllij ſucco conficitur, ruptorium abſceſſuū uitrum & ammoniacū cum aceto ſubacta illine, quāto ſpacio uolueris locum infringi.Quidam pro ammoniaco thus inijciunt.Abſceſſus autē etiam permutatos diſcutiunt Ariobarzanium è buccinis confectum, & quod Dionyſium appellāt, ambo in ſequēti libro explicata.Sed quod ad Oribaſium refert,ita habet.Lapidis pyritidis drac.xij.ammoniaci thymiamatis tantundē,cymini drac.vi.terito & cribrato acū c reſina aſſumito: ſitq; reſina ſi haberi poteſt terebinthina,ſin minus liquida,ut emplaſtri formā perficiat.hoc uel diſcutiet,uel diſrumpet,euacuabit,ad cicatricem ducet, & ſanabit. confice quantum una tantum occaſione ſuffecerit. Diutius enim ſeruatum exateſcit. In xv.uero libro aliud diſcuſſoriū, & nonnulla ruptoria inuenies.Oribaſij ægyptiū repurgans. mellis deſpumati lib.i.aceti lib.ij. ſquāmæ unc.i.æruginis drac.iiij.acetum & mel uſq; ad melleā conſiſtentiam decoquito,deinde liquida admiſceto & cōficito. Aliud eiuſdem ſordida ulcera ualide expurgans: amurcæ decoctæ, mellis deſpumati,aluminis phorini,portiones æquas. Aliud ad abſceſſus,plerunq; humores per cæcos meatus diſcutiens,aut omnino rumpens,& ſine dolore euacuans,Spumæ argenti,ceruſſæ, ammoniaci, ſing.lib.i.olei quod ſufficit,reſinæ piceæ,propoleos,opopanicis ſing.unc.vi.caſtorei unc.iiij.chalbanæ,myrrhæ,thuris ſing.unc.ij.aceti quod ſufficit. Spumam argenti & ceruſſam cum aceto decoquito,terenda cum aceto terito,quæ liquari debent,liquefacito,& cum decoctis miſceto:deinde res contritas adijcito, refrigeraríq; ſinito,ac manibus ſubigito.

De concauis ulceribus nequaq; maleficis, uſaq; & ratio qnomodo ulcera curari oporteat ex Galeno. Cap. XXXII

COncauum ulcus humens ſordidumq; eſt, ideo medicamētis moderate exiccantibus & abſtergentibus indiget.iam uero ſæpiſſime diximus nō eadem medicamenta omni naturæ cōgruere, ſed debiliori molliorıq; molliora, ualidiori aūt ualida eſſe adhibenda:neq; enim potētiora imbecillis natura tolerat. quāto ergo ulcus in humidiori corpore fuerit, tāto minus deſiccantes medicinas requirit: ideo duobus ulceribus æquali humiditate infectis, alterū quod in ſicciori tēperatura cōtigerit,magis deſiccari poſtulat:alterū quod humidiorē inuaſit tanto minori deſiccatione indiget,quanto alia natura humidior alia inuenitur. carnem enim quæ nutriendo ulceri diſtribuitur,reliquo corpori perſimilē eſſe oportet. priſtina igitur carne aridiore exiſtente,noua quoq; ſuperueniens aridior fieri debet: iure ergo exiccanda eſt,& quo prius aridior fuerat,eo impenſius maiotē deſiccandi facultatem medicamentū habere debet.cōtrà humidiori naturę, eo minus deſiccantes medicinæ conueniunt, quo minus arida caro fuerit. thuris itaq; qualitas humani corporis temperamento comparata,temperato quidem & mediocri concordat:humidius uero aliquāto magis deſiccat,ſicut & ſumme ſiccum leniter humectat.Si ergo diligenter obſeruabis facile deprehendes, thus in humidioribus quidem naturis incarnandi uim poſſidere,in ſiccioribus uero nequaquam,ſed potius ſuppurare. thus igitur ſicut moderate calidum eſt, ita omnium quæ incarnantia appellantur,minime exiccat. At hordeacea & fabacea farina thure magis arefacit, & nullius caliditatis participes eſt. Ariſtolochia uero & panaceæ radices

reliquis

reliquis omnibus ſui generis magis deſiccant, calidioriſq; naturæ ſunt. inter has radices, & ea quæ prædiximus, eruina farina & iris mediæ conſiſtunt. ponuntur omnia huiuſcemodi in primo abſtergendi deſiccandiq; ordine, inter ſe tantũ maioris aut minoris ratione differentia, & quòd aliæ quidem facultates, quibus excellunt, ſimplices habent, aliæ compoſitas. In libro aũt de ſimplicibus medicinis, oſtendimus pompholygem uſtam & lotam, & cætera huiuſmodi, ſicut cadmiam & oſtreorum teſtas, ex ijs eſſe, quæ ſine mordicatione deſiccant & incarnant. Ad ulcera præterea cõcaua incarnãda uiride medicamentũ, tam ſimplex, quàm compoſitum congruit, quale eſt quod Iſis appellatur, plurimo roſaceo dilutũ. Qui ergo recta uia & ratione medebitur, cum ægrum perſpexerit, ſtatim dignoſcit quonam remedij genere ulcus indigeat. Veruntamen ubi quædam ad incarnandum idonea, uel ſimilia applicauerit, & nihil profecerit, ad aliud tranſire oportet. ac ſi ſorditiem, aut humiditatem exuberantem ſine inflãmatione inuenerit, noſſe debet, medicamẽtum infra id quod requirit deſiccare: propterea mellis admixtione uires addendæ ſunt. ſed ſi purum & humiditate carens ulcus deprehenderit, colliget inde nimiam fieri deſiccationem. oleum igitur aut humidum ceratum medicamento admiſcebit, eſtq; his omnibus ſumma diligentia adhibenda. nonnunquã enim à potentiori medicamẽto carnem ulceris eliquari contingit, ut ſordidius humidiuſq; appareat, ſimile his, quæ minus quàm oportet exiccantur: hoc tamen à peritis facile dignoſcitur: nam ulcus eliquatum, cauius ſeipſo efficitur, protuberantibus in cauitate labijs, totaq; circum rubeſcente & non nihil inflammata crepidine: ſæpe & æger manifeſtam eroſionem percipit. alterum uero ulcus quod ob parcam deſiccationem humeſcit, nihil eorum præ ſe fert.

Medicamenta linamentis imponenda quæ emmota uocantur, ad ſuppurandum, repurgandum, & incarnandum. Cap. XXXIII

Sunt & alia plurima ad repurgandũ idonea, ueluti lens, aut iris, aut marrubium, ſingula cum melle elixata, Herinacei marini teſta, narciſſi radix cum roſaceo & melle. Baſilicum uero & tetrapharmacum, & quod ad Euzonitẽ refertur, & macedonicũ, ſingula liquefacta ſuppurandi uim habent, quæ omnia in xv. libro deſcribuntur. ſed & hoc quoq; ad ſuppurandũ admirabile eſt: omnem enim duritiem abſq; ullo prorſus dolore emollit, ſuppurat & incarnat, confertq; præter id quod dici poſſit ad cauitates, ita habẽs. Ceræ, terebinthinæ, medullæ ceruinæ, adipis uituli, anſerini, bubuli, butyri recentis, mellis attici, olei roſacei, myrrhæ ſing. drac. viij. myrrham cum melle ſubactam & in fictile exceptam prunis decoquimus, tunc reliqua colliquata addimus, & diligenter conficimus. Aliud ægyptium ad ulcera repurganda admirandum. Mel cum æquali terebinthinæ pondere, aut roſaceo, uel ſi neruoſæ partes afficiantur butyro, prunis admotis colliquamus. ad robuſtiora uero corpora, ulceraq; ſordidiora, terebinthinam cum melle ſiue quopiam alio admouemus. utere etiam emmoto à Galeno ualde probato, cuius confectionem libro de ſimplicibus medicinis, capite de Lilijs, & utendi modum deſcriptum habes. Ex melle enim & aceto & ſucco foliorum lilij uiridium conficitur. his omnibus efficacius eſt quod Aegyptium à quibuſdam uocatur, ita habens. æruginis drac. iiij. ſquammæ unc. i. aceti unc. iiij. mellis unc. ix. arida cum aceto trita melle adiecto ſuper prunis ad partam ruffedinem decoquuntur.

Aliud emmotum, quod aureum appellatur, antiqua & recentia uulnera repurgans, & incarnans, quod habet: Salis communis, ceruſſæ, attramenti ſutorij, aphronitri albi ſingu. unc. iij. ariſtolochiæ longæ & rotundæ, aluminis ſciſſilis ſingu. unc. i. arida ex aceto trita cum ceræ unc. ij. & olei unc. ix. excipito. Deinde uſus tempore plurimo roſaceo ad olei conſiſtentiam diluito, & admiraberis. idem

ris. idē oſſibus quoq; capitis denudatis per linamenta imponitur. Aliud caua ulcera replens. Adipis uituli recētis, ceræ, rerebinthinę ſing. drac. iiij. roſacei drac. xvi. confice & utere. Aliud Archigenis quod alimentum uocarur ad cauitates replendas. Roſacei, terebinthinæ, mellis ſing. unc. ij. ceruſſæ, butyri ſing. unc. i. cōfice & utere. quidā addunt & thuris unc. i. Aliud ad caua puraq; ulcera explenda experimento probarum. Roſacei unc. iiij. ceræ unc. ij. terebinthinæ, butyri, mellis ſing. unc. i. omnibus ſuper calido cinere colliquatis & ſimul confectis ad linimenta intingenda utere. quæ uero ulcera ſordida fuerint, prius repurgato ijs, quæ ad incarnādas cauitates, & ad oſſa denudata, paulo ſupra memorauimus. Aliud Ceruſſæ, ſpumę argenti, par pondus cum uino odorato, & oleo probo ſubigito, & in linamentis uſq; ad cicatricem obductam utere. Aliud ad ſordida cicatrici renitētia, malefica calloſaq; ulcera. Marrubij ſuccum cum optimo melle ſubactū illine. Aliud aridum, malefica & profundiſſima ulcera replens. Eruinæ farinæ drac. xxx. iridis drac. xx. ſpumæ argenti drach. xv. ariſtolochiæ lōgæ tantundem, pollinis thuris, rerræ ſamiæ ſing. drac. x. ſquammæ, cadmiæ ſing. drac. xv. Hoc ſordidis quidem affatim, puris autem parciſſime illinito. At exæquatis ulceribus, & iam cicatrice indigentibus nucleum ſpecilli arido inſpergens ulceri indito, poſtea linamentum uino madefactum imponito.

De aridis medicamentis, quæ cephalica appellantur ad repurganda ulcera, & incarnanda. Cap. XXXIIII

ARida medicamenta quæ cephalica nuncupantur, omnibus quidem totius corporis, ſed capitis potiſſimum ulceribus incarnandis conueniunt, præcipue in quacūq; animalis parte oſſa fuerint denudata. ad oſſa enim denudata pinguium & eorum quæ ad intingenda linamenta conficiuntur uſum euitantes, aridis tantum utimur. immo & præter oſſium denudationem pinguia curandis ulceribus non adeo frequenter admittimus. Arida autem cephalica ſunt huiuſmodi. Aſclepiadis aridum cephalicū, ad Xenocratem relatū, quo fiſtulas ſanabat. orobi, ceræ ſing. unc. iiij. iridis illiricæ unc. ij. ariſtolochię minoris, ſquammæ æris, pollinis thuris ſing. unc. i. confice & utere. quidam & radicis panacę unc. i. accipiūt, & cum melle decocto oblongum quaſi collyriū conflant, quod fiſtulæ imponūt, deinde aridum adijciunt. Aliud aridum. Erui drac. xx. iridis, ariſtolochiæ minoris ſing. drac. x. ſquammæ, radicis uitis albę ſing. drac. v. quo ad repurgandum quidem cum melle, ad replendum autem arido uteris. Aliud aridum optimum, quod tuniculas ulcerum tabefacit, calloſitates abſcindit, ſordida purgat, concaua repler, ita habens. Squammæ, reſinæ piceæ ſing. drac. xij. pumicis rorrefacti & uino extincti, iridis, ariſtolochiæ minoris, ſilphij ſing. drac. viij. thuris, ſquāmæ ſing. drac. iiij. confice & utere, uel arido, uel cum melle. Aliud aridum ad omne profundum ulcus incarnandum. Eruinæ farinæ drac. xx. thuris drac. xviij. fuci tinctorij, amyli, ſing. drac. viij. confice & utere. Aliud ad replenda ea quę ſunt in capite. amyli, alicæ, thuris translucidi, lapidis cremati ſing unc. i. translucidum lapidē Latini appellant ſpecularem. uel colophonia ſeorſum trita ulcus repleto, & citiſſime ſanabitur. Aliud Colophoniæ, amyli, thuris, ceruſſæ par pondus cōficito & arido utere. Aliud admirandum Seueri ad oſſa præcipue capitis denudata, deraſo oſſi appoſitum, celerrime enim incarnat. Pollinis tritici, colophoniæ contritiſſimę par pondus confice & applica, tum linamento impoſito, pro linamenti cuſtodia quopiam emplaſtro molli, ex ijs quæ cicatricem inducunt, locum munito, quale eſt quod è ceruſſa aut pſitacio præparatur. Aliud ad ulcera contrahenda. Miſyos drac. iiij. gallarum, chalcitidis, atramenti ſutorij, aluminis ſciſſilis, ſquammæ ſing unc. i. confice & utere.

De oſſibus in quibus caro præter modum excreſcit, & quæ contractione indigent, & de medicamentis ualide exiccantibus ex Galeno, in quibus eſt & quod Rhodium appellatur. Cap. XXXV.

CArnem in ulceribus ſuperexcreſcentem medicamenta ualidiſſime deſiccantia abſumunt, qualis eſt, flos aſiæ petræ, & omnium oſtreorum teſtæ crematæ, & herinacei cum carne uſti, & diphryges inſperſum, & æris flos, ſed ærugo reliquis omnibus præſtat. Aridum Herculis: æris, ſquammæ, miſyos, chalcitidis uſtę, atramenti ſutorij, aluminis ſciſſilis par pondus confice, & utere. Aliud rhodiũ appellatum, quod ad Heram refertur, ſanguini quoq; ſiſtendo idoneum. Gallarũ drac. ix. ſquammæ drac. v. atramenti ſutorij drac. iij. aluminis ſciſſilis drac. ij. gallarum ſemiſſem uſtam uino auſtero extinguito, & reliquis tritis admiſceto, & conficito. Quidam atramenti quidem ſutorij drac. v. ſquammæ uero drac. ij. imponunt, & gallas omnes adurunt. Rhodium autem, inquit Heras, ad ſanguinem reprimendũ efficax eſt, facit & ad ſacros ignes, & depaſcentias: & ulcera, quæ nimio humore marceſcunt, contrahit, cicatricemq; inducit. Quidam rhodium hoc modo conficiunt, & mirifice extollunt. Chalcitidis crudæ, miſyos crudi, ſing. drac. x. ſquammæ ferri drac. xvi. gallarum drac. viij. Aridũ quod Pſarum appellatur, id ſi affatim ulceri imponatur contrahit, ſi parce ad cicatricem ducit. Chalcitidis crudæ lib. i. æris uſti unc. vi. ſquammæ par pondus confice, & utere. Aliud utiliſſimum contrahendi uim habens. Squammæ drac. iiij. æruginis drac. i. Aliud.
Squammæ, æris, calcis uiuæ, pollinis thuris par pondus, confice & utere. facit ad malefica ulcera, carnis fungos cum melle repurgat, & cum cerato replet. miſyos drac. iiij. chalcitidis drac. ij. gallarum drac. iiij. atramenti ſutorij, aluminis ſciſſilis, ſquãmæ, ſing. drac. ij. terito, & cum ſpecillo ulcus modice aperiẽs imponito. utere etiam ad maximas carnis excreſcentias ijs quæ inter ſedis uitia ad thymos deſcripta ſunt. Aliud. Lanæ rubræ uſtæ & contritæ carnes marcore flacceſcentes abſumunt. idem celerrime poſſunt balauſtia affatim applicata.

De ulceribus minime maleficis, quæ cicatrice indigent ex Galeno. Cap. XXXVI.

IN ulceribus quæ cicatrice indigent, caro quidem innato operimento munitur, ſed cutis enaſci non poteſt. Ergo in extima carnis ſuperficie, quidpiam cuti ſimile moliri enitemur, & quoniam cutis carne ſiccior & denſior eſt, deſiccãdo carnem & adſtringendo, cutis uicem ſupplebimus. neq; tamen docere ſufficit, exiccantia & adſtringentia applicari oportere: nam & cruentorum ulcerum glutinatoria medicamẽta, inter adſtringentia & deſiccantia cõnumerantur: ſed in cruentis uulneribus glutinandis, id tantũ quod aliunde fluit deſiccare conamur, ut pars affecta ſublatis excrementis coaleſcere poſſit. In cicatricibus uero inducendis, nõ tantum aliunde fluentem, ſed & adhærentem carnibus humorem abſumere oportet. Medicamentum igitur, quod cicatricem inducit, glutinatoria deſiccandi poteſtate longe præſtare neceſſe eſt, ut non ſolum carnis recrementa abſumat, ſed innatum quoq; humorẽ attingat. cui actioni congruunt, gallæ acerbæ, punici mali cortex, ſpinæ ægyptiæ ſemen, & quæcunq; abſq; eroſione ualidiſſime adſtringunt, cuius generis eſt & myrtus. oſtrea præterea, cadmia, plumbum, ſingula cremata & lota immordaciter deſiccant, & ad cicatricem ducunt, ſed his præcellit, chalcitis, miſy, alumen ſciſſile, quibus adhuc potentius æs uſtum eſt, omniũ uero potentiſſima eiuſdem ſquamma, quæ ſi uratur immordax medicamentum efficitur, antiquorum ulcerum cicatrici inducendæ idoneum. Linimentum quod tetanicum dicitur, abſumens & mirifice contrahens. Adipis porcini præliquati, ceræ flauæ, ſing. unc. i. terebinthinæ unc. s. nitri unc. i. fellis tauri unc. s. reſinæ unc. i.

hæc

hæc omnia ſimul decocta & excolata, ubi tepuerint manibus ſubigito, & utere. Quidam adijciunt, atramenti ſutorij drach.v. & medicamento à prunis remoto, aceti & ſaponis ſing. unc.i.imponunt, quæ prius in alio uaſe ſimul diluta fuerint: obſeruandum'q; ne medicamentum in bulliendo efferueſcat, proinde aſſidue uerſandum eſt, quouſque ad conſiſtentiam peruenerit.

Arida ulceribus nequaq; maleficis ſolidandis. Cap. XXXVII

ARidum quod ad cicatricē ducit, ita paratur. oſtreorū uſtorum drach.xij. pollinis thuris drach.vi. cadmiæ drach.iiij. confice & utere. Aliud Spumæ argenti, ceruſſæ ſing. drach. viij. recrementi plumbi, myrti aridæ, gallarū acerbarū partes æquas confice & utere. Aliud aridum ad cicatricem ducens. Cadmiæ, ceruſſæ, pollinis thuris par pondus unito, & applica. Aliud ualde admirandum. Ceruſſæ unc.ij. amyli unc.i. ſpumæ argēti, thuris, roſacei ſing. unc.ij. unito & utere. incarnat enim & ad cicatricem ducit. Aliud etiam diuturna ad cicatricē ducens. Corticis piceæ drach.vi. cornu cerui uſti, ceruſſæ ſing. drach.iiij. æruginis drach.ij. cadmię drach.viij. pollinis thuris drach.vi. confice & utere tanq; optimo. Aliud ex ariſtolochia. Ariſtolochiæ minoris drach.vi. corticis piceæ, pumicis uſti & uino extincti, colophoniæ aridæ ſing. drach.iiij. iridis drach.ij. unito & utere ad incarnandum, & cicatricem inducendam. Aliud ad idem. Pumicis uſti & uino extincti drach.viij. pollinis thuris & ſquāmæ ſing. drach.iiij. confice & bene ſperato. Aliud mirabile. Aluminis ſciſſilis, drach.iiij. in aqua diluito, & ubi dilutum ſit in eo linteolum tenue, purum, & uetuſtū madefacito & in ſole exiccato, quod deinde uſus tempore inciſum uulneri impones. Ad ſedis autem uitia & ulcera peruetuſta, alumen in uino diluēs, reliquaq; omīa cum linteolo perages, quæ proxime diximus, ſed ad auriū morbos lanam pro linteolo aſſumes. Aliud aridum ex plantagine. Plantaginē cum radicibus aridam terito & cribrato, ac fidenter utitor. Aliud ad cicatricem ducens. Ceruſſæ drach. viij. gallarū, myrti, recrementi plumbi, ſing. drach.iiij. confice & utere. Aliud ex oſtreis. Oſtrea uſta, ceruſſam, cadmiā, pollinē thuris pari pondere unito, & applica. Aliud aridū ad caua & malefica ulcera replenda, quod ego expertus ſum. Eruinæ farinæ, drac. x. iridis drach.xx. ſpumæ argēti drach.xv. pollinis thuris tantundem, terræ ſamiæ drach.x. ſquammæ, ariſtolochiæ minoris, cadmiæ ſing. drach.v. confice, & ad ſordida quidem ulcera affatim, ad pura uero parce applicato, ſupraq; thorulū è uino expreſſum apponito. id & chironia ulcera ad cicatricem ducet. Aliud ad cicatrices inducendas, quod etiam callos exterit. Chalcitidis crudæ, ſpumæ argenti, ladani ſing. drach.x. bituminis drach.viij. ceræ drach.ij. myrtini olei lib.i. uini heminam unam, uſus tempore ſplenium applicato & linamenta intingito. Aliud Andromachi, Spumæ argenti drach.xxxij. atramenti ſutorij drach.viij. aluminis ſciſſilis drach.xij. ceræ drach.c. ſquāmæ drach.viij. bituminis & ladani ſing. drach. xxxij. olei myrtini unc.xv. uini antiqui adſtringentis, quod ſufficit, utere ut prædiximus. Aliud, bituminis ladani ſing. drach.viij. ſquammæ, myrti, ſpumæ argenti ſing. drach.iiij. ceræ drach.xxiiii. olei myrtini drach.xxx. & ſi hyems fuerit drach.xxxvi. uini quod ſufficit, confice & utere ut dictum eſt.

Emplaſtra quæ ulcera nō malefica ad cicatricē ducunt. Cap. XXXVIII

EMplaſtrum è cadmia confectum roſaceo dilutum repurgat, & incarnat concoloresq; cicatrices reddit. Pernionibus etiā & rhagadibus & ani uitijs medetur, quod ita habet. chalcitidis uſtæ lib.ij. cadmiæ uſtæ & uino extinctæ lib.i. ceræ unc.iiij. terebinthinæ lib.ij. olei myrtini lib.ij. chalcitim & cadmiam cum idonea quantitate uini diluito, ac liquabilia admiſceto & utere. Aliud, Cadmiæ, chalcitidis ſing. drach.xxv. ceræ drach.xlviij. terebinthinæ drach.xxiiij. olei myrtini

D libram

lib.i.confice & utere. Aliud ad cicatrices inducendas efficaciſſimũ ad ignis etiã uſtiones mirabile. Ceruſſæ, ſpumæ argenti, hordei uſti ſing. unc.i. ceræ unc.iij. roſacei aut myrtini olei unc.viij. ceruſſam & argenti ſpumam è uino terito, ceram uero cum oleo liquefacito, deinde medicamentũ ab igne ſublatũ excolato, & hordeum uſtum tritum & cribratum inijcito, atq; unito, & ubi refrixerint omnia con iecta in mortariũ conficito, & utitor. Aliud è ladano ulcera antiqua ad cicatricem perducens. Spumæ argenti drach.c. picis drach.l. ladani drach.xxv. æruginis drach.viii. æris uſti tantundem, ſquãmæ drach.ij, olei myrtini lib.vi. decoque argenti ſpumam cum oleo & in medio decoctionis tempore æruginem, ſquãmam & æs inijcito, bullianto; quouſq; inquinare deſiuerint. Deinde picem liquefactam & excolatam decoctis admiſceto. Quæ cum recte unita fuerint, & inquinamento caruerint, ab igne remouebis, & ubi feruoris uehementiam depoſuerint ladanum è uino tritum imponito, cumq; refrixerint in mortarium coniecta diligenter ſubigito, & ad malefica ulcera & fiſtulas utitor. Aliud, Cadmiæ, chalcitidis ſing. unc.iiij. ceræ colophoniæ, olei myrtini ſing. unc.i. uini quod ſufficit. Aliud, Aeris uſti, & crudi ſing. unc.ij. cadmiæ unc.vi. chalcitidis uſtæ lib.i. s. ceræ lib.i. myrti torrefactæ lib.ij. uini quod ſufficit. Aliud emplaſtrũ candidum ad cicatricem ducens experimento probatum, faciens ad tenera corpora, ut mulieres, eunuchos, pueros, quod etiam ad ſpontina ulcera congruit. Spumæ argenti unc.xvi. ceruſſæ lib.i. ceræ unc.xvi. thuris & pollinis ſui ſing. unc.v. terebinthinæ unc.i. aquæ lib.i. olei myrtini lib.ij. in aqua & oleo ceruſſam & argenti ſpumam decoquito, aqua uero abſumpta, & inquinamẽto remoto ceram primo, deinde reſinam imponito, ſublatoq; ab igne medicamento thus cum polline ſuo admiſceto.

De maleficis ulceribus, & quæ cicatricem effugiunt. Cap. XXXIX

QVemadmodum prius diximus, ijs partibus curandis quibus nullus deprauatus habitus ineſt, duplex cõſilium capimus, alterum quidem repellendi, quod defluit, alterũ diſcutiendi, quod affecto membro impactum fuerit. quæ quidem à contrarijs qualitatibus fiunt, nam quæcunq; adſtringũt, reprimere poſſunt, quod defluit: quæ uero attrahendi ui pollent diſcutiunt, quod in ægra parte continetur. Adſtringentia ergo exaſperant, propterea dolorem inferunt. Attrahentia uero & diſcutientia cum acria ſint, loca ulcerata mordicant, ideo euenit, ut ijs quæ exaſperant & mordicant, infeſtantibus, ad partes affectas excrementoſa humiditas delabatur, quam inflammatio & eroſio in ulcere ſubſequuntur. Illud autem in tota orationis noſtræ ſerie meminiſſe oportet, quod iam ſæpiſſime diximus, corpora quæcunq; plethorica, aut deprauato ſucco referta, uel mollia ac ſenſu uegeta ſint, mordicata facile ad inflammationẽ perduci. mulieres uero, pueri, eunuchi, & uiri colore candidi muliebriterq; degentes, inter molles naturas cónumerantur. Quantũ itaq; fieri poteſt medicamentorũ materia indaganda eſt, quæ abſq; mordicatione & dolore ulcus deſiccet, nunq; profecto inuenienda, niſi medicus quid unumquodq; medicamentũ applicatum peregerit, recte perpendat. Animaduertendum igitur quantum humiditatis prima illitio ab ulcere deſiccauerit, aut ſi ſordes inerit, quantum ſordis abſterſerit, idq; tertio ac quarto experiendum, quouſq; ſiccum, purumq; ulcus appareat. quod ubi deprehenderis ad aliam medicinã priori quidem congenerem, ſed imbecilliorẽ uerteris. ualidiores enim iam depurgatis ulceribus mordicationẽ, doloremq; inferũt, ac defluxus inflãmationesq; pariunt. Huiuſmodi ergo corpora exquiſite euacuari & ſine excrementis ſeruari oportet.

Alijs, ſanguis, ſi exuberare uideatur, detrahendus eſt, nõnullis quoq; purgatio ſimul & uenæ ſectio conuenient, nec deſunt à quorũ ulceribus uaricem excidere, aut quorum iecur, uel lienem curare oportebit, neq; ſolum maleficis, crurum aut

ſurarum

ſurarũ ulceribus ita medeberis, ſed manuũ quoq; ac reliquarũ corporis partium. Quodam enim adoleſcentulo diuturnũ ulcus in radice manus habente, uenam ad ipſum ulcus ſuperius delatam excidi, atq; intra paucos dies homini ſanitatem reſtitui, qui quinq; integris annis eo morbo laborauerat. ſunt quibus loca ulceri cohærentia ſcarificari oporteat. alijs labia eiuſdem ulceris quæ occalluerunt circumcidi. Quod ſi nihil horum peregerimus, humiditatis ſordiumq; quantitatẽ conſiderabimus, & inde ad congruũ medicamentũ pergemus, ſingula quæq; recolendo, quæ deſiccandi quidem, ſed non abſtergendi ui pollent, & quæ contra abſtergũt, ſed nõ potenter deſiccãt, graduſq; qualitatis ſingulorũ perpendendo. Medicamentum ad cicatricẽ inducendã: plũbi uſti unc. vi. cadmię unc. iiij. æris unc. ij. colophoniæ, olei myrtini ſing. lib. ij. uini antiqui odorati, quod ſufficit.. Aliud. Cadmiæ, ceruſſæ, ſing. unc. iiij. ceræ, olei myrtini ſing. unc. vi. Aliud. Cadmiæ, ſpumæ argenti, ceruſſæ ſing. unc. i. ceræ unc. iiij. roſacei unc. vi. Aliud è ladano. Squammæ unc. i. bituminis, terebinthinę ſing. drach. iiij. cerę, ladani ſing. unc. ij. olei myrtini tantundẽ: ſed ſi hyems fuerit, etiam uberius ceræ cum oleo & bitumine liquefactæ terebinthinã adijcito. deinde ſquammæ ac ladano prius tritis cõmiſceto.

De ſimplicibus medicamentis ulcera maleſica ſine eroſione exiccantibus. Cap. XL

EGo uero ſingula quæq; medicamenta quæ ſine mordicatione, & manifeſta exaſperatione ad exiccanda ulcera accommodantur, ſeriatim enumerabo. Lemnium igitur ſigillum moderate deſiccat, & cadmia ſub canis feruore è uino trita, & areſacta, quæ interdum ubi ulcerum malignitas multum exuberauerit, ex aceto teritur. præſtat utrique chalcitis uſta, in cadmiæq; morem trita, & exiccata: nam cruda adeo pollet, ut iam cruſtas inducat. Huic ærugo cremata aſſimilatur: non cremata enim ſicut & chalcitis nimis efficax eſt, niſi quod chalcitidi ſimul adſtringẽdi uis ineſt. Atramentũ uero ſutoriũ inter omnia metalla ſumme deſiccat. Congener eſt chalcitidi miſy & ſori, maioris tantum & minoris ratione differens. At ſtibium ſoree magis areſacit & adſtringit. utiliſſimũ ad hæc medicamentũ diphryges eſt, quamuis aliquantulũ mordeat: omneq; aluminis genus exquiſite deſiccat, & uehementer adſtringit, propterea ſolum priuatim alumen ad huiuſmodi uſus adhibebis. Chryſocolla autẽ tam aurificum, quàm metallica eiuſdem facultatis eſt. plumbũ uſtum ſorei & ſtibio pręfertur, plumbi recrementũ ſicut & ſquamma ferri præſertim ſtomomatis, plurimũ exiccando pollet. Aeris ſquamma præter deſiccationẽ, etiam abſtergit, ideo ulcera præ cũctis mundificat: omnia tamen metalla, ſicut prædiximus, primo lauari oportet, deinde ulceribus applicari: hæc enim mirifice deſiccare abſq; mordicatione poſſunt, quemadmodũ buccinarum purpurarũ, oſtreorumq; teſtæ crematæ & lotæ. Item translucidus lapis crematus mollia corpora ſine mordicatione deſiccat. Eiuſdem facultatis eſt uitrũ uſtum, & quod in æneis balneorũ lebetibus ſubſidens inuenitur: pariter enim areſacit, & adſtringit. gallę pręterea, & malicoria cremata, & arida appoſita ad maleſica, & quæ male coaleſcunt ulcera efficaciſſimum medicamentũ deprehenditur: ſed capparis cortex tritus & aridus maleſico & putrido ulceri utiliſſime imponitur. Item polium minus, lignorum caries cum abſtergendi facultate, peucedani & paſtinacæ præcipue agreſtis radix, & ſolia, ſcordium, centaurium, & reliqua huiuſmodi uel priuatim, uel ſimul compoſita.

Modus prædicta medicamenta ſimplicia ad uſum ducendi. Cap. XLI

NEceſſariũ autem eſt huiuſmodi ulcera deprauato humore referta, quædam & ſordidiſſima eſſe. Vbi ergo quodpiam eorum quæ prædiximus ſimplex, aut compoſitũ aridum ſimus applicaturi, linteolo prius molli, mundo & ſicco ul

cus detergemus,deinde medicamento cauitatem replebimus,ac platyſma extrinſecus eorū quæ ad attenuanda ulcerū labra conficiūtur applicabimus.poſtea platyſma panniculo obtegentes, ſpongiam ex aqua frigida aut uino expreſſam apponemus,enitemurq; ut toto tempore frigens ſpongia perſeueret,quod facile fiet ſi iugiter illi aqua frigida abſq; uinculi ſolutione inſtillabitur.

De ligatione,uiaq; & ratio quomodo curare oporteat. Cap. XLII

Ligatio uero conueniet,qua ad fracturas utimur.quod ſi unum tantum uinculum ſit, principio eius uerſus ſuperiorem ulceris partem ſtatuto nectendum erit,ſiue ſura,ſiue genu,ſiue malleolus, ſiue cubitus, aut alia quæcunq; pars male habuerit.At ſi duobus uinculis uti malueris,quemadmodū in fracturis fieri ſolet, primum quidem ab ipſo ulcere ad ſuperiorem regionem tantum ducatur. ſecundum uero incipiat ab ulcere, & prius infra nectatur, poſtea ſurſum deſinat, & ad eundem terminū cum primo deducatur:præter reliqua enim cōmoda,illud etiam accedet,quod ulcera quæ ob rotunditatē coaleſcere nequeūt,oblonga reddentur. Solutio autem nō ſingulis diebus,ſed alternis facienda eſt,neq; in ſolutione ulcus aqua inſpergendū,ſed molli linteolo puro & ſicco ſanies detergenda.quod ſi partes ulceri adiacentes inflammari uideantur, platyſmati exterius plurimo ſpatio liquidum medicamentū illinere oportet,quale eſt è palmulis cōfectum,uel aliquod ſimile,non quidem quocunq; contigerit dilutum,ſed uino adſtringenti,quantum imbibi poterit,ſitq; oleum quod adijcitur malinum,ſiue myrtinum. At ſi durities circa partes ulceri adhærētes apparuerit,emplaſtrum è palmulis oleo antiquo,aut ricinino diluendum eſt,tutiusq; erit ſuperiacenti regiunculæ,quodpiam ex medicamentis repellentibus adhibere,præſertim in crurū ulceribus,& ijs quæ eminentem uaricem habuerint.uena autem quæ amplior fuerit,& melancholicū ſanguinem continuerit, ut prius diximus excidenda,auferendaq; eſt: nōnunquā tamen huiuſmodi uena exciſa,ulcus quidem primū protinus coaleſcit,ſanumq; perſiſtit, ſed qua parte uenæ abſciſſio peracta fuerat, nouum ſuperuenit maleficū, & quod ad cicatricem duci non poſſit. Expedit igitur in huiuſmodi ulceribus,nos curationis uehementiā ueritos à ſanguinis miſſione inchoare, deinde medicamento melancholicū ſuccum & pituitoſum educente purgare: nam & pituita quandoq; ad huiuſmodi uarices generandas confluit:tum uaricoſam uenam incidere, multaq; inde ſanguinis copia educta prius uaricis ſectionē curare:quæ ubi exacte coaluiſſe appareat,tunc demum ad malefici ulceris medicationē accedere,eam artem adhibendo,quam proxime diximus. Aluum uero ſero lactis in quo cnicus decoctus ſit,oxymelitis portiuncula adiecta iugiter mollire oportebit,quod ab hemina uſq; ad cyathos quinq; exhibebis, dum tamen pluribus antea diebus ægrū intra aquæ potum continueris. optimum præterea & lac nuperrime mulctum priuatim, uel cum aquæ calidæ,aut paſſi portiuncula,ante cibum propinare.ſimul enim & humores contemperat,& uentrem abluit. confert etiam aloes drach.i.per interualla deuorare. balnea uero minime dulcia, ſed ſulphurea potius & bituminoſa adhibenda ſunt. quod ſi æger abſq; totius corporis nocumento illotus permanere non poſſit,denudato ulcere nequaquam lauandus erit. poſtremo ab omnibus acribus edulijs potionibusq; & concoctu difficilibus,prauumq; ſuccum generātibus omnino abſtinere oportet.

De emplaſticorum medicamentorū compoſitione ad malefica ulcera. Cap. XLIII

Voniam uero in maleficis ulceribus,quæ male ad cicatricē ducuntur, ſummum illud curandi caput habemus,ut immordaci medicamēto exiccemus, maximeq; omnium aqua & oleum humectat, ab utriſq; omnino cauere oportet, neq; ea

neq; ea uel priuatim admittere, uel cum prædictis aridis cõmiſcere. Cera ergo recens pinguis & in ſole ſubacta eligenda eſt, cum qua, quodpiam aridorum, quæ prædiximus aſſumatur. quod ſi calidi ſolis cõmoditas non affuerit, ceram prope ignem molliemus, uel in feruidam aquam inijciemus, neq; enim illi omnino admiſcetur aqua. Admiſcendi uero proportio huiuſmodi eſt, ſi medicamentũ moderatum eſſe uolueris, metallicorũ quadrantem ceræ admiſcebis, ſi ualidius, trientem. neq; uero parua uarietas oritur pro corporũ ratione, quæ curantur, molliores ne, an duriores carnes habeant. nullo igitur pacto fieri poteſt, ut omnibus hominibus idem medicamentũ conueniat. Quapropter ubi hæc intellexeris, ac prius ſimplicium medicinarũ facultates perceperis, haud ægre iudicare poteris uim cuiuſque medicamenti, quæ ab antiquis deſcripta ſunt. Emplaſtrum admirandum è ſoree confectum cicatrices inducens, ad deplorata ulcera congruũ, quæ à multis fruſtra tentata fuerint, cui cum propter alia confidere oporteat, tum quoniam longo experimento probatum eſt. Soreos drach. xxiiij. gallarũ drach. xxxvi. aluminis ſciſſilis, calcis uiuæ, malicorij ſing. drach. xvi. thuris drach. xxxij. ceræ drach. cxx. adipis uituli drac. cvij. olei antiqui lib. i. & ſi uitulinus adeps defuerit, porcinus antiquus ſine ſale admiſcendus erit, nam taurinus plus æquo calidior eſt. arida trita & tenuiſſimo cribro excuſſa denuo ſimul terito. Quæ deinde his, quæ liquari oportet, liquatis et ab igne remotis permiſcebis, cumq; omnia probe unita fuerint, alumen, thus, ſori, calcem, ſingula prius è uino adſtringẽti trita adijcies, & uteris. Ego uero (inquit Galenus) dum hoc medicamentũ conficerem, oleum & adipem quadraginta annorũ adieci, ſemperq; ad malefica, diuturnaq; ulcera præter id quod ſperari poſſit profeci. Sunt autẽ huiuſmodi ulcera, à quibus pars affecta in deprauatum habitũ ducitur: nutrimentũ ergo quod ad ipſam generandi ſanguinis gratia defertur, quamuis incoctum fuerit, hoc tamen medicamento tranſmutatur, atque diſcutitur. Aliud platyſma optimũ. Plumbi uſti & loti unc. iiij. cadmiæ unc. i. s. æris uſti unc. i. thuris unc. i. s. aluminis ſciſſilis unc. i. æruginis unc. ij. ceræ unc. vi. olei myrtini lib. i. Aliud Galeni ad malefica & chironia. Ceræ, picis, bituminis ſing. lib. i. pollinis thuris, ceruſſæ, æruginis, ſing. unc. vi. malicorij, gallarum, ſpinæ Aegyptiæ, iridis, ariſtolochiæ rotundæ, atramenti ſutorij ſing. unc. i. ariſtolochiæ longæ, æris uſti ſing. unc. ij. olei antiqui aut ricinini lib. i. arida ex aceto pluribus diebus terito, & quæ liquari debent, liquata infundito, & utitor. Aliud Oribaſij ad efferata ulcera cõtrahenda. Ochra attica cremata trita, & arida utiliter applicatur. Ego uero inquit, & cypria uſus ſum. idem poteſt & nigri chameleontis radix, & malicorium uſtum, ſupraq; thorulus è uino alligatur. Aliud Galeni ruffum. Spumæ argenti lib. iij. olei ricinini, aut antiqui lib. s. aceti acerrimi lib. ij. ſquãmæ, chalcitidis, æruginis ſing. unc. ij. ſpumam argenti cum oleo decoquito, medioq; decoctionis tempore metallica ſub æſtiuo ſole pluribus diebus ex aceto trita conijcito, tandiuq; ad ignem ſinito, quouſq; inquinare deſierint. Quando autem metallica inijcies, lebes ab igne tollendus eſt, ne efferueſcant, & effundantur. Sed & ſpuma argenti cum aceto & oleo decoqui poteſt, & medio decoctionis tempore metallica admiſceri, quæ deinceps uſq; ad inquinamenti depoſitionem ſimul bulliant. Hoc medicamentũ fiſtulas glutinat, & labra quæ iam occalluerint deſiccans copulat atq; unit, neq; ſi quis poſtea recta uiuendi ratione utatur, amplius diſſoluuntur. Diuturna præterea ulcera & cicatrici renitentia, quæ chironia uocantur, hoc idem priuatim appoſitũ, quamuis antea nullum prorſus puris ueſtigium apparuerit, maturat, & optime ſuppurat, quod quidem non ſingulis diebus, ſed alternis exolui oportet: ſi uero ſtomomatis quoq; ferri ſquammã adieceris, longe præſtantius reddetur. Equidẽ dum ego hoc emplaſtrũ conficerẽ, nõnunq; & phrygij

lapidis unc.i.admiſcui,nõnunq̃ chryſocollæ unc.ij.ſæpe & utrunq; appoſui,atq; ita confectũ magna uulnera agglutinat.Hactenus de hoc medicamento Galenus. Nunc uero hoc modo cõficitur.Spumæ argenti lib.iij.olei antiqui lib.vi.aceti lib. ij.æruginis,ſquammæ,chalcitidis ſing.unc.iij.quæ decoquũtur ſicut prędiximus, quidam phrygij lapidis unc.i. adijciũt, aſſeruntq; efficaciſſime ſtrumas diſcutere.

Aliud Galeni ad chironia ulcera in mollibus corporibus. Ceræ lib.i. ceruſſæ unc.viij. roſacei lib.i. ſalis ammoniaci unc.iiij. ſquãmæ æris unc.ij. thuris, aluminis,æruginis,malicorij,calcis uiuæ ſing.unc.i. quæ liquari debẽt liquata, & frigefacta aridis è uino tritis admiſceto,atq; placidiori igne decoquito. Aliud ad malefica & depaſcentia ulcera,præſertim tibiarum.Spumæ argenti,maſtichæ,adipis capræ,roſacei,ſing.unc.vi.ouorũ uitellos.v.argenti ſpumã cum roſaceo,& adipe decoquito, deinde maſticham adijcito,& cum modice friguerint,oua admiſceto.

Aliud ad malefica tibiarũ ulcera experimento probatum. Lupinos aridos crematos & optime tritos affatim imponito,& thorulũ uino expreſſum ſuperligato. id enim repurgat,incarnat,& ad cicatricem ducit.

De ulceribus quæ diſſoluuntur, & ad tibiarum ulcera diuturna. Cap. XLIIII

QVædam ulcera poſtq̃ coaluerint non multo tempore poſtea inflãmantur, & refringuntur:nam cum ſubſtratũ os male habeat, adiacens caro ad cicatricem quidẽ ducitur,& exacte ſana uidetur,ſed deinceps tabo paulatim defluente putreſcit,& ſuborta inflãmatione cicatrix diſrumpitur.quænam igitur horum curatio futura eſt: eatenus exiccare,quatenus ſquãma affecti oſſis exciderit:oſſium autem ſquãmę facile excident,ſi agreſtis papaueris,& ſiculni ligni folia cum uino & polenta illeueris, aut hyoſcyami & atramenti ſutorij portiones æquas applicaueris.ſed & peucedani radix contrita uelociſſime oſſium ſquãmas abſcindit. utere etiam aridis cephalicis ſupra deſcriptis,præſertim eo quod è ſilphio conficitur. Aliud aridum ad chironia & cicatrici renitentia ulcera admirandum. Squammæ æris, thuris ſing.unc.ij. aluminis,ſalis ammoniaci ſing.unc.iiij. malicorij,ceruſſæ ſing. unc.i. arido utere, uel ſi malueris cerato admiſceto. Aliud ad chironia & deſtillantia ulcera. Pumicis multifori unc.vi.ſulphuris uiui unc.i.terito & cribrato. facit & priuatim pumex aridus tritus & appoſitus. Aliud ad inducendã cicatricem diuturnis tibiarum, totiusq; corporis ulceribus. Calcis uiuæ,& plurima aqua ablutæ,deinde effuſa aqua exiccatæ unc.i. cymoliæ tantundẽ,ceræ,terebinthinę liquidæ,ſing.unc.ij.olei myrtini uel roſacei unc.iij.addere potes etiã oſtreorum combuſtorũ in puluerẽ redactorũ unc.i. aridis in mortario è uino tritis, quæ liquari poſſunt,liquata admiſceto & conficito. Hoc,& reliqua omnia quæ prædiximus,pręcipue quod è ſorce pręparaẽ,chironijs maleficisq; ulceribus medentur. Eiſdem uero priuatim conuenit capparis radix trita,& illita,centauriũ minus,fontinalis herba trita,ueterũ lignorũ caries, & paſtinacæ radix antiqua minutim conciſa,& cum polenta pari pondere cremata trita & appoſita,Peucedani radix ſubacta,malicoriũ uſtum tuſum & applicatũ,oleum in quo ſcillæ bulbus decoctus ſit abſq; linamẽtis cum penna illitũ, malicoriũ in uino decoctũ & cum roſaceo cerato aſſumptũ & applicatũ: omniũ autem efficaciſſima eſt theriaca Andromachi è uiperis pauco roſaceo diluta,& emplaſtri loco applicata. Aliud. Sandaracham contritiſſimã,cum urſino adipe aſſumptam apponito, uel armeniacũ ſimili modo præparatum,uel ſolum priuatim adhibeto.

Ad extremorum ulcera. Cap. XLV

VNguentũ cum uino illine,uel peucedani radicẽ tritam,& uetuſtorũ lignorũ cariem applicato, uel braſſicæ, aut ſauinæ folia fœnogræci farina & aceto

confectã

confecta, uel ſideritidem cum melle ſubactam apponito, uel oleum in quo ſcilla decocta ſit abſq; linamẽtis cũ penna illitum, ita enim neq; muſca ulceri appropinquabit.

Ad calloſa extremorum. Cap. XLVI

BRaſſicę folia è melle trita cum cerato ex ſinopica rubrica aſſumito, & applicato. Aliud Clibani antiqui teſtam è uino auſtero tritam cum cerato ex ouis, aut cum medicamento ex pompholyge ad ſedis uitia confecto apponito.

Aduerſum ulcerum uermes. Cap. XLVII

VErmes in ulceribus exortos interficiunt, plantago areſacta, ficulni ligni cinis, calamenthi ſuccus iugiter inſtillatus. ceruſſæ, inquit Theodorus, & polij par pondus cum pice liquida illinito. quidam pro ceruſſa abſinthium iniiciunt. Aliud Saliua ieiuni hominis linamentum illitum applicato, uermes enim etiã in auribus perimit, & concolores cicatrices reddit.

Ad depaſcentias & putrida ulcera. Cap. XLVIII

DEpaſcentia putridaq; ulcera, appellantur, quæ adiacentes partes erodunt, uehementiſſimis ſane medicamentis indigentia, quibus frequenter etiam inuſtiones ſunt neceſſariæ. Aridum optimum faciens ad depaſcentias, putredines, polypos, uerrucas, formicas, thymos, ſedis hæmorrhoidas, ſine ulla mordacitate. miſyos crudi, chalcitidis crudæ, ſingu. drach. viij. ochræ drac. iij. ſandarachæ drac. iiij. calcis uiuæ drac. ij. ſquammæ, aluminis ſing. drac. ij. diphrygis drach. iiij. confice & utere.

Arida cruſtas inducentia ad depaſcentias. Cap. XLIX

MAlinum cruſtas inducens & callos exterẽs inſperſum, uel cum nucleo ſpecilli appoſitum. Ac ſi tenuiter illinatur, id eſt, cum nucleo ſpecilli ulceris tantum ſuperficies huius medicamenti puluiſculo coloretur, contrahendis & ſanandis ulceribus confert, quæ uix curationem admittunt, quod ita habet. Chalcitidis crudæ drach. viij. cadmiæ drac. iiij. cum ieiuni ſaliua aſſumito, ut tantum humeſcant, deinde operto mortario citonij mali colorem induci ſinito, atq; ita leui piſtillo circumducto in umbra exiccabis. Aliter tamen ab alijs medicamentum conficitur, & à colore, quem contrahit phæon, id eſt, liuidum appellatur. Sumunt enim chalcitidis drac. xij. cadmię drac. viij. & ſub canis feruore ex aceto teruntur, deinde in umbra areſiunt. Aliud aridum ſub feruenti ſole confectum, quod malini coloris eſt. Calcis uiuæ unc. ij. auripigmenti unc. i. auripigmento ex aqua diligentiſſime trito, calcem admiſceto, & ſimul exacte conterito, deinde in mortariũ aqua plenum coniicito, donec ſubſideant, ubi ſubſederint priori aqua abiecta nouam infundito, diuq; uerſato, tum ſubſidere ſinito, & poſt ſubſidentiam, rurſus, priori aqua effuſa nouam immittito, atq; idem tertio repetito. poſtremo uas aqua replebis, permittesq;, quouſq; areſiat ſingulis diebus agitãdo, & ubi aqua abſumpta fuerit, nouam iniicito, idem uſq; ad dies xl. ſub canis feruore repetens: quod tandem exiccatum in fictile uas cõiectum in ſublimiori parte domus minime humecta ſeruabis, abſq; mordacitate enim cruſtas inducit, & ualide contrahit, facit & ad gingiuarum putredines, cicatricum eminentias reprimit, dentes albificat. poteſt quoq; ubi in mortario ſubegeris in fictilem lagenam conijci, & ita inſolari. Vtere & Fauſtini paſtillo ac reliquis huiuſmodi ad dyſenteriam deſcriptis.

Aliud ad uniuerſi corporis putredines, & depaſcentias. Calcis uiuæ, chalcitidis, ſingu. drac. ij. auripigmenti drac. i. quod ad digitorum reduuias, & putredines partibus putridis in ambitu illitis, & ad carbunculos ſplenio è reſina confecto adhibemus. confert & ad fiſtulas in melle decocto aſſumptum, & ut collyriũ impoſitum. Oribaſij ad pudendorũ depaſcẽtias, præſertim quę melicerides appellantur. Gallarum, cytinorũ, ariſtolochiæ rotundæ, balauſtiorũ, ſquammę, chalcitidis

crudæ,ſing.drac.viij.atramenti ſutorij drac.vij.aluminis ſciſſilis drac.iiij. malicorij drac.i.inijcitur in pudendum cum melle,ſicut & quod è charta conficitur, facit ad depaſcentias multum profundas,quemadmodum paſtillus Andronis.

Arida ad depaſcentias. Cap. L

MEdicamentum quod è charta conficitur.Squammæ æris,chartæ uſtæ ſing. drac.xxiiij.auripigmenti,ſulphuris uiui,ſing.drac.xij.uel ut alij drac.xiiij. plumbi uſti drach. iiij. quidam drach. vi. charta priuatim teritur,deinde metallis contritiſſimis admiſcetur.facit ad oris,totiusq; corporis putredines, ad humidiores quidem aridum appoſitum, ad ſicciores uero roſaceo irrigatum, interdum & roſaceo mellis portiuncula adijcitur.ego uero plumbi drac.vi. admiſceo. Aridum ad antiquas depaſcentias & ad gingiuas ſanguine manantes, quod & carnis excreſcentias contrahit, ita habens. Chalcitidis uſtæ drac.xl. miſyos drac.xxx. æris uſti drac.x.atramenti ſutorij uſti drac.viij.ſandarachæ drac.v.auripigmenti drac. ij.confice & fidenter utitor. Aliud ad depaſcentias probatum. Rhu obſoniorum drac.x.ſquammæ,aloes,foliorum oleaſtri aridorum ſing.drac.viij.chalcitidis drac.v.auripigmenti,ſandarachæ,aluminis ſciſſilis, ſalis torrefacti, ſing. drac.iiij. malicorij aridi drac.vi. chryſocollæ aurificum aridæ drac. iiij. ruſci ſicci drac. viij. tere ſingula, confice & utere. Aliud ad depaſcẽtias & putredines Oribaſij. Salis foſſilis drac.ij.aluminis in fictili cremati unc.i.ſquãmæ,pumicis uſti, ſing. unc. i. Eiuſdem ad depaſcentias. Auripigmenti,ſquammæ,miſyos,chalcitidis,portiones æquas confice,& utere. Aliud quod Paſiphilum uocatur. Atramenti ſutorij,ſandarachæ,miſyos,chalcitidis,par pondus commiſceto. Aridum,quod aureum appellatur,auferens oſſa,defluxus reprimens, fiſtularũ callos abſcindens & ſinus contrahens.In fiſtularum uero & ſinuum concauitates ſpecillo lana imbuto illitum immittitur,quod ita habet: melanteriæ à uetuſtis clauis deraſæ drac. v.malicorij drac.xxv.aluminis ſciſſilis drac.iij.atramenti ſutorij, miſyos, chalcitidis,æris uſti,ſing.drac.viij.ſquammæ drac.xvi.gallarum drac.xv. aceti quod ſufficit.oportet autem aceto in æneum uas coniecto clauos ſingulis diebus agitare, donec tabuerint,deinde acetum excolare.longe tamen præſtantius eſt,quod ſubſederit. Aliud aridum ad depaſcentias,defluxus,gingiuas,columellas,& pudenda. Ochræ lib.i.s.croci lib.i.putaminum ouorum crematorum unc.vi. gallarum tantundem terito & utere,eſſe autem gallas acerbas oportet.

Paſtilli ad depaſcentias utiliſſimi. Cap. LI

SAuinæ,myrrhę,ſing.drac.iij.ſoreos,cyperi,atramẽti ſutorij,thuris,aloes ſing. drac.ij.è uino terito,& paſtillos formato. Paſtillus ad depaſcẽtias & putredines quo utor,inquit Oribaſius,qui Aſclepius, & Cyriacus appellatur. Gallarum drac. viij.cytinorum,ariſtolochiæ rotundæ, chalcitidis crudæ, cadmiæ, ſing.drac. vi.iridis,ſquammæ ſing.drac.iiij.miſyos crudi,atramenti ſutorij,aluminis ſciſſilis thuris,nitri,ſingu.drac.iij. tere ex aceto quot diebus ſuffecerit, & rotulas uiginti formato,quas uſus tempore oxymelite, aut cerato dilues, eritq; diluendi modus huiuſmodi.ſumito rotularum unc.iiij. ceræ unc.iij. myrthini olei unc.vi. chalbanæ unc.iiij.ac rotulis aceto ſolutis,quæ liquari debent,liquata admiſceto. & ad ignes quidem ſacros,panos,condylomata ſic præparantur.ad ozenas uero, carbunculos,& carniũ excreſcentias aridæ rotulæ adhibent̃,uel cũ oxymelite diluuntur. Paſtillus Corax uocatus,ad putridorũ ulcerũ pręſertim pudendorũ, & ſedis depaſcẽtias,aridũ admittens,quod Heliocaes nuncupatur, cito ſanitatẽ reſtituens. Gallarũ unc.ij.ſquãmę unc.i.s.chalcitidis crudę,thuris, ſing.unc.iij.cerę unc.iiij. terebinthinæ unc.i. taurini adipis unc. viij.myrtini olei unc.x. arida ex aceto ſub ſole terito,quot diebus ſuffecerit,poſtea mellis unc.vi.adijcito, & cũ cerato aſſumito

mito, & utere. is ſi priuatim nulli admixtus applicetur, ad omnes depaſcentias, præcipue aridiores confert, & ubi nerui nudi apparuerint: æquali uero cerati pondere contemperatus, ſordida ulcera abſtergit, ſed pluri cerato adiecto cicatricem inducit. Ego uero inquit Aſclepiades, ita confeci. ſquammæ lib. i. gallarum taurini adipis ſing. unc. ix. chalcitidis, thuris ſing. unc. vi. ex aceto ad collyrij formam terimus & rotulas conflamus. In diluendo autem medicamento ſumere conſueui rotularum ex aceto tritarum drac. xxij. & mellis drac. x. deinde confecto cerato, quod habet, myrtini olei, adipis taurini ſing. unc. ix. cerę unc. ij. terebinthinę unc. iiij. omnia ſimul commiſceto. Paſtillus qui e caſtoreo præparatur: myrrhæ, malicorij, æruginis, aluminis ſciſſilis ſing. unc. ij. croci, aloes, ſquammæ, thuris, ſingu. unc. i. ſulphuris uiui drac. iiij. mellis lib. i. cum uino adſtringenti ſubigito. facit ad depaſcentias, putredines oris, & ubicunq; fuerint: dentes tremulos firmat, ulcera cum marcore flacceſcentia repurgat & adſtringit, purulentas aures, ſinus, fiſtulas, & carbunculos çurat, ſquammas oſſium abſcindit, & incarnat. eſt enim ad oſſa carne ueſtienda præcipuus. confert & dyſentericis, adhibeturq; uel aridus, uel hoc modo decoctus. Mellis lib. iij. aceti lib. i. paſtilli unc. ij. quæ omnia ſimul ad mellis conſiſtentiam bulliant, ac ſi membris ſenſu uegetis ſit applicandus uino tantum diluitur. Paſtillus qui è plantis inſcribitur ad depaſcentias: malicorij, foliorum myrti aridorum, extimi corticis iuglandium aridi, ſing. drach. viij. ſeminis acanthi, gallarum ſing. drac. iiij. ſalis foſſilis drac. ij. omnia tunduntur, deinde aceto irrigantur, in fictileq; uas conijciuntur, & uſq; ad carbonum ſpeciem torrefiũt, quibus poſtea, ubi ex aceto optime trita fuerint, adijciuntur myrrhę drachmę iij. thuris drac. ij. & rotulæ conflantur quæ uſus tempore cum aceto diluuntur. Paſtillus è ſuccidis lanis, quem Leonidas ſumme commendat. Lanæ ſuccidæ uſtæ, ramenti plumbi, ſquammæ, bituminis ſing. drac. x. aluminis ſciſſilis & rotundi, gallarum, thuris, miſyos ſing. drac. v. myrrhæ drac. ij. amurcæ heminam i. s. terito ex aceto, ac rotulas conflato, & utere. Paſtillus bithynus ad depaſcentias, fiſtulas, reduuias, carnis excreſcentias ſine mordicatione contrahens. facit & cum cerato ad ignes ſacros, & reliqua huiuſmodi. Malicorij, gallarum, ariſtolochiæ, chalcitidis, cadmiæ ſing. unc. vi. iridis, ſquammæ ſing. drac. iiij. miſyos, atramenti ſutorij, aluminis ſciſſilis, chryſocollæ aurificum ſing. unc. iij. nitri, thuris ſing. unc. ij. ſub canis feruore ex aceto terito, & rotulas formato. Paſtillus Paſionis. Squammæ drac. xij. æris uſti, ſalis ammoniaci, aluminis, æruginis, thuris ſing. drac. viij. æruginem cum ære, ſquamma & alumine ſub ſole terito, deinde ubi optime trita ſint, adijce thus & ſimul ſubigito, ac rotulas formato, uſus tempore in aceto diluendas. Sigillum Polyidis, ut aſſerit Aſclepiades. aluminis ſciſſilis drac. v. thuris drac. iiij. myrrhæ, aloes, glutinis tauri ſing. drac. viij. cytinorum, malicorij ſing. drac. xij. cum uino dulci aſſumito, & utere. Sigillum coracinum, facit ad depaſcẽtias & tonſillarũ inflammationes, columellamq; relaxatam, faciens & ad flacceſcentes gingiuas, ac ſedis uitia. Paſtillus Andronis ad omnia ulcera deſtillantia, inflammatasq; columellas, tonſillasq; defluentes, illito exterius mento, & ad pterygia reduuiasq; oculorum, & ad inguina inchoantia, diruptosq; inteſtinorum abſceſſus: à fiſtulis præterea callos exterit, qui ita conficitur. Ariſtolochiæ rotundæ, cytinorum, chalcitidis torrefactæ, thuris, myrrhæ, atramenti ſutorij, crocomagmatis, aloes, fellis taurini, portiones æquas cum paſſo aſſumito, ut dictum eſt. Alius. Cytinorum hiantium drach. x. gallarum, ariſtolochiæ ſingu. drac. viij. aluminis ſciſſilis, atramenti ſutorij ſing. drac. iiij. alij duas tantum imponunt. myrrhæ, aloes, thuris, croci ſingu. drach. i. ſingula ſeorſum prius, deinde ſimul conterito, ac paſtillum conficito. inijcitur ex eo quantum uires tolerauerint ad diſruptoſs inteſtinorum

abſceſſus

abſceſſus, ſi febris adſit cum aquę cyathis viij. ſi non adſit cum uino. Paſtillus Antonij muſæ. Aluminis ſciſſilis, aloes, atramenti ſutorij ſingu. drac. iij. cytinorum, myrrhę troglodyticæ, ſing. drac. vi. croci, crocomagmatis, ſing. drac. iij. tere è uino mulſo, quod è paſſo confectum ſit, paſtillumq; formato, & in umbra exiccato. Hetas quidem & nos ipſi ita conficimus. Aſclepiades uero hunc ipſum ad Ariſtarchum tarſenſem referēs, cætera quidem prædicta ſimili modo componit, ſed atramenti ſutorij ſex tantum drac. adijcit, & è uino phalerno, id eſt, paſſo antiquo omnia ſimul terenda præcipit. facit paſtillus is ad omne recens diuturnumq; ulcus, putridum, marcore flacceſcens, efferatum, phagedænicum, ſerpens, pingue, fiſtuloſum, carioſum, & ad meliceridas ulceratas, & ad ozænas cum uino dilutus, ad ſuppuratas aures cum ſapa, & modico aceto, ad condylomata ſimili modo cū ſapa, ad ulcera genarum carbunculoſa, & malefica cum ſapa, ad carnis excreſcentias in naribus, ore, extremis omnibus, uulua, pudendis: omnemq; eminentiā compeſcit, & digitorum pterygia ſanat, cauaq; ulcera replet, ſinus & fiſtulas melle dilutus, & cum lixiuio inſtillatus glutinat. idem gargariſſatus oris uitia emendat, quod ſi ſemel in menſe fiat, neq; dentes dolebunt, neq; aliquod ori continget incōmodum. congruit & ad eryſipelata teſtium, articulorumq; inflammationes, circumlitus, ad quæ omnia eo utitur Aſclepiades. quod ſi aliquid mollire diſcutereq; malueris paſtillo āmoniaci partes quattuor admiſcebis, & cū aceto ad mellis craſſitudinem ſubiges, locoq; illito linteolum attritum ſuperligabis. ſi uero emplaſtri formam elegeris ſingulari medicamenti portioni quattuor terebinthinæ admiſcebis, adiecta olei portiuncula, ſi duriuſculum uideatur. mollit enim, cicatricem inducit, & glutinat. quin & idem paſtillus bibitus lienoſis, iocinoroſis, & dyſentericis confert, & ſi in aliquo eorum uiſcerum ulcus fuerit, ſanat: propterea inchoanti tabi, ſtomachiq; & uentris ulceribus congruit. dato eius triobolum alicui familiari potioni immixtum, aliquot enim diebus urinas lotioni carnis ſimiles ducit, à quo non prius deſiſtere oportet, quàm ſanitas exacte ſit reſtituta. uino etiam mulſo, & malipunici dulcis ſucco dilutus, & cum penna illitus anginis medetur: inter illinendum tamen penna intime penetrans nauſeam excitat, & ad uomitum cogit. Crocomagma autem paſtillo admixtum, quo ad capitis dolores utimur, ita conficitur. Croci drach. c. myrrhæ troglodyticæ, roſarum recentium exciſis unguibus, amyli noui, ſingu. drac. cl. è uino ad collyrij formam terito, & rotulas conſicito. At paſtillus è ſolano ueſicario inter remedia ad ſedis morbos ſuperius deſcriptus eſt.

De eruptione ſanguinis ex Ruffo, & de cruſtam inducentibus. Cap. LII

QVoniam pleraq; eorum, quæ ad eruptionem ſanguinis adhibemus depaſcentibus quoq; ulceribus accommodari ſolent, his quæ prædicta ſunt ſermonem de eruptione ſanguinis ſubnectemus. Ex ea enim præſentaneum nonnunq; periculum occupat, plurimumq; negocium terror, & turbulentia imperitis affertur: immo nec medicus parū ſollicitus eſt. primū itaq; noſſe oportet arterias eruptiōi ſanguinis uenis magis paratas eſſe: perpetuo enim pulſant amplioresq; ductus ſolidioresq; tunicas habēt, ut nō facile cedāt. ſanguis pręterea in eiſdē contentus præter tenuitatē, plurimo etiā ſpiritu abundat. Sed & aliquādo obducta in ſectionis loco cicatrice ſanguis ſub cute excolatur, efficiturq; morbus, quem aneuriſma appellant. Ab arteria igitur, uel à uena ſanguis emanat, aut oſculis earum recluſis, aut diſciſſis tunicis, aut quòd extra, tanq; per colū, ut ita dixerim, traijciatur. tunica diſcinditur, uel à quopiam uulnerata, uel præ multitudine diſrupta, uel contuſa, uel ob acrimoniā eroſa: oſcula recludūtur, uel propter multitudinem con

ſertim, & repente ad hoſtium uaſis irrumpentem, uel propter acrem qualitatem extrorſum incidentem, uel propter uaſis imbecillitatem. Quæ uero exilitio aut tãquàm excolatio uocatur, uel rarefacta tunica, uel attenuato ſanguine efficitur, nonnuquam tamen & adapertis paruiorum uaſorum oſculis excolatio producitur. ſi ergo à uulnere, aut contuſione, aut caſu ruptura contigerit, cauſa efficiens iam præteriuit, ſed ubi à multitudine generatur, fieri poteſt ut perſeuerante cauſa, adhuc diſruptio perſiſtat. quàm ocyſſime igitur per reuulſionem multitudo educenda eſt, ac deinceps ſanguis retinendus, poſtremoq; uulnus uniendum: at in quibus iam efficiens cauſa ceſſauerit, protinus ſanguis cõtinendus, & deinde uulneri occurrẽdum. At quomodo ſanguinem continebimus? partem effractam conſtipando, aut aliorſum ſanguinem diuertendo. Labia ergo rupturæ conſtipabimus uel digitis noſtris, ſi uulnus ſuperficiarium fuerit, uel deligatione, uel adſtringentibus, refrigerantibusq; medicamentis, hoſtiola aperta obturabimus, quæ grumis etiam cruoris interdum occludi ſolent. Eorum uero quæ apponuntur quædam adſtrictoria ſunt, quædam emplaſtica, quædam cruſtam inducentia. Emplaſtica itaq; eruptioni ſanguinis applicata propere incarnant. Ab ijs uero quæ cruſtam inducũt, ulcus cruſta decidente excauatur, frequentiſſimeq; eruptio ſanguinis ſanatu difficillima excidentibus cruſtis inſequitur, propterea eiuſmodi medicamentis, ubi tantum neceſſitas cogit utemur, ueluti ſi à putrida eroſione ſanguis eruperit. Tunc enim ubi totum putridum exciderimus, tutius erit, uel cauterijs tanquàm morbi radicem exurere, uel cruſtam inducentia admouere, præcipue in pudendorum, aut ſedis uitijs, quoniam huiuſcemodi membra ob redundantem humiditatẽ, & quod acribus recremẽtis tranſitũ præſtẽt, facillime putreſiunt. Ad eligenda ergo medicamenta quæ cruſtã inducunt, conſilium ſit non tantum caliditatem, ſed adſtrictionem quoq; inquirendi, qualia ſunt miſy, chalcitis, atramentum ſutorium. Quæ enim ex calce uiua & auripigmento conficiuntur, his quidẽ uehementiora ſunt: ſed cruſtæ inde obortæ celerrime excidunt quoniã nulla illis ineſt adſtrictio. cruſtæ uero ab aſtringentibus genitæ diutius in corporibus perſiſtunt, quod non paruam cõmoditatem affert, prius enim quam excidãt, præuenit incarnatio, ut caro medijs partibus innata tanq; operculum quodpiam uaſis ſuperueniat: ideo non properabimus, quemadmodum multi faciunt, cruſtas abſcindere, ubi erumpendi ſanguinis periculum imminet, ſed in his tantum affectionibus quibus putredinis cauſa uſtionem inferre coacti ſumus: uocaturq; huiuſmodi affectio depaſcentia, quoniam ab affectis locis progrediens membra ſecundũ naturam ſe habentia depaſcitur, iugiterq; quidpiam eorum inuadit. Medicum itaq; his conſilijs munitum ad curandas ſanguinis eruptiones accedere oportet, locorum naturæ & uenarum magnitudini remedia coaptando, primumq; eniti debet, ut digitis uenæ ſectionem comprehendat, ſuauiterq; erigat, & indolenter comprimat. ſimul enim & ſanguinem retinebit, & grumũ uulneri infiget. quòd ſi uas unde emanat ſanguis profundum fuerit, ut hanc diligentiam non admittat, ubi ſitum eius, & magnitudinem diligenter perſpexerimus, nouerimusq; nunquid uena ſit, an arteria, uas immiſſa uolſella extendemus & moderate circumflectemus: at ubi ne ſic quidem ceſſauerit, uinculo conſtringemus. nõnunq; & poſt uinculi nexum oblique uas incidere cogimur, & inde ulcus quàm ocyſſime incarnare feſtinamus: magnis tamen uenis parcere oportet, neque ad ſectionem earum properare, id enim iugulationi per quam ſimile eſt. Sed id artificium paruioribus tantum adhibendum, quæ recta extenduntur. In maioribus uero omni ſtudio enitendum, ut arido, quod ex thure & aloe conficitur, ſectionem incarnemus, idq́ue præcipue deligatis applicandum, priuſquàm uinculum exci-

dat

dat.niſi enim ſubnutrita caro loca circa uas denudata munire præuenerit,ſed in-
anis regio perſiſtat,affectio ſuperueniet,quæ aneuriſma appellatur. propterea ad
huiuſmodi morbos emplaſticis,quæ ſanguinem ſiſtunt,utendum conſulimus,nã
uulnus ab ipſis tutius incarnatur.omnium ergo quæ nouimus optimum eſt, quo
etiam ad ſanguinem è membranis cerebri manantem tutiſſime utimur,ita habẽs.
Thuris partes duas,aloes partem unam,cum oui albumine ad mellis conſiſtentiã
ſubiges:poſtea ſuper molliſſimis leporis pilis extenſum uaſi,& toti ulceri affatim
applicabis, ſuperiusq; mollem lanam eodem medicamento madentem appones:
deinde faſcia deligabis,primas quidem nexuũ reuolutiones quattuor,aut quinq;
in ipſo uaſe ſanguinem emanante deducens,poſtea ad caput eius ſupremum ne-
xibus deuolutis ligationem terminabimus,nec niſi die tertio ſoluemus:& ſi medi
camentum ulceri adhuc ſolide adhæſerit, nouum rurſus orbiculatim ſuperpone-
mus,& primum linamentum tanq; madeſaciemus, quod prorſus à proprio loco
immotum ſeruantes eodem modo ligabimus,qui proxime dictus eſt. at ſi in exol
uendo uulnere primum linamentum exciderit,ſiniſtræ manus digito ſenſim ua-
ſis radicem comprimemus,& ita eo priori linamẽto abiecto, nouum apponemus
ab hoc nunquàm curandi ordine recedentes,quouſq; uas in circuitu exacte incar
netur,atq; interim uſq; ad adeptã ſanitatem membrũ affectum in plurima quiete
ſeruabimus. Hoc autem medicamento diuerſiſſime utimur, interdum duplum
aloes thuri,interdum æquali pondere admiſcentes, ſæpe pro thure pollinem ſuũ,
tanquàm magis adſtrictorium imponentes.Illud uero conſtat,durioribus corpo-
ribus quæ magis adſtringunt,& quæ plus aloes ſuſcipiunt eſſe applicãda. Sed ad
cerebri membranas ſanguinem emanantes, & ad iugulares colli uenas, medica-
mento utimur quod plurimum thuris admiſerit:eorum enim ſanguinem ſine uin
culo ſiſtit,& quamuis plurima alia medicamenta emplaſtica ſint, nullum tamen
æque incarnat.optima etiam emplaſtica habentur ex pice torrefacta & colopho-
nia,puluiſculo farinæ è piſtrinorum parietibus collecto,ex gummi tragacanthæ,
& huiuſmodi,interdum & ex gypſo confecta.Symphyti præterea radix prȩſtan-
tiſſima eſt,maxime uero medico congruit, ut præſidia ſiſtendo ſanguini idonea
penes ſe præparata conſeruet,ut ſingulis quibuſq; opportune ſuccurrat. Aridum
Philagrij ad ſanguinem reprimendum ex aloe & thure confectũ,quod ulceri ſan-
guinem emananti applicatur.primo autem digitis partes ſectionis colligimus, ac
ſimul comprimimus,donec cohæreant:tunc enim impactum ſuo lentore ſangui-
nis impetum cohibet,qui magis cohibebitur,ſi leporis pilos molliuſculos ſub uen
tre repertos impacto medicamento apponemus, non nihil ex eodem arido ſupra
inſpergentes:quod quidem dimittendum erit,quouſq; adiacens caro ita excreue
rit,ut tanq; operculum ſectioni obduxerit. Confert ad idem Rhodium, quod in-
ter medicamenta contrahendo idonea deſcribitur.Quædam autẽ ex his quæ ſan-
guinem ſiſtunt,ſicuti diximus,cruſtum inducunt, quædam cum ariditate adſtrin
gunt,quædam opplent,& agglutinant:quorum aliqua comparatu faciliora expli
cabimus,ut liceat repente ſingulis quibuſq; cauſis peculiare medicamentum deli
gere.Ex ijs igitur quæ cruſtam inducũt,immordaciſſime & efficaciſſime ſangui-
nem ſiſtit,quod habet,ſandarachæ, auripigmenti, chalcitidis ſingu. drac.iiij. hoc
Ammonius chirurgus utebatur,quo adhuc efficacius eſt, quod habet chalcitidis
drac.xxxviij. atramenti ſutorij drac.x. calcis uiuæ drac.vi. æris uſti tantundem,
miſyos,diphrygis ſing.drac.v. Aliud ualde inſigne: aluminis ſciſſilis,atramenti
ſutorij, gallarum ſing. drac.vi. miſyos drac.viij. ſoreos drac.iiij. hoc optime facit
ad depaſcentias. Aliud ad ſiſtendũ ſanguinem è terra rubra confectum. Terræ
rubræ,aut cimoliæ drac.viij,ſquammæ,aluminis rotũdi, reſinæ aridæ,thuris,myr
rhæ ſing.

rhæ ſing.drach.viij. aceti quod ſufficit, terito in ſole uſq; ad conſiſtentiã, & rotulas conficito. Aliud. Spongiam nouam liquida pice intinctam & bitumine trito inſperſam in olla cremato. Deinde ſumito huius unc.ij.chalcitidis,miſyos ſing. unc.i. quod ſi mitius facere uolueris ſumito ſpongiæ ita crematæ unc.ij. plumbi uſti & loti unc.i.hoc cruſtam non inducit. Aliud ſanguinem emanantem facile ſiſtens. Chalcitidis drach.viij.thuris aut pollinis drach.xvi,reſinæ aridæ,gypſi recentis ſing.drach.viij.cætera quidẽ trita & cribrata in ænea pyxide reponito. gypſum uero,quo tempore medicamẽto admiſcendum erit recens terito, ac ſeruata proportione admiſceto. Aliud ad ſanguinẽ ſiſtendum ſine cruſtæ inductione. Miſyos, ſucci polygoni aridi ſing. drach.xlij. aluminis ſciſſilis drach.xxi. aridum aceto irrigatũ in ſpongiam aſſumito,& ulceri appoſitũ alligato. Aliud Oribaſij faciens ad pudendorũ,totiuſq; corporis depaſcentias, quod etiã callos,& ſtrumas auſert. Mellis oleo roſaceo inſperſi,ſulphuris uiui,auripigmenti,ſandarachæ,calcis uiuæ portiones æquas confice & utere. Aliud optimũ ad ſanguinis eruptiones ex Galeno. Gypſum & tritici pollinẽ cum oui albumine aſſumito,& cum leporinis pilis apponito. Aliud ad ſiſtendum ſanguinẽ efficax. Reſinam piceam diligẽter tritam uel priuatim,uel cum polline thuris applicato. Cui ergo plura medicamẽta inquirendi poteſtas erit, multo plura in libris & de ſimplicibus medicamentis,& de priuatis ſingulorũ membrorũ morbis deſcripta inueniet. Sed & quæ hactenus recenſuimus ſufficere poterũt: ferè enim reliqua omnia ex eiſdem conficiuntur, & non longe inter ſe facultatibus differunt, quædam tantum robuſtiora, quædã imbecilliora ſunt,ut ſingula cuiq; congrua accõmodari poſſint. Quodam enim eunucho ulcus in ſummitate manus habente, cũ maleficũ euaſiſſet,locumq; circa eroderet, atq; ideo ſanguis emanaret, medicamentũ è thure & aloe cum oui albumine appoſui,& cum ne ſic quidem ſiſteretur,deprehendi id ex nimia ſenſus ſubtilitate fieri,ꝓpterea linamẽta oxycrato dilutiſſimo madefacta impoſui,iuſſiq; idem iugiter ſuper linamẽta inſtillari, atq; ita ſtatim ſanguinis eruptionẽ repreſſi, neq; ab eodem præſidio uſq; ad incarnationẽ exactam deſtiti. Aliud ad arteriæ ſectionẽ. Sal cõmune brutiq; fimum aridum pari pondere cum lixiuio ex querno cinere ſubigito,& ſectioni apponito. Aliud. Porrũ contuſum illinito. Aliud. Cochleas cum ſuis domicilijs,ſiue magnę, ſiue paruæ fuerint,cremato ac terito,& ſectioni applicato.

Putrefactoria & adurentia medicamenta. Cap. LIII

PVtrefactorijs & adurentibus medicamẽtis ad columellas utimur, quæ iugiter deſtillant & relaxantur,& ad calloſas carnis excreſcentias, canceroſaq; interdum ulcera & ad ſtrumas,quas putrefaciendas decernimus. Item ad coxendices, articulares morbos,lienum uitia, cauterij loco adhibemus. præterea ad formicas, uerrucas,clauos,ficoſos tumores, & reliqua huiuſmodi: præcipua uero illorũ facultas eminet ad carbunculoſa & malefica ulcera: illita enim depaſcentias cohibendo, cruſtaſq; exterendo protinus tutam ægritudinẽ reddunt. Putrefactorium mordicatione carens: ſquãmæ drach.iiij.ſandarachæ drach.ij. ellebori nigri, auripigmenti,ſing.drach.i.Quod erit longe præſtantius, ſi pro auripigmẽto aluminis ſciſſilis par pondus adijcies. Aliud, ſquãmæ,ſandarachæ,auripigmenti,ellebori nigri,ſeminũ urticæ torrefactorũ par pondus cum roſaceo terito & utitor. Aliud ſine ulla prorſus mordicatione cruſtas uſq; ad profundum inducens: ſquãmæ,ſandarachæ ſing.unc.iij.ellebori nigri drach.i.ad humida quidem ulcera arido utere, ad reliqua uero cum roſaceo ſubigito. Oribaſij putrefactorium efficaciſſimũ quo utor: ſeminis urticæ,ſquammę rubræ,ſandarachæ,par pondus cum roſaceo terito & utere. Aliud optimũ. Sandarachæ,aluminis ſciſſilis ſing.drach.iiij.ſquãmæ drach,ij. auripigmenti drach.i. Si ulcus quidem depaſcatur, & adſtrictionem re-

quirat,aridũ applica:ſin ſtruma,aut cancerofus tumor curetur, cum roſaceo ſubiges,biſq; ſingulis diebus appones. Ceratũ adurens,quo aduerſus lippitudines utimur tẽporibus quouſq; rubificentur illinentes:facit & ad coxendices,ſtatim enim dolor ſedatur : quod ita habet. Cantharidum,atramenti ſutorij, ſucci thapſiæ,allij ſing.unc.i.ceræ unc.iiij.olei unc.v. aridis ex aceto tritis liquabilia admiſceto, atq; ubi locus rubuerit,illine ea,quæ ad ignis uſtiones conficiuntur. Aliud cauteriũ è uiſco:calcis uiuæ,fecis uſtæ,ſing.drach.iiij.uiſci drach.ij.nitri drach.i. quod mitius fiet,ſi calcis tres tantũ drachmas adieceris,& ſaponis quod ſufficit. Deficiente ſapone lixiuij lib.i.uſq; ad trientem decoquito.Ita uero cõficitur:arida exquiſitiſſime trita cum uiſco prope ignem ſubacto aſſumes,& tudicula cõficies: deinde ubi refrixerint,lixiuium paulatim inſtillando remollito,ut glutinoſa cõſiſtentia liquidius medicamentũ reddatur, quod deinde in plumbea pyxide ſolidiori ſeruabis,& ſi deſiccabitur,lixiuiũ ſubinde inſtillabis. Hoc ad menti lichenas ſemihoræ ſpacio illinito, tum loco ſpongia recreato candidũ ex ouis uel ex plumbagine uel ex hordeo confectum apponito,quo nonnulli etiam ad coxendices & lienis uitia, & deſtillationes articulorũ utuntur,hac arte applicãtes:linteolo craſſo attrito medicamentũ quodpiam ex glutinoſis illinunt, quod orbiculatis foraminibus tranſfigentes locis applicant,foramina dirigentes,qua parte inuſtionẽ requirunt,in quibus cauſticũ medicamentũ affatim imponunt,ut.ſ.pars tantum quæſita inuratur, tum linimento braſſicæ aut betæ folia alligantes decem aut paulo pluribus diebus permittũt,quibus poſtea ſublatis ad mitigatoria uertuntur, quæ ad ignis uſtiones præparantur.Putrefactoriũ nulli comparandum : ellebori nigri drach.iij. ſquãmæ rubeæ drach.xij. ſandarachæ,auripigmenti ſing.drach.ij. atramenti ſutorij drach. iiij.uentrium cantharidum drach.xij.omnia cum lixiuio aſſumito. Cauterium ad columellas ex Demoſthene:calcis uiuæ drach.iiij. ſpheclæ drach.ij. eſt autẽ ſphecla fex uini cremata, quæ minime uetuſta, ſed duorũ menſium ſit: nitri torrefacti drach.ij.mellis drach.i. è lixiuio ad mellis liquidioris craſſitudinem terito,ſinitoq; bis aut ter ebullire,donec conſiſtat,deinde in plumbea pyxide ſeruato,ne cito areſcat,cuius rei gratia lixiuium ſubinde inſtillabis.facit ad uerrucas,formicas,pterygia, clauos pedum & manuum,callos, eminentes cicatrices,& carbunculos. poſt uſtionem uero columellæ oleum gargariſſandum & in ore detinendum iugiter dato. tranſacta tertia aqua mulſa ſeu potius lacte cum melle aſſidue os abluatur, quouſq; cruſta deciderit, eodemq; pacto anthero,aut phrygio medicamento uteris.In alijs uero corporis partibus,loco inuſto optime repurgando,aluminis liquidi,amurcæ, mellis decocti portiones æquas admiſce,& applica, deinde poſt ulcerum mundificationem mitigatorijs medicamentis utere.

De ſinibus ex Galeno. Cap. LIIII

OMnia inſinuata ulcera ſæpe melicrato,ſępe uino,ſępe uino mulſo,ſępe oxymelite abluimus.Ad abſtergendam enim & expurgandã ſinui inhærentem ſaniem melicratum præferendum eſt:ad purgandum uero ſimul & roborandum, uinum mulſum eligimus:at ubi glutinationẽ quęrimus uinum admouemus,ſicut ſi cruentus fœtiduſq; ſit humor qui excernitur, oxymeli cæteris præſtat. In diuturnis autem affectionibus emplaſtica medicamenta quæ acriuſcula ſint plurimo roſaceo diluentes tubulo in rectum perforato inijcimus.Ad quem uſum efficaciſſimum eſt, quod ad Machærionẽ refertur, & quod Iſis quodq; Armenium appellatur, & pleraq; ex nigris. ſed & proxime deſcribendum ſumme conuenit. primo enim ſinus expurgat, deinde incarnat, poſtea agglutinat.A mollibus caprifici ramulis corticem deraſum parte lignoſa abiecta in oleo decoquito,cui poſtea excolato ceræ quod ſufficit admiſceto, ita ut liquidũ & fuſile reddatur medicamentũ,

cuius

cuius quod ſatis uidebitur, tepidum in ſinum inijcies, ex eodemq; ſolidius ceratū conficiens commode ſuperligabis, ſed & exterius utiliter applicatur, & ſinus agglutinat. Barbarum & quæcunq; ex pice & bitumine præparantur, quodq; ex ſalice, quodq; ex uino mulſo, quodq; ex ſpuma argenti conficitur, & armenium, & quod ad Alieum refertur, & melinum Paſſionis. Ad eos tamen qui adiacētes partes tenuiores habuerint, quæ ex ſale conficiuntur magis conueniunt, ſuper emplaſtro autem ſpongia oxymelite, aut poſca, aut uino madefacta applicanda eſt. Deligatio uero à fundo ſinus incipiens ad os ulceris deſinat, ac uinculorū reuolutiones ſine dolore quidem fundum ſinus adſtringant, ſed inde paulatim remiſſæ tandem in ipſo ulceris ore laxius cōnectantur. Emplaſtrum autem exterius applicatū in hoſtiolo ſinus circūcidatur, ut ex ſinu ſanies excerni poſſit, & in ipſo exciſi emplaſtri loco aliud emplaſtellū apponatur, alternis diebus auferendum, cōmuni illo totū ſinum ambiente ſemper dimiſſo: atq; ita iniectis congruis ablutionibus quæ paulo ſupra memorauimus, curationē peragemus: deinde ubi ſinum agglutinatū nouerimus, ad ea quæ cicatricem inducunt proficiſcemur. nunquid autē ſinus in profundo recte coaluerit, ex pure effluente dignoſcemus, an paucū concoctum ue ſit, & nunquid in ipſo ſinu dolor quiſpiam uel tumor percipiatur: ubi enim recte coaluerit areſcet, & dolor omnino ceſſabit. Linimentum ad ſinus antiquiſſimos: gallas acerbas in oleo duabus horis pręmadefactas, in fictilē ſiue æneum lebetem cum oleo conijcito, & quouſq; ad nigredinē peruenerint, & ueluti torrefiāt prunis admotis decoquito, quarum deinde ab oleo exemptarū, ubi refrixerint unc. unam ſumes, & aluminis ſciſſilis, aloesq; tantundem, radicum uero altheæ aridarū, artemiſiæ unicaulis aridæ, ſampſuchi, ſing. unc. ij. ac ſingula ſeorſum teres, & cribro traijcies, poſtea ſimul cōmixta ſeruabis, deinceps uſus tempore luteo oui adiecto locum illines. in ipſo uero ulceris hoſtio paruum emplaſtrum ex paſtillo impones, qui ad iudæum refertur. idem facit ad fiſtulas, aquoſos ramices & podagras.

De ſinibus attritis ex eodem. Cap. LV

INflāmationibus uero ad abſceſſum uerſis, ſi ſerius ad inciſionem deuentum ſit, euenit nonnunq;, ut cutis locum ambiens, tenuis ueluti attritum ueſtimentum reddatur, propterea ulcera huiuſcemodi, attrita appellantur, quæ difficillime coaleſcere glutinariq; poſſunt, pręſertim ſi quis eis durum & ſubſtantia ſiccum medicamentū applicauerit: ab illo enim magis adhuc cutis attereretur, & in ariditate ſimilis pellibus peruetuſtis euadet. ad ea igitur glutinanda medicamentū ſubſtantia quidem liquidum ſed facultate ſiccum congrue admouebimus, quale eſt Galeni phœnicinum, quod nos ad huiuſmodi affectus præſtantius eſſe deprehendimus, cum nondum decoctione exacte induruerit, neque adhuc inquinare deſiuerit: ita enim præparatū ad cruenta uulnera glutinanda, ad cicatricemq; omnibus ulceribus inducendam efficacius: ad ſinus autem attritos efficaciſſimū, quod in teneritate perſiſtens, emplaſticam tantum conſiſtentiā attigerit. nam ſicut ad huiuſmodi uſus medicamenti duriciem recuſamus, ita & fluida mollicies diſplicet: orbiculatim enim diffluens inane linteolū derelinquit, quod haud ſolum nihil confert, ſed & glutinando ulceri plurimum officit. mel præterea moderate decoctum ad hanc ſinuum ſpeciem mirum in modum congruit, cui myrrham, uel aloem, uel thus exquiſitiſſime trita, ſiue quodpiam eorum priuatim, ſiue omnia ſimul miſcere longe melius crediderim, præſertim ſi mel linteolo illitum, liquidius apparuerit. Ego uero ad hunc ipſum uſum centaurium minus mire proficere expertus ſum, deinde ſymphytum & plantaginis folia cum radicibus arefacta. conueniunt, & rumicis radix, oleaſtri folia, uerbenaca ſupina cum radicibus, uitis alba, iris, dictamnus, ſaluia, polium, ſauina, cupreſſi folia, ſalicis ſuccus, & in tenellis carnibus eruina

farina, quæ omnia prius terenda & ſubtiliſſimo cribro excutienda erunt, deinde melle ad emplaſticam conſiſtentiam decocto, quæpiam prædictorũ admiſcemus, & linteo illinentes apponimus.

De fiſtulis & fiſtularum ad os deſinentium dignotione. Cap. LVI

CVm uero ſinus perperam curati in fiſtulas uerti conſueuerint, ſeriatim de fiſtulis quoq; dicendum eſt, quæ ita appellantur per translationẽ à fiſtulis ex arundine, aut alia quapiam materia confectis. in eis enim cauitas quædam deprehenditur harundinũ cauitatibus ſimilis, ubi ſinus calloſus ineſt, qui abſq; manuũ auxilio, uel ualidiori medicamento abſcindi non poteſt. fiſtulis ergo obliquis ſub cuti extenſis nucleum ſpecilli immittentes, & cutim ſuſpendentes, unica ſectione totam longitudinẽ incidimus: deinde callos tanquã fiſtularũ cauſas, ſi ſuperficiarij fuerint, ſpecilli apice abradimus, ſin in profundum penetrauerint, ſcalpro abſcindimus, niſi enim abſcindantur, neq; caro produci, neq; ulcus coaleſcere poterit. quod ſi fiſtula figura obliqua non ſit, ſed decliuis, id eſt, ad profundũ progrediens, fiſtulæ ambitum circũcidimus, tantum carnis orbiculatim auferentes, quantũ ad integros callos commode abſcindendos ſuffecerit. ſi uero fiſtula ad os decubuerit, ab oſſe denudato ſquammã abradimus. Fiſtulæ autem uſque ad os decumbentes, latiores quidem nucleo ſpecilli immiſſo ex renitentia deprehendũtur, ſed in anguſtioribus apice ſpecilli pertentando durum oſſuoſumq; corpus occurrens attingimus, ac ſonum quempiam percipimus, tanq; oſſis cum ære concuſſi: quo artificio non ſolum fiſtulam oſſi attiguam eſſe dignoſcimus, ſed etiam nunquid os corruptum, illæſum ue fuerit. Deducto enim undequaq; ſpecillo, ſi tanq; à leui corpore ſemper ipſum delabi percipimus, os incorruptũ eſſe fatebimur: ſin ſpecillum penetrando partibus quibuſdam inhæſerit, inæqualitates aſperitatesq; ſubeſſe indicans, oſſis corruptionem coniectabimus. in fiſtulis tamen quæ latiſſima habent orificia, ſæpe os uiſu quoq; deprehenditur, ut iam coniecturis opus non ſit. ſin obliquę fuerint, flexumq; aliquem, uel plures habuerint, ut ſpecilli apex progredi nequeat, uirgulã plumbeam ſtamneam ue conflabimus, qua iter pertentemus: cum enim flexilis admodum ſit ad fiſtulæ figuram facile accõmodabitur. ſed ſi ob nimiam obliquitatem fiſtula nihil tale ſuſceperit, ex ipſius humoris delati natura, fiſtulæ terminũ indagabimus. At ſi fiſtula neruum attigerit primum dolore indicabitur, ſtuporis enim punctioniſq; ſenſum incutiet: deinde motus qui ab eo neruo perfici ſolet, deterior apparebit. ſed in ſpecilli attractu moleſtus acutusq; ſenſus redditus rem manifeſtiſſime indicabit. Humor etiam inde delatus tenuior eſt, ei ſimilis qui ab oſſibus defluit, non quidem oleaginus, aut pinguis, ſed ſanioſus & glutinoſus, eademq; omnia accidentia fiſtulas conſequuntur, quæ ad muſculos penetrauerint. In his uero quæ carnes tantum pertranſeunt, craſſiorem humidioremq; tabum inuenies. at quæ uenas occupãt, eadem comitanẽ accidẽtia, quæ de neruis prædiximus, imbecilliora tantum, & quo ad dolores attinet * *

Idemq; omnino de his dicendum quæ ad arteriam pertingunt. *

At fiſtula locum erodente ſi uena ſuberit, plurimus craſſusq; ſanguis effunditur, ſin arteria aperiatur, tenuis & flauus cum multo ſpiritu ſtridoreq; exilit. Hactenus quidem de fiſtularũ ſignis & differentijs: deinceps uero de medicamentis ad eaſdem conferentibus differere oportet. poſt calloſarum igitur partium abſciſionem carnoſis quidem membris ſuppurandi ſtudium adhibebimus, nihilominus tamen deſquammata oſſa deſiccare conabimur. Baſilicum autem & reliqua huiuſmodi inter ſuppurantia medicamenta connumerantur, ſicut quæ cephalica dicuntur, deſiccandi ui pollent. linamenta etiam melle illita utiliter imponuntur. Ad fiſtulas uero inchoantes, nec multum profundas, quarum chirurgiam ægroti prorſus

recuſant

recuſant, medicamenta callum exterentia adhibebimus. Deinde remoto callo ad curationem reliquis ulceribus communem uertemur. Fiſtulare collyrium ab antiquis fiſtulis callos exterens: atramenti ſutorij, miſyos, chalcitidis crudæ, æruginis, aluminis ſciſſilis, rubricæ ſinopicæ, gummi portiones æquas in aceto aſſumito. Quod ſi gummi uice thus duodecuplo mellis admixtum ſuſceperit, calloſos ſinus repurgat: at ſi uni parti eiuſdem, octo mellis adieceris, incarnat & ad cicatricē ducit. Aliud ad antiquas fiſtulas faciens. Miſyos, atramenti ſutorij, aluminis ſciſſilis, ammoniaci thymiamatis, par pondus in aceto ſumito. eiuſdem aridum à fiſtulis callos exterens: cadmiæ, chalcitidis crudæ, ſandarachæ, gummi ſing. unc. iij. æris uſti, miſyos crudi ſing. unc. i. s. Eiuſdem xyraphium appellatū ad capitis menticꝗ ficoſas puſtulas faciens. miſyos, chalcitidis crudæ, ſquammæ drach. duas, aluminis ſciſſilis drach. unam, confice & loco prius abluto aridum medicamentū affatim imponito, ac poſtridie eidem rurſus loto, & calli ramento ſpongia deterſo nouum medicamentū applicato, idem euſque repetens, quouſꝗ totum deraſum ſit: cauendumꝗ interim ne olei attactu pars curata inquinetur. & ſi libuerit, poteris ammoniaci drachmam in aceto dilutam ſeptem eiuſdem aridi drachmis admiſcere, & collyria conficere. Eiuſdem collyrium fiſtulare, Chalcitidis crudæ, miſyos crudi, æruginis, ſoreos, atramenti ſutorij, ammoniaci thymiamatis par pondus in aceto aſſumito. Aridum fiſtulare Philoſophi: braſſicæ radicem, cucurbitā aridam, os canini capitis ſimul urito, cinericꝗ eorum origanum, & gallinæ fimum utrunꝗ exiccatum & contritum admiſceto, & aridum ſeruato. uſus tempore fiſtulæ orificium uino humectabis, deinde aridum affatim inſperges, impoſitumꝗ linamentum alligabis: id abſceſſus aperit, ſanatꝗ fiſtulas nondum manu tractatas.

Aliud eiuſdem ad fiſtulas, Conchulas cum teſtis uſtas, & tritas applicato, uel carnes cochlearū, cum myrrha, thure, & aloe tritas fiſtulæ imponito, & exterius admoueto. ſumme enim conferunt. Aliud fiſtulas mirifice exiccans, faciens & ad fœminis fluorem, capitis deſtillationē, aurium contuſiones, dyſenterias, omnemꝗ humiditatem abſumens. idem ſumini & lumbis illitum muliebrem defluxum, & hæmorrhoidas ſiſtit. cochlearum carnes cum ſuis domicilijs, bulbum paruum, bitumen, aloem, thus, ex aceto terito, & utere. Aliud ad fiſtulas optimum. Polygoni folia à ieiuno manducata apponito, ſupraꝗ paſſulas cum ſuis acinis tritas alligato, neque remedium deſpicies. Aliud aridum Magiſtriani, fiſtulas incarnans. chamæleontis nigri radicem, pini corticem, thus maſculum, ariſtolochiam longam pari pondere terito, fiſtulæꝗ mulſa ablutæ aridum applicato. Aliud. Aloes unc. duas, radicis anchuſæ unc. unam, replet enim & incarnat. Aliud. Scillam in olla uſtam & tritam apponito. Aliud nullo modo prætereundum, quod Hercules appellatur, ægilopas etiam à radicibus auferens: pridie uero papyrus in fiſtulam imponenda eſt, deinde ad fiſtulæ ſeu papyri menſurā collyrium imponendum, tribuſꝗ diebus permittendum, & in quarta fiſtulam prorſus ſublatam inuenies, quod ita conficitur. Cadmiæ teſtaceæ drach. vi. æris uſti drach. v. miſyos torrefacti drach. ix. chalcitidis crudæ drach. viij. cantharidas numero vij. libanotidis aridæ drach. unam, hermodactyli radicem integram, gummi drach. x. confice ex aceto & collyria formato. ſunt qui atramenti ſutorij & æruginis ſing. drach. vi. adijciunt. Aliud ad fiſtulas, uſque ad os attingentes. Squammæ æris, æruginis, ammoniaci thymiamatis portiones æquas ex aceto terito, & paſtillum conflato, uſus autem tempore quantum ſufficiet decerpito, ac prope ignem commollito, deinde collyria fiſtulæ æqualia formato, & imponito. Aliud Oribaſij ad fiſtulas & uibices quod aſſumpſit à Dionyſio. Foliorum lepidij herbæ in umbra exiccatorū, floris antiqui cnici, mellis liquidi deſpumati, terebinthinæ partes

æquas, arida ex aceto terito, & adiecto modico roſaceo omnia ſimul ad emplaſtri formam conficito, poſtea fiſtulæ cum aceto perfricatæ lepidij folia areſacta & trita inſpergito, ac ſupra ſplenium ex medicamēto alligato. Aliud experimento probatum. Radicum liliorum crematarum cinere fiſtulam repleto, & callus excidet, quo ablato ſmilacem herbam ſumito arundinibus ſe implicantem, flore candido, folijs hortenſi phaſelo ſimilibus, qua areſacta uſta & trita fiſtulam replebis, & incarnabitur. Aliud: oleaſtri radicem crematam terito, fiſtulæq; uino calido auſtero ablutæ aridam inſpergito, & callus excidet. Aridum fiſtulas incarnans, Specularium lapidem quem translucidū uocant urito, & contritiſſimū fiſtulæ imponito. omnino autem poſt uſum eorum, quæ callos abſcindunt, locus repurgandus erit collyrijs ex ærugine & melle decocto. Medicamentū ſinus repurgans, & incarnans: myrrhæ, croci, ariſtolochiæ, rubricæ ſinopicæ ſing. unc. unam, fel taurinū integrum, mellis unc. tres. fel cum melle decoquito: deinde reliqua exquiſitiſſime trita admiſceto, ac rurſus decoquito, & collyria cōficito. Aliud ad fiſtulas, Muſci herbæ quam & dorcadiadem appellant, miſyos torrefacti ſing. drach. viij. ſalis cōmunis, aluminis ſciſſilis, æruginis ſing. drach. ij. chalcitidis drach. x. nitri, terebinthinæ ſing. drach. iiij. mellis lib. iij. aceti libram unam. quæ terenda ſunt terito, deinde omnia ſimul cum melle aſſumpta decoquito, & collyria conficito, quæ in ſinus & concauitates impones. Emplaſtrum Oribaſij ad ſinus & fiſtulas è cedria confectum, ſtrumas etiam diſcutiens, & ad tumores elephantiaſis cōferens, quod ita habet, Ceræ, picis aridæ ſing. libram unā, colophoniæ unc. viij. cedriæ unc. vi. propoleos unc. iiij. uel ut alij unc. vi. reliqua omnia quouſq; inquinandi finem fecerint, ſimul decoquito, deinde propolim adiectam unito, & utere. Aliud. Picis, ceræ ſing. lib. i. colophoniæ, cedriæ ſing. unc. vi. ſimul decoque quouſq; non amplius inquinent, poſtea propoleos unc. vi. adijcies, ſublatiſq; ab igne, thuris, aloes, & interdum myrrhæ ſing. unc. unā, admiſcebis. Aliud emplaſtrū, Magum uel Epheſtia nuncupatum, ſinus & fiſtulas glutinans, ac cætera huiuſmodi. Spumæ argēti lib. i. helcyſmatis lib. ij. teſtæ clibani antiqui, ceræ ſing. lib. iij. olei lib. vi. ſucci coriandri ſext. i. ſimul decoque, quouſq; inquinādi uim depoſuerint, deinde ceram adijcito, & omnia ſimul ſubigito. idem & ad hydropas confert. quidam nihil ceræ, quidam tres tantum uncias adijciunt. alij uero ita cōficiunt, Teſtæ fictilium lib. ij. plumbaginis tantundem, olei ſext. i. atq; hoc pacto conſiſtentiā non admittit. ſed & nigrum è lolio, & reliqua huiuſmodi fiſtulis accōmodantur. tuto etiam adhibe quod ex ſpuma argenti, & quod ex aceto & oleo conficitur, utrunq; in proximo libro deſcribendum: item ruffum Galeni quod ad malefica ulcera paulo ſupra deſcripſimus.

De gangræna & ſphacelo ex Galeno. Cap. LVII.

GAngrænam appellant, quando ob inflāmationis magnitudinē membri mortificatio imminet, & niſi morbo celerrime occurratur, membrū ita affectum facile mortificatur, labeſq; ad attiguas partes proſerpens ſingulis earū perniciem impartitur: ſed ubi corpora exacte ſenſum amiſerint, iam non gangræna amplius, ſed ſphacelus nuncupatur. Hæc autem ægritudo, ſphacelus inquā, oſſibus etiam accidit, quando adiacens caro ſaniem deprauatā generans, ea madefecerit & corruperit. membrū igitur quod exacte interierit quam ocyſſime abſcindere oportet, uſq; ad partem ſanam, quam proxime attigerit, ita ut tuendæ incolumitatis gratia nihil prorſus putridi relinquatur: deinde locum inurere, & poſtea ſeſamum cum melle, uel aridum cephalicum ſimili modo cum melle confectū applicare, tum panem exterius, uel farinam hordeaceam cum aqua & oleo ſubactam illinere. ſed & ſquammas auferunt, iris, panaceæ radix, ariſtolochia, eruum, ſingula cum melle. Item Machærionis medicamentū cum roſaceo, & melle dilutum, & Iſis. ubi uero

ſquammæ exciderint, curationem reliquis ulceribus cõmunem adhibeto. At priuſquam membrum mortificetur, morbuſq; adhuc gangræna appellatur, ſanguinem in affecto loco compactum, quamplurimum fieri poteſt euacuabimus. inde enim neruis & arterijs oppreſſis & refrigeratis mortificatio exoritur. Si ergo uena ampla in membro affecto fuerit, hac diſſecta corruptũ ſanguinem educemus: quam ſæpe tanquã uaricem uolſella correptam incidere oportebit: aut cutim uniuerſam ægroti membri profundis punctionibus orbiculatim ſcarificabimus, atq; ubi ſatis cruoris effluxerit, medicamentum apponemus ex ijs quæ ad putredinem conferunt, qualis eruina farina eſt, aut irina cum oxymelite, uel ſi hæ defuerint, fabacea: quarum uires ſi augere uelimus, ſal adijcimus, aut quempiam paſtillum minutiſſime tritum, ex ijs quos ad depaſcentias deſcripſimus, applicabimus, quales ſunt, qui ad Andronem, qui ad Paſionem, & qui ad Muſam refertur, & noſter, quem Aſclepium uocant, quibus omnibus pro ægroti corporis habitu uteris. Ruſticana enim ſolidiorq; natura potentioribus indiget medicamentis, ſicut mollis imbecillioribus. gangrænas præterea ſcarificant nuces peruetuſtæ applicatæ, farina loliacea cum rhaphano, & ſale, interdum & aceto, paſſulæ exemptis acinis cum rhaphani cortice, urticæ folia, rhaphani ſemen cum aceto, quæ & cruſtas ac ſquammas abſcindunt: præterea ablutio ex lupinorũ amarorum decocto, ad eoſdem uſus confert. Aliud ad gangrænas. Sordem urinariæ matulæ inhærentem illinito, ac deinde urina abluito. nonnulli eidem ſordi cedriam adijciunt. Aliud admirandum celerrime expediens. Plurimas lactucas exemptis fibris cum loliacea farina tritas illinito. nonnulli irinam farinam malunt. Aliud ad gangrænas, quod & uitiligines & reliqua huiuſmodi ſanat, inflammationeſq; mitigat. Herbam catanancen urito, cuius drach. viij. cum gummi drach. xvi. ex aceto terito, & illine. Aliud, æruginem, rubricam, alumen ſciſſile pari pondere ex aqua terito, & applicato.

De cancerosis tumoribus ex eodem. Cap. LVIII

CAnceroſi tumores ab atra bile craſſiore, & uehementer ferueſcente generantur, quæ ſi etiam acrior eſſe contigerit ulceroſos tumores efficit. Ideo huiuſmodi tumores abſque manifeſto calore inflammationibus atriores ſunt, habentq; uenas oppletas, & in ambitu extenſas, ut qui durum tumorem uenis circiter protenſis inſpexerit, fluuiatilis cancri ſpeciem imaginetur. Quoniam uero à profundo inutilis cruoris multitudo attrahitur, ideo uaricoſę uenæ redduntur, plurimiſq; de cauſis inſanabilis morbus efficitur, inter quas illa quoq; non leuis eſt, quod ob nimiam humoris craſſitudinem neq; repelli, neq; diſcuti, neq; totius corporis purgatione lauari poteſt, præterquam quod mitiora quidem medicamenta contemnit, ab acrioribus uero irritatur. At inchoantes cancros, priuſquam in membro figantur, melancholico humore euacuato augeri prohibebimus. primo igitur leuioribus utemur, quale cum ſero lactis epithymũ eſt, deinde hiera Ruffi quæ ellebori corticem pro uirtutis ratione aſſumpſerit. ſolani autem ſuccus loco illitus, ulceratum cancrum ſine moleſtia mirum in modum ſedat, quo linteolum molle duplicatum madefacere oportet, ſupraq; lanam teneram eodem ſucco madefactam apponere, crebraq; madefactione repetita diligenter obſeruabimus ne areſcat. ſed & ad ulceratos cancros medicamentũ è pompholyge cõgrue adhibebimus. Id quoq; quod ſtatim deſcribam ad canceroſa & malefica, pudendorum, ſcroti, ſedis, mammillarumq; uitia, & ad ani muliebriumq; locorũ rhagadas & condylomata efficaciſſimũ eſt. Oleum roſaceũ & hyoſcyami, uel ſolani, uel ſedi, uel umbilici ueneris, uel pſyllij, uel acerbæ uuæ ſuccũ in plumbeo mortario cum plumbeo piſtillo uſq; ad glutinis conſiſtentiã ſubigimus, nec parũ prodeſt, cancri uſti cinis cum cadmia

lota inſperſus,uel in cerato aſſumptus,& illitus, qui etiam ad gangrænas confert.

Aliud Archigenis: eryſimi ſemen cum melle ad emplaſtri formam diu terendo redditum applicato, & maleſica ulcera in quacunqꝫ parte corporis ſuerint celerrime ad cicatricem ducet.Idem poteſt & malicorium uſtum & inſperſum. Aliud ad canceroſa & maleſica. Terreſtrem teſtudinem donec albeſcat, cremato, & cinerem ad cętera quidem cum butyro,ad cancros uero ulceratos cum oleo dulci in emplaſtri formam ſubactum ſplenio illinito,& applicato, repurgat enim cogit,& ad cicatricē perducit, neqꝫ amplius morbum regredi ſinit, quod & ad gangrænas utiliter adhibetur. neqꝫ parum confidere oportet theriacæ Andromachi cum modico roſaceo dilutæ. Aeger uero ptiſanæ cremore uberrime alatur,& malua,atriplice,beta,& huiuſmodi elixis, piſcibusqꝫ ſaxatilibus, & auibus uniuerſis, præter eas quæ in aquis uerſantur.De ulcerum autem canceroſorum curatione,exquiſitiſſime dicetur,ubi de mammillarum uteriqꝫ uitijs pertractabimus.

De carbunculis ex eodem. Cap. LIX

SEd & carbunculi à melancholico fœculento feruidoqꝫ ſanguine & cutim exurente generantur,ideo cruſtacei fiunt,& quamuis non ſit perpetuū,plerunqꝫ tamen ab ampulla exoriūtur:omnino uero loci pruritus quidam præcedit,deinde frequenter ampulla ſubſequitur, qua effracta cruſtaceū ulcus exoritur. interdum etiam non una tantum ampulla,ſed plures puſillæ ueluti milij granula emergunt, quibus diſruptis unum cruſtaceum ulcus ſuccedit. Nōnunquam & ſine ampullis cutis excoriatur,ſemper autem cruſtaceum ulcus apparet, quandoqꝫ cineritium, quandoqꝫ atrum, ſimile ijs,quæ ab igne fiunt. Eſtqꝫ in fundo obdurum, & latum, & quodammodo ad claui figuram accedens, uicinasqꝫ partes depaſcitur, & caro in ambitu atra & ſplendida picis aut bituminis inſtar ob ebullitionem feruidiſſima efficitur, bilis enim exquiſite atra huiuſmodi eſt. Hos autē ægros febris longe uehementior, quàm eryſipelate laborantes inuadit. ſed carbunculi qui carni tantum inhæſerint, ocyſſime abolentur: qui uero in neruis aut membranis uſque ad profundum penetrauerint, proxima membra ad affectionis conſenſum ducentes tardius ſoluuntur. Qui uero caput obſident,collum,aut pectus,aut ceruicem,aut brachia,aut alas ad conſenſum trahunt, ſicut qui pudenda inuaſerint,crura,& inguina ſimul afficiunt,nec pauci uicinas partes ad ſuppurationē ducunt,quas iniuriæ magis paratas inuenerint.Dolores præterea in his ſuperueniūt,longe maiores quàm ſuæ paruitati congruant: ſæpe etiam in repurgando ulcere membrana,aut neruus putrefactus tanq̃ medulla eximitur. carbunculo igitur cum primo erumpere incœperit, protinus ſanguinis miſſione uſqꝫ ad animi deliquiū occurremus: niſi enim quidpiam uenæ ſectionē prohibeat, à nullo præſidio maius emolumentum percipies. ſed & emiſſo ſanguine locum profundis punctionibus ob humoris craſſitiem ſcarificare præſtantiſſimū eſt, deinde aluus abluenda, tenuiſſimaqꝫ uictus ratio cum quiete & tranquillitate imperanda. loco uero nihil quod uehementer uel repellat, uel refrigeret, applicandū, maius enim inde diſpendiū quàm utilitas conſequetur: neqꝫ tamen ideo defluxus eſt negligendus,ſed medicamēta excogitanda quæ cum moderata repulſione etiam diſcutiendi uim habeant,quale eſt cataplaſma è plantagine,& quod ex lente & pane cōficitur: panem uero neqꝫ ſordidiſſimū, neqꝫ puriſſimū eſſe oportet. ſuntqꝫ in carbunculi ambitu emplaſtra apponenda, quæ ad uſtionem ignis confici ſolent, ſed ipſi ulceri ad cruſtam exterendam uehementiora medicamēta applicanda, qualis eſt Andronis aut Paſionis aut Polyidis paſtillus,& reliqui huiuſmodi ad depaſcentias confecti, cum ſapa ad mellis conſiſtentiam diluti. carbunculorū autem cruſtas mirum in modum abſcindunt, & affectum locum ſine fluore conſeruant uerbenacæ rectæ folia cum adipe

trita

trita,& appoſita. Idem poſſunt & tenera cupreſſi folia,eiuſdemq; pillulæ cum polenta. Aliud. Gallinæ fimum aridum cum antiqua axungia ſubactum ipſi tantum carbunculo optima ſpe illinito. Aliud egregium. nitri,& rutæ par pondus cum aceto applica. Aliud. Columbini fimi & ſeminis lini partes æquas cum melle, uel ſilphium rutam & nitrum pariter cum melle ſoli carbunculo apponito. frequentiſſime etiam quodpiam putrefacientiū medicamentorū,ex ijs quæ ſupra deſcripſimus ulceri illinimus,& linamenta imponimus,in ambitu uero carbunculi lenticulam elixatam applicamus. Aliud ad carbunculos admirandum. Liliorū radicem recentem humidamq; ad emplaſtri formā redactam,facile autem redigetur,illinito,ſupraq; ne areſcat oleris folium apponito,& admiraberis. circū enim ſcarificat,cruſtas abſcindit, repurgat, replet, ad cicatricem ducit, ut ne cicatricis quidem ueſtigium appareat. Aliud Oribaſij ad carbunculos minime contemnendum. Saponis partem unam,axungiæ tantūdem,ſalis,cineris ſarmentorū, uel ficulneæ ſingulorum ſemiſſem confice,& applica,panemq; exterius illine.

Aliud aridum ad carbones & depaſcentias. Chalcitidis crudæ, miſyos crudi, atramēti ſutorij, æris uſti par pondus ſub ſole ex aceto terito,quouſq; exiccentur, & arido utere. Miſy uero non cremetur,ſed tantum torrefiat. Aridum Oribaſij ad carbones,depaſcentias,gangrænas,ulcera antiqua,& chironia, ad ſtrumas & podagras: ſpumæ argenti libram unam,olei antiqui lib.i.s. auripigmenti unc.i. ſpumam argenti cum oleo decoquito quouſq; non amplius inquinet,& mellea conſiſtentia fiat,cumq; ab igne ſuſtuleris auripigmentū cum olei unc.ij. ſubactum admiſceto,rurſusq; decoquito,donec nigreſcat,deinde refrigeratū manibus ſubigito & utere. ad ſtrumas quidem,ſicut ſe habet,ad alia uero cum oleo diluens ut linamentis idoneum fiat. Aliud Maſſilienſis, quod ſuæ ciuitati compoſuit, cum in ea carbunculi exuberarent,plurimosq; conficerent. Bouis armentarij fimum arefactum & tritum ſeruato. uſus uero tempore aqua irrigatū ſoli carbūculo illinito, ſupraq; thorulum lineum,aqua madefactū,uel cataplaſma è lenticula apponito.

Aliud. Chryſocollæ,nitri torrefacti,lapidis aſij,auripigmenti,ſandarachæ,miſyos torrefacti, chalcitidis, aluminis ſciſſilis, diphrygis ſing. drach.iiij. terito,& in æneo uaſe ſeruato. uſus uero tēpore cum nucleo ſpecilli,in ipſum carbūculi ulcus imponito,ſupraq; uiride proxime ſubſcriptū applicato,quod habet thuris,æruginis ſing. drach.unam, ſquammæ, aluminis ſciſſilis, ſalis ammoniaci ſing. obolos quatuor,ceræ drach. vij.s. reſinæ piceæ areſactæ drach.xvi. olei libram unā. arida ſub ſole ex aceto terito, & quæ liquari poſſunt liquata adijcito, & utere. Aliud medicamentum Aſclepiadæ: nitri torrefacti,ſucci cyrenenſis ſing. drach.iij. laſeris drach.iiij.s. ceræ,colophoniæ,olei ſing. unc.i.s. confice,& applica. carbūculi enim humorē deſiccabit, & quæ in ambitu ſunt,ſcarificabit, quæ ubi ſcarificata fuerint ſeriatim utere hoc,quod ſtatim deſcribam: nam id poſt ſcarificationem carbunculos à connexis partibus radicitus uellit,ita habens. punici mali recentis præmaturi corium exemptis interioribus in aceto decoquito,& ubi flaccuerit,tritum et ſuper linteolo ad emplaſtri formam extenſum apponito,iugiterq; acetum ſuper inſtilla, ne exiccetur. idem & in paſtillos formari,atq; in umbra exiccari poteſt,qui deinceps uſus tempore aceto diluti applicentur. Hoc ego frequenter etiam in principio uſus ſanitatem reſtitui. Pudendorum uero carbones eodem modo curabis, quem in carbunculis oculorū docuimus. confert & mel cum ſapa mixtum ſimulq; elixatum,ac cum nucleo ſpecilli ſæpius in die in præputium impoſitum. Aliud Oribaſij ad pudendorum carbunculos. Chalcitidis,atramenti ſutorij,ſing. drach. viij. aphronitri drach. unam, cum aqua terito & utere, benefacit & ouium fimus uſtus,ac cum melle ſubactus. Aliud ad carbones,depaſcentias,putredines oris, ſuppura-

ſuppuratas aures, & pterygia. Aluminis ſciſſilis drach. viij. chalcitidis drach. vi. ſandarachæ drachmas tres, malicorij, miſyos, atramenti ſutorij, nitri, omphacij aridi ſing. drachmas duas. conſice, & arido, uel cum melle utitor, ſupraq; lenticulam elixam cum pane illinito.

De eryſipelatis & ad ea Galeni cerata. Cap. LX

FLaua bilis craſſior acriorq; reddita ſimul cum ſanguine ad aliquam corporis partem decumbens eryſipelas efficit, quod aut exulceratur aut ſine ulcere ſit. ſi ergo ſanguis exuberet inflãmatio ad eryſipelatis naturam tendens inuadit, contra ſi bilis excellit eryſipelas ad inflãmationem declinans exoritur. Quod ſi neutrum exceſſerit, ægritudo inter eryſipelas, & inflãmationem media appellabitur, tumor uero eryſipelatis feruentior flauiorq; quàm inflammationis percipitur, non tamen dolorem, neq; pulſum, neq; preſſionẽ, neq; tenſionem inflãmationi æqualem infert: ſæpe enim in cuti tantum diffunditur, carnem ipſam nihil iniuria afficiens, idq; eſt quod exquiſite eryſipelas nuncupatur. difficiliora autem eryſipelata ſunt, quæ caput inuadunt, propterea niſi idoneis remedijs occurratur, partes tonſillis adiacentes ad conſenſum trahentia & inflãmationem afferentia ſuffocatione interficiunt. Ea igitur ſi ſanguis exuberet uenæ ſectione curabimus, ſin bilis, medicamẽto flauam bilim ducente corpus euacuabimus, aluumq; iugiter abluemus, deinde quod defluit repellemus, & quod feruet refrigerabimus, cum ijs quæ adſtringunt, pariter & refrigerãt, ſitq; tibi refrigerandi terminus coloris mutatio. Eryſipelas uero non exquiſitum, ſed quodammodo ad inflammationis naturam uergens, liuidam cutim efficit, ſi plus æquo refrigeretur, ac niſi medicus refrigerare deſiſtat, etiã nigrefaciet, præcipue ſi ſenile corpus fuerit, quod curetur, ita ut ſæpe eryſipelata hoc modo refrigerata, ne diſcuſſorijs quidem medicamẽtis exacte diſſolui queant, ſed induratum quendam tumorem in membro relinquũt. ſatius igitur erit ab adſtringentibus & refrigerãtibus ad diſcuſſoria progredi, quo tempore mutatum affecti membri colorem dignoueris, priuſquã uel liuidus, uel niger appareat. humectantia autem, ac ſine manifeſta adſtrictione refrigerantia, quibus eryſipelata indigent, ſunt, ſolanum, ſedum, portulaca, umbilicus ueneris, pſyllium, lenticula paluſtris, hyoſcyamus, & præ cæteris glaucium, cerataq; ex frigida aqua confecta. cera enim cum oleo præſertim roſaceo optimo, uel omphacino liquatur, ceratumq; liquidum fit, quod ubi refrixerit, in mortario aqua paulatim inſtillata, quanta imbibi poterit, cum piſtillo ualidiſſime teritur, ſitq; oleum ceræ duplum, aut etiam quadruplum. quod ſi tenuis quoq; & candidi aceti nonnihil adieceris, medicamentũ refrigerando aptius conficies. poteſt & ſuccus herbarum quiſpiam admiſceri, earum, quas proxime recenſuimus. illinendi præterea non tantum affectis partibus, ſed ſanis quoq; adiacentibus paſtilli ad eryſipelata confecti. quæ uero illinuntur, humida ſemper ſeruanda ſunt, & priora iugiter permutanda: ocyſſime enim incendũtur, ac uires deperdunt. priora igitur cum ſpongia molli ex aqua tepida expreſſa auferãtur. Paſtillus Andromachi quo utor, inquit, ad eryſipelata. Spumæ argenti libras duas, ceruſſæ libram unam, opij, ſulphuris uiui, croci ſing. unc. iij. in paſſo aſſumito, & cum paſſo applicato. Oribaſius autẽ Paſtillus, inquit, ad eryſipelata admirandus ita conficitur: Spumæ argenti, ceruſſæ, croci, opij, ſulphuris uiui ſing. unc. iij. in paſſo aſſumito. Alius, acaciæ drach. viij. miſyos drachmas quatuor, thuris tantundem, opij drachmas duas conſice & utere, ut dictum eſt. Ad ignes autẽ ſacros cum aceto diluito, quidam & aloes drachmas duas adijciunt. ad eryſipelata præcipue faciei, hirundinis nidum tritum & cribratũ in melle aſſumito, & cum penna illinito, ocyus enim diſcuties. ubi uero incenſio deſiuerit, locum priuſquam liueſcat, diſcutientibus medicamentis illinire oportet, &

aqua

aqua calida interdũ & marina, & muria fouere, ac cataplaſmati marinam aquam aut muriam aceto admiſcere. confert & braſſica priuatim uel cum polenta illita, aut mandragoræ radix cum pane & aceto, aut ſigulorũ terra cum coriandri ſucco, aut ceratum roſaceum paulo ſupra deſcriptum cum calce. quod ſi in membro liuor, aut duritics præuenerit, profundioribus punctionibus ſcarificari oportebit, marinaq; aqua, aut muria locum fouere, deinde illinere ut dictum eſt.

De herpete ex eodem. Cap. LXI

BIlioſus, acriſq; humor in quampiam corporis partem decumbens herpetem generat, ſi ergo defluentẽ bilem puram eſſe contigerit, herpetem erodentem ſtatuit. eſt enim hæc bilis omnium tenuiſſima, ut nõ tantum membra pererret intrinſeca, ſed & per cutim uſq; ad extimam membranulã emergat, quam ſolam erodit, cõtiguas partes paulatim depaſcendo. Vnde & herpetis nomen aſſumpſit. At ſi bilis pituitæ admiſcebit̃, alter herpes, quem miliarem appellant efficitur, quod in cuti eminentiæ quædam milio ſimiles erumpant. herpetem ergo congrue curabis, ſi uniuerſo corpore prius euacuato, locis deinceps medicamenta applicabis. Qui uero ſolidandæ cuticulæ ſtatim à principio intenderit, huic quidem medebitur, humorem uero defluentem non prohibebit, ſed ſemper prioribus ulceribus ſolidatis contigua cutis in ſuperficie rurſus ſicut prior erodetur. In herpetibus itaq; corrodentibus ſerum lactis cum ſcammonia propinantes totum corpus euacuabimus. In his autẽ qui miliares uocãtur medicamentũ exhibebimus, quod bilim ſimul ac pituitã educat, ſed membris affectis nõ eadem quæ eryſipelatis applicant̃: quamuis enim refrigeratione ſicut eryſipelata, humectatione tamen non indigent. His igitur medicamenta refrigerantia ſimul & exiccantia cum adſtrictione conueniunt, ita ut erodẽtibus quidem & ſuperficiarijs mitiſſima applicemus, miliaribus uero quæ magis diſcutiũt. ergo neq; lactucã, neq; ſedum, nec quidpiã aliud quod refrigeret & humectet, adhibebimus, ſed in principio peracta purgatione pampinos uitis, rubiq;, aut polygoni, aut plantaginis folia illinemus, poſtea & his elixam lenticulam, ſæpe & polentam ac mel admiſcebimus. Linimenta autẽ ad herpetas idonea ſunt acacia cum aceto, plantaginis ſuccus, glaucium paſſo dilutũ: peculiariterq; ad ampulloſum herpetem plumbi recrementũ è uino auſtero tritũ illinitur, ſupraq; folia betæ in uino elixa apponuntur. Aliud. Myrti unc. vi. recrementi plumbi unc. quatuor, ceræ tantũdem. recrementũ cum uino dilue, ac liquata cera omnia conficito, & cum oleo illinito. Aliud ad herpetas acriter depaſcẽtes: lanæ ſuccidæ mollis tædaceo ligno circũuolutæ, & crematæ drach. iij. corij mali punici dulcis, ſpumæ argenti ſing. drach. vi. ceræ, adipis capræ ſing. unc. i. s. myrtini olei unc. iiij. aut v. confice & utere. Ad herpetem uero ſub cuti exiſtentẽ plumbi recrementũ è ſucco polygoni tritum illinito. Aliud ad herpetas: lanæ mollis ſuccidæ tædaceo ligno circumplicatæ & uſtæ drach. xij. s. recrementi plumbi unc. i. s. ceræ drach. xxv. caprini adipis depurati & frigida loti tantundẽ, olei myrtini unc. v. confice & applica. Aliud ad herpetas, omneſq; ſuperficiarias puſtulas inſigne medicamentũ. Cornu caprinũ crematũ ex aceto tritum illinito. cornu uero cremandũ ſuper flamma detineto, exurgenteſq; bullas excutiens in mortario terito, quouſq; totum abſumptũ ſit. idem & ouinũ cornu, ſed præcipue arietinũ poteſt. Quin & eorũdem cinis in cerato aſſumptus efficaciſſimũ eſt. Paſtillus ad herpetas. Terræ cimoliæ, rubricæ ſinopicæ ſing. drach. iij. miſyos torrefacti, aluminis rotundi, corticis thuris ſing. drach. vi. terito ex aqua & paſtillum formato, utereq; cum aceto, aut myrtite uino. Alius paſtillus: miſyos drach. viij. ſalis foſſilis drach. iiij. gummi drach. ij. è uino terito, paſtillum conflato & cum uino utere. Alius. Aluminis ſciſſilis, atramẽti ſutorij, ſalis foſſilis ſing. drach. ij: excipe in aceto, & utere cum

paſſo. Alius ualde eximius: aluminis rotundi, chalcitidis melanteriæ aut ſoreos ſing. drach. ij. miſyos, malicorij, acaciæ ſing. drach. iiij. calcis uiuæ drach. xvi. aceti ſext. i. tere, & paſtillum confice & utere cum aqua. Ego uero ijs omnibus ualidioribus & eo qui ad Andronem, atq; alio qui ad Muſam refertur, & reliquis huiuſmodi ad morbos iam diuturnos utor: cum enim potentiſſimi ſint plus æquo deſiccant, propterea in principio leuiores applicare oportet. ſimili modo & ad diuturnos affectus hoc medicamentũ ſumme admirandũ eſt: nitri, chalcitidis, atramenti ſutorij, miſyos, calcis, acacię partes æquales in aceto aſſumito, & cum aqua utere. ceratũ ad excoriatos herpetas: ceruſſæ, ſpumæ argenti, radicis anchuſæ uſtæ, ſing. drachmas duas, pollinis thuris, aluminis ſciſſilis ſing. drachmã unam, ceræ drach. xvi. adipis uituli drach. centum, olei unc. vi. ouorum albumina duo arida è uino trita cum liquabilibus confice. Aliud ad excoriatos herpetas: ceruſſæ, ſpumæ argenti, radicis anchuſæ crematæ, ſing. drach. quatuor, aluminis ſciſſilis, miſyos torrefacti ſing. drach. unam, reſinæ piceæ drach. vi. ceræ uncias quatuor, myrtini olei unc. xvi. uini heminam unam. arida è uino terito, quouſq; abſumptũ fuerit, deinde cum liquabilibus conficito, confectumq; ſuper linteolo extende & applica. ſed & emplaſtrum ex hordeo dilutum ad eoſdem uſus cõuenient: aſſidue etiam locus ſpongia fouendus eſt & irrigandus, præcipue uino, uel ſi non liceat, aqua, humorq; ex tenui linteolo exprimendus, poſtea prędicta medicamenta illinenda, neque interim ſquammulæ ulceribus inſidentes abſcindendæ auferendæ ue ſunt, donec ſponte non excidant, aut abſiſtant, neque ſplenium durum apponendum. Denigratis autem ulceribus medicamenta cum melle illines: eadem ſi denudata puraq; fuerint, iamq; depaſtio quieuerit, ſpumam argenti, aut plumbaginem in mortario è uino tritam applicabis.

Ad epinyctidas. Cap. LXII

QVæ epinyctides appellantur ulcuſcula ſunt ſponte erumpentia, ſubrubra, quibus diſruptis ſanies cruenta defluit, interdiu quidem non multum infeſtantia, noctu uero longe magis dolorifica, quam præ ulceris magnitudine appareat. His medentur braſſicæ, uel ſolani, uel hyoſcyami, uel rhamni folia cum melle illita, uel plantago trita, uel centauriũ uiride. Item pinguium paſſularũ caro, cum ruta, cucumeris hortenſis folia cum aqua, ſeſamũ cum aceto tritum. ſumme etiam cõfert calx cum oleo ad mellis conſiſtentiã ſubacta & appoſita, & laſer cum aqua, abſq; enim mordicatione deſiccat: aut ſulphuris uiui & ſpumæ argenti portiones æquæ cum aceto & oleo myrtino ad glutinis formam tritæ. ego uero, inquit Oribaſius, oleum nõ admitto, & pro aceto potius è uino tero. præterea lenticula elixa aut emplaſtrum è polline tritici utiliter adhibetur. ubi autem epinyctis excoriata fuerit emplaſtris liquidis utere, obſeruabiſq; ne acria, acida, ſalſa, ullo pacto admoueas, nec minus à fomentis, à balneis, & à ſole cauebis.

De terminthо. Cap. LXIII

TErminthus pani ſpecies eſt, adiacetq; ſupremo ulceri bulla atra: qua diſrupta, quod ſubiacet hypoſyrmati ſimile apparet: hoc autẽ diſſecto pus inuenitur. curatio quam ad epinyctidas diximus, huic quoq; accõmodabitur.

De phlyctenis ſiue bullis. Cap. LXIIII

BVllæ in nonnullis maxime exoriuntur, ſimiles ijs, quæ in corpore à feruida aqua torrefacto contingunt, non tamen multo dolore affligentes, quibus diſruptis ſubflaui humoris copia paulatim emanat, ad duos nonnunquã, & tres dies non deſiſtens. hæ mulieribus quibus menſtrua defecerint, aut quibus ſecundum rationẽ non deferuntur, plerunq; in cruribus maxime eueniunt, infantibus etiam nõnunquam in toto corpore, ſed uiris rariſſime accidunt. Quemadmodum ergo infantium

infantiũ ulcera curari oporteat, iam in iiij. lib. docuimus. in mulieribus uero menſes opportune ciere ſtudebimus, ſicut uirorum corpus congruo medicamẽto purgabimus, & utriſq; aluum idoneis alimentis molliemus, urinaſq; prouocabimus, atq; acria & ſalſa prohibebimus. ipſas autem bullas acu perforabimus, ſinemuſq; humorem effluere, & emplaſtrum è tritici polline applicabimus, ſed euacuato humore neq; amplius defluente, quod ex hordeo conficitur apponemus.

De incenſionibus igniſq; aduſtionibus — Cap. LXV

COrpora quæ ab igne ſeu à feruida aqua exuruntur, medicamẽtis moderate abſtergentibus abſq; manifeſta calefactione refrigerationeue indigent. protinus ergo ad bullas inhibendas terra in teneris quidem carnibus cum aqua, in durioribus autem cum poſca madefacta illinenda eſt, accipieſq; terram dummodo leuis ſit, quæcunq; occurrerit. cimolia tamen, ſi haberi poterit, reliquis præfertur. Item ouum crudum molli lana excæptũ refrigerat, & ſine mordicatione deſiccat, & thus ex aqua tritũ, & betæ folia cruda contuſa, poſtea elixata & cũ uino illita, & alumẽ omne cũ aqua & oui albumine. nec minus hoc admiraberis, æruginis, & ſpumæ argẽti portiones æquas è uino & oleo tritas: cum penna illinito, à manuũ enim cõtactu prorſus abſtinere oportet, ſupraq; tenuẽ pannum madefactũ apponito. Quod ſi bullæ ſuperuenerint, in principio ne frangito: ſi uero perſiſtent, frangito, & ceratũ applicato, placetq; talem paſtillum præparatum ſeruari. aluminis drac. iiij. thuris drac. ij. ex aqua terito, & paſtillum formato, & cum poſca utere.

Alius. Cimoliæ unc. ij. corticis thuris, miſyos uſti ſing. drac. vi. rubricæ drac. iij. cum aqua paſtillum conflato, & cum poſca utitor. Cunctari autem nõ oportet, ſed confeſtim terra quæcunq; occurrerit, cum aqua loco illinenda eſt, quam deinceps poſca tepida ablues, & quæ prædiximus applicabis, ſed ad ea quæ iam bullas emiſerint rhu & polẽtam cum aceto, uel fel porcinum elixum, uel hyoſcyami uiridis ſuccum iugiter illinito, & bullæ tabeſcent. ex hyoſcyami quoq; folijs recentibus paſtillos conficito, in umbraq; exiccato, & in hyeme ſeruato, quos deinde uſus tempore cum aqua dilues, uel calcem liquidiori cerato aſſumens ſuper panno illitam, uel myrrham cum uino ſubactam applicabis. excoriatis uero & exulceratis betæ folia in uino decocta, trita q; illinito, aut cerato roſaceo liquefacto betæ ſuccum paulatim inſtillato, quantum imbibi poteſt: ſintq; olei partes tres, ceræ pars una, ſucci quod ſufficit. utere & admiraberis. Aliud Fimum columbinũ panno illigatum cremato, cineremq; è uino tritum aut in cerato aſſumptũ tanq; probatiſſimum applicato. Aliud Lupinorum madefactorum, & elixorum quales quotidie comeduntur cortices in mortario tritos unciæ pondere capito, quos duabus ceræ, & quinq; olei uncijs colliquatis admiſceto, & conficito. ſed & id quoq; aduſtiones ignis celerrime ad cicatricem ducit. ceruſſæ, ſpumæ argenti, hordei uſti contritiſſimi ſing. unc. i. ceræ unc. iij. roſacei aut myrtini unc. ix. hordeum cerato liquefacto admiſcebis, & ſimul conficies, deinde ſpumam argenti, & ceruſſam in mortario è uino tritas adijcies.

Ad eos qui in iudicio fuerint flagellati. — Cap. LXVI

PEllem ouis nuperrime detractã, & adhuc calentẽ flagellatos protinus indue, omninoq; intra unius diei noctiſq; ſpacium ſanabit. confert & braſſicæ ſuccus loco irrigatus. eſt quoq; alia irrigatio inflãmationi arcendę cõmodiſſima, quę habet olei partes iiij. aceti partem unam, ſurculorũ anethi faſciculum. acetum & oleum aſſiduo anethi agitatu uſq; ad aceti conſumptionem decoquuntur, deinde cera adijcitur, quanta ad glutinis cõſiſtentiam ſuffecerit, poteritq; peracta irrigatione hoc idem ceratum ſolidius confici. Sed & ſphærium irrigando efficaciſſimum eſt, ac reliqua quæ deinceps ſequenti libro deſcribentur, diluta, ſicut ibi docebitur

cebitur. Aurigæ uero ad percuſſiones calce trita, cum ouis crudis ſoluta, adiecto roſaceo cerato utuntur, ſumuntq́; calcis unc. iij. ceræ tantundem, roſacei unc. iij. oua cruda numero tria, quod medicamentum loco illitum iugiter reparant. Ad uibices autem flagellorum, ſumito ceræ, terebinthinæ, ſpumæ argenti, butyri, thuris, mellis, portiones æquas, & loco prius fomentato illinito, ſingulisq́; diebus immutato linimentũ. Ad flagellatos, Calcis uiuæ ablutę, ſucci ſolani, olei roſacei par pondus conficito, & inunctis percuſſionibus linteolum tenue apponito.

Ad apoſyrmata. Cap. LXVII

APoſyrmata appellantur, quando caſu aut quopiam uiolento offenſu cutis auellitur. hæc ſine inflammatione conſeruat, rhu rubrum cum melle illitũ ſideritidis folia trita, ſtratiota in aquis naſcens cum aceto. utere & ſubſcripto cerato ad intertrigines & cæteris eiuſmodi.

Ad intertrigines. Cap. LXVIII

INtertrigines, quæ calceorum attritu fiunt, cum doloriſicæ ſint, pulmo ſuillus aut agninus calens appoſitus mitigat, & ſine inflammatione conſeruat. Item calciamentum peruetus crematum, tritum, & inſperſum, aut ſuccida lana, aut cytini punicorum, ſingula uſta, trita & inſperſa, uel acacia cum aceto illita. His uero qui teneras carnes habent emplaſtrum ex hordeo ad uſtiones ignis ſupra deſcriptum, & reliqua huiuſmodi applicato. ſed id quoq; ad exanthemata, intertrigines & inuſtiones ignis efficaciſſimum eſt. Recrementi plumbi, unc. iij. ceræ unc. iiij. adipis ſuilli recentis unc. i. myrtini olei lib. i. ad cicatricem uero inducẽdam abſq; adipe conficito. utere & emplaſtro ẽ pſyllij ſucco, quod libro ſequenti deſcribemus, ex ſpuma argenti, amylo & ceruſſa confecto.

De contuſione ex Galeno. Cap. LXIX

CArne ab aliquo graui irruente contuſa puſilliſq́; in ea uenis diſruptis ſanguis uel erumpens, uel exudans, effunditur, qui deinceps ſub cuti collectus facit, quod enchymoma nuncupatur. Intendemus igitur ad grumos ſub cuti exiſtẽtes diſcutiendos, ad quod peragendum per compendia properabimus priuſq; loci nigredo ſuperueniat. In principio autem nonnihil adſtringentium cum diſcutiẽtibus admiſcebimus, ſicut recte alibi in octauo inquam libro ad faciei hypopia tradidimus. tunicæ enim uenarum contuſæ condenſari firmariq; poſtulant, ne noua materia ob dolorem attracta ad locum delabatur. At poſtea ubi dolor quieuerit ſola diſcutientia admouebimus, interdũ temporis progreſſu punctionibus enchymoma ſcarificãtes, atq; ita deinceps reliquam curationem aggredimur. Optime etiam ad contuſiones fracturasq; confert citri medulla cum oleo illita: uel panum ricinino oleo madefactum apponito, & admiraberis.

De fracturis & uulſionibus. Cap. LXX

FRactura non in fibroſis, ſed carnoſis muſculorum carnibus ſoluta continuitate decumbit, nunq; ſine enchymomate eueniens, quę quidem à ſinu differt, quod nullum effluendis humoribus orificium quemadmodum ſinus habeat. Ergo & in hac ad diſcutiendum uertemur, quicquid in fracto corpore continetur. Erunt autem medicamenta diſcutiendo idonea, quæcunq; acopa nuncupantur, quodq́; ex nigra populo & quod ex abiete conficitur, ac reliqua eiuſmodi: omninoq; cum fracturæ profundiores partes occupant, acriora tenuioraq; medicamenta eligi oportet, atque eadem cauſa cucurbitulæ quoque applicari debent. ſi ſtatim igitur totum enchymoma diſcuſſum fuerit, facile diducta caro coaleſcet. At ſi diutius perſeuerauerit, ſordéſque ſubter nutrita ſit, partes effractæ reliquis amplius rite uniri non poterunt, labia tantum fracturæ ſimul inuicem colligentur, ita ut quauis leui occaſione facile ſeparentur, mediáque rurſus regio-

humore aduentitio repleatur: fiatq́ assidue quodammodo enchymoma ei ſimile, quod initio ſanguinis grumi effecerant. Nec alio præſidio ad tractiones quoq; & fracturas muſculorum utemur: quas tilmata, id eſt, uulſiones appellant. oleum tamen unctionesq; iis admotæ perniciem afferunt. Erit ergo lauandus æger, & in balneo larido porcino cui quidpiam pinguedinis adhæreat, locus ſuauiter, non uiolenter fricandus, in anumq́ ſuillus adeps liquefactus imponendus, & os ſedis quod cocycha uocant, digito aſſidue percutiēdum. quòd ſi parum profeceris cauterium loco adhibebis, obſeruando ne cruſta multum profundetur.

De ſpaſmate ſeu tractione. Cap. LXXI

SPaſma attractus neruoſis fibris contingit, quæ in membranis & muſculis continētur, quod ſolam mitigationem uſq; ad indolentiam requirit: neq; enim huiuſmodi fibræ conglutinari queunt, cum è ſinuum genere, ſicut & fracturæ, ſint. omnino autem huius morbi curatio cum rupturis proxime memoratis, tum diſcutiendo, tum ſine moleſtia exiccando conuenit, ſed ad fracturas ſpaſmataq; in profundo euenientia, in pectore inquam aut inteſtinis, ariſtolochia rotunda utiliter bibitur. eſt enim ad huiuſmodi uſus reliquorum omnium medicamentorum efficaciſſima. ſimili modo & centaurij maioris radix, & rhapontici ſuccus. item coſtus, bdelium, ſingula cum oxymelite.

Ad torſiones articulorum. Cap. LXXII

TOrſiones præſertim quæ lubrico delapſu contingunt, lana ſuccida, ſeu ſpongia noua è uino & oleo madeſcens mitigat, admota quiete & ligamentis ad oſſium rupturas adhiberi ſolitis. Ad eaſdem facit bulbus elixus cum melle, uel cū liquido cerato tritus, ſi æger molles carnes habuerit, aut uiticis folia, ſalq́ & nitrū aſſum cum cerato, aut cum eodem cerato ſymphytum. item urticę folia cum ſale, heliotropium, quod ſcorpiurum uocant, ſarmentorum cinis cum ueteri axungia, ſed nihil præſtantius, ſi copia detur, quàm quodpiam emplaſtrum eorum quæ ad oſſium rupturas conficiuntur, apponere.

Ad relaxatos articulos. Cap. LXXIII

REIaxatos articulos cogit, firmatq́ acaciæ ſuccus in aqua dilutus & infuſus, & ſpinæ ægyptiæ ſemen, rubi, myrti, malicorij, quernorum foliorū, decocta, myrtinum, uel lentiſcinum oleum iugiter inunctum, malicorium elixum cum cerato myrtino ſubactum, aut priuatim in uino coctum tritum & illitum.

Præſeruantia à pernionibus. Cap. LXXIIII

APernionibus præſeruat ſal cum melle contritiſſimum, quo manus ac pedes iugiter perfricandi ſunt. Aliud non tantum præſeruans, ſed & genitos emendans. Citriorum magnorum acidum, quod interius eſt abiectis ſeminibus diligenter terito, & cum adipe ſuis uetuſto ad cerati conſiſtentiam aſſumito, & utere, incipiente hyeme ſingulis diebus digitos inungens. Aliud Oribaſij. Sulphur uiuum cum melle decoctum illinito. Aliud probum, quod & ad omnes feruores facit. Myrrhę unc. iiij. aluminis liquidi unc. ij. aceti quod ſufficit, confice, perniones q; minime ulceratos & feruores qui cum prurit u infeſtant, illinito. Aliud Aluminis liquidi unc. iij. mellis unc. i. aceti lib. i. ſimul decoque, quouſque probe coaleſcāt, & utere. Aliud Succi uuę acerbę lib. i. thuris drac. iij. ceræ drac. xvi. ſimul decoque donec totus ferè ſuccus abſumptus, deinde in mortario conficito, & utere. Aliud ualde inſigne ad reliquas quoq; inflammationes conueniens. Ceruſſæ, ſpumæ argenti, aluminis liquidi ſing. lib. i. myrrhæ, thuris, ſing. unc. iij. ouorum aſſatorum uitellos xvi. ſuilli adipis uetuſti lib. i. arida ex aceto terito, in quo malicorium decoctum ſit, quibus glutinis conſiſtentiam habentibus adipem præparatū adijcimus, ſimulq́ diligenter conficimus, & in plumbeo

uaſe ſeruamus, uſus uero tẽpore roſaceo aut myrtino oleo diluimus & illinimus.

Aliud Hyoſcyami ſuccus iugiter illitus eodem die inflammationem, doloremq; remouet. Aliud Allijs in oleo decoctis ceratum conficito, & utere. probe etiam facit amurca illita, & rhu coriarium. irrigationes autem, quæ in ambitu pernionum conueniunt, ſunt: Radicis cyclamini, rhu coriarij, betæ, lupinorum amarorum decocta, maris aqua priuatim calida, ſed rapę decoctum reliquis omnibus pręſtat. Aliud ad ulceratos perniones efficaciſſimum. Ceratum roſaceum in magna rapa ad ollæ figuram excauata ſuper feruido cinere liquefacito, & applica. idem poteſt roſaceum ceratum in radice rhaphani liquefactum, & cancri fluuiales exuſti cum melle uel cerato aſſumpti. Aliud Vmbilicus ueneris, & malicorium in uino elixata, & in ceratum roſaceum excæpta. Aliud Rutæ, medullæ taurinæ, roſacei portiones æquas cõficito: quod etiam ad ulcera antiqua mirifice confert, & ad oſſa articulorum denudata. Aliud quod imminentes quoq; perniones arcere poteſt. Atramenti ſutorij, cytinorum ſing. drac. iiij. aluminis ſciſſilis tantũdem, myrrhæ, thuris, ſing. drac. ij. ceræ drac. iiij. ſuilli adipis drac. viij. olei myrthini quod ſufficit. Aliud Aluminis ſciſſilis drac. x. ſpumę argenti drac. iiij. myrrhæ drac. i. ouorum albumina duo, uino & myrtino dilue, & utere. Aliud Aluminis rotundi drac. iiij. calcis uiuæ drac. ij. ceræ unc. i. roſacei aut myrtini olei unc. iiij. confice & utere. idem ad intertrigines facit. Aliud Spumæ argenti drac. x. ceruſſæ drac. iij. ceræ drach. xij. ſuilli adipis recentis drach. xx. ouorum aſſatorum uitellos duos, pollinis thuris drac. i. ſpumã argenti, ceruſſam, & oua ex aceto terito, deinde adiecto cerato cõficito, & uſus tempore cum roſaceo diluito. Aliud perniones ad cicatricem ducens, quod etiam confert ad exanthemata, excoriatas intertrigines, & apoſyrmata. Ceræ, adipis ſuilli, ſing. drac. viij. ſpumæ argenti, corticis piceæ ſing. drac. xvi. pollinis thuris drac. viij. roſacei quod ſufficit. quidã pro ſpuma argenti plumbaginẽ cõijciunt. Oribaſij Hexapharmacũ ad perniones ulceratos: Olei omphacini, taurini adipis, ſucci hyoſcyami, ſing. lib. i. ſpumæ argenti unc. vi. colophoniæ unc. iiij. mellis unc. vi.

Ad digitorum pterygia. Cap. LXXV

FErri æruginẽ cum aceto illine, uel aluminis, ſandarachæ, calcis uiuæ, diphrygis partes æquas apponito, ſupraq; linamentum è uino mollemq; ſpongiam alligato. Aliud Squammæ, malicorij, chalcitidis, caricarum ſuauiter aſſatarũ par pondus terito, & cum melle aſſumito, locoq; prius cum aliqua adſtringenti decoctione irrigato illine. Quódque paulatim aruerit in ambitu abſtergito.

Aliud breui pterygia arefaciens, & ſanans. Soreos uſti, thuris, ſing. drac. ij. æruginis drac. i. cum melle confice & utere, facit & ad reliqua eorundem locorum maleſica ulcera, nigredines, & putredines. Oribaſij ad pterygia (Zopyrius inquit) aluminis rotundi acetabulum in fictili cremato, cui deinde trito aceti cyathum, id eſt, unc. ij. & mellis unc. iij. admiſcebis, omniaq; ſimul confecta pterygijs applicabis. Aliud probum. Cimoliæ torrefactæ drach. viij. pumicis uſti drach. iiij. æris uſti, gallarum, ſing. drac. ij. confice & utere. Aliud ad pterygia & digitorum putredines, pudendorumq; ulcera. Thuris drac. iiij. ſquammæ drac. ij. æruginis drac. i. mellis unc. iij. terito ſub ſole quouſq; flaueſcat, locoq; uino mero calenti prius irrigato, illine, ſupraq; lintheolum ex aqua expreſſum, & ſpongiam alligato. Hoc ego uſus mirum in modum profeci. Aliud trium dierum ſpatio ſine mordicatione ſanans, Caricarum pinguium torrefactarum, ut optime teri poſſint, drac. i. cyperi tantundem, ſquammæ drac. ij. mellis quod ſufficit, confice & applica, & admiraberis. Ego uero ſquammam priuatim tritam adhibui, linamentum ſuperius è uino expreſſum apponens. Oribaſij ad pterygia, Gallarũ, auripigmenti, atramẽti

ſutorij

ſutorij par pondus conficito. Aliud Aeruginis drach. iiij. pollinis thuris, ſulphuris uiui, ſingu. drach. ij. Muſæ etiam paſtillo tanquam admirando utere. Linamentumq́ ſuperius è uino expreſſum apponito. Aliud ad pterygia experimento probatum. Gallã minime perforatam cũ carie ligni querni tritam inſpergito.

Ad reduuias. Cap. LXXVI

REduuijs inchoantibus priuſquam ſuppurentur, ſiue in manuum, ſiue in pedum digitis fuerint, lanam aqua madeſcentem apponito, aut fruſtulo linteoli ſimiliter ex aqua expreſſo frequenter refrigerato. Aliud Thus, uel gallam, ſingula è melle trita applicato. Aliud Folia myrti trita inſpergito, aut ceratum myrteum adhibeto, aut ſordem auris iugiter illinito, & ſanabis. Reduuijs uero inflammatis panem ex aqua madefactum cum roſaceo apponito. Aliud Tenera oliuæ folia illinito. Aliud Cadmia contritiſſima locum attingito, carnemq́ ab ungue linamentis è linteolo diuulſo confectis ſeparato, & congrua ligatione curato, aut ſpodio ſimili modo utere. Aliud ad reduuias ulceratas. Aeruginis, ſpumæ argẽti, ſing. drac. iiij. ſarcocollæ drac. i. terito & affatim inſpergito, aut eruinam farinam apponito, & in utroq; carnem eodem pacto ſeparato, ſupraq́ linamentum, deinde ſpongiam utraque è uino expreſſa alligato. hoc ego frequenter uti conſueui. Aliud ad reduuias quo utor. Nitri, ſquammę, pumicis uſti, ſing. unc. i. cimoliæ unc. iij. omnia cum aceto & modico melle terito, & paſtillos formato. Deinde uſus tẽpore aqua diluito, & in fruſtulo lintei applicato. utor etiam frequentiſſime inſigni paſtillo, quem Irium uocant, cum uino diluens, qui ita habet. Aluminis liquidi drach. c. croci, myrrhæ, ſing. drac. vij. quidam & aloes tantundem adijciunt. omnia conficito & paſtillum formato, ac cum uino applica, ſupraq́ linamẽtum è uino expreſſum alligato. Muſæ præterea paſtillus reliquiq́ eiuſmodi mirifice conferunt. Ad reduuias uero iam depaſcentes, auripigmentũ in fictili crematum & contritiſſimum affatim inſpergito, ſupraq́ linamentum è uino expreſſum alligato. Ego autem ſandaracham & auripigmentum æquis ponderibus ſimul trita adhibeo, & ſi cicatrix induci oporteat, eadem in liquidam terebinthinam excipio & applico. Ad ſuppuratas reduuias. Primo eas perforabis, totumq́ humorem exprimes, deinde lenticulam cum melle, uel roſas uirentes aridas, uel in aqua madefactas & tritas, illines.

Ad contuſos ungues. Cap. LXXVII

MYrti & malipunici tenera folia illinito. uel felle tauri euacuato in felleam ueſiculã digitum immittito, atq; ibidem uſq; ad exactã ſanitatem ſinito. Aliud Sal foſſile cum aqua & oleo tritum illinito, eſt enim efficaciſſimum.

Ad ſubcruentos ungues Cap. LXXVIII

PIcem aridam liquefacito, & cum farina mixtam apponito. præſtat tamen affectum unguem in medio perforare, cruoremq́ ſubter detentum exprimere: ſi enim perſtiterit, putreſcit, uixq́ ſanabilium ulcerum cauſa efficitur.

Ad commotos ungues. Cap. LXXIX

VNgues cuiuſpiam offenſu commotos, pungentiq́ dolore affligentes, cariCæ cum melle tritæ mitigant. quod ſi unguis dimidium exciderit, nitrum, aut ſal cum pari uitulini fellis pondere admixtum applica, & ſedabis.

Ad ſcabioſos & leproſos ungues. Cap. LXXX

OVinum adipem præmollitum ſuper linteolo extenſum applicato, ac perendie diſſoluito, & ubi mollem unguem perceperis, abradito, rurſusq́ idem apponito, totidemq́ diebus permittito, poſtea ſolutum ſimili modo abradito, idẽ iugiter repetendo donec ſanitas integra ſuperuenerit. Aliud Hordeaceam farinam cum pice ad emplaſtri formam decoquito, & applica, quemadmodum

dictum eſt. perſeuerante autem affectu, utere ijs, quæ ſuperius deſcripſimus.

Aliud Gummi, drac.vi. lachrymæ oleaſtri drac.iiij. atramẽti ſutorij, drach.ij. gummi & lachrymam prius aceto diluito, deinde adiecto atramento ſutorio in olla fictili ſuper ignitis carbonibus uſq; ad conſiſtentiam decoquito, & abraſis unguibus apponito, & alligato ac perendie diſſoluito, unguiq; rurſus abraſo medicamentum illinito, id tandiu repetendo quouſq; unguis deciderit. Aliud Auripigmentum colore aureum, ſandaracham æquali pondere exquiſitiſſime terito, & in terebinthinam ad emplaſtri formam excipito, & applicato, ubi prius ungui farinam hordeaceam cum aceto & agreſtis cucumeris radice ſubactam illeueris, ac ſimili modo perendie diſſoluito, idem eo uſq; iterando, quouſq; unguis deciderit. omnino autem cauendũ eſt, ne locus oleo attingatur. Aliud Sandarachę, auripigmenti, chalcitidis, myrrhæ, thuris, ſing. drac.ij. loliaceæ farinæ drach.vi. in terebinthinam excipito, & applica, ſextaq; die diſſoluito, abraſoq; ungui, nouum rurſus apponito, atq; ubi unguis deciderit, ceratum myrtinũ cui quidpiam eiuſdẽ medicamenti admixtum ſit, applicato. Aliud Calcem uiuam cum oleo, uel maſticham cum modico opobalſami illinito. ubi uero morbus obcalluerit, & præſcripta medicamẽta nihil profecerint, decorticatoria ſtatim dicẽda adhiberi oportet. Decorticatorium leproſi unguis, callos, uerrucas & clauos auferens. Cantharidas numero xv. ſulphuris uiui, chalcitidis, ſingu. drach.i. allij depurati, nucleos ix. omnia diligenter trita in terebinthinam ad emplaſtri formam excipito. uſus autẽ tempore partes ungui adiacentes mitiori quopiam medicamento tutatus, decorticatorium membranæ bubulę ueſicæ illitum applicabis, & poſtridie diſſolues, bullasq; intumeſcentes unguibus tuis infringito, & ſi ſubiacentibus locis ſordes inhęſerint, panem cum aqua mulſa, aut lẽtem cum melle illinito, deinde ulcera iam repurgata cerato ex anſerino adipe, thure, & cera confecto curabis. Aliud decorticatorium. Cardamomi, ſinapi, ſulphuris uiui, nigellæ, cantharidum, atramenti ſutorij portiones æquas diligenter ex aceto tritas in terebinthinam excipito, & utere ut prædocuimus. Aliud Oribaſij, unguium lepras exterens. Propoleos, cerę, bituminis, ſing. drac.ij. ſulphuris uiui drac.i. confice, & caue ne oleum admiſceas. uſus autem tempore æneo uaſi feruidam aquam continenti, exterius illinitur, donec concaleſcat, deinde ita calefactum ungui applicatur. Aliud eiuſdem. Atramentum ſutorium, ſulphurq; uiuum in congruam uiſci quantitatem aſſumito, corioq; illitum applica. Aliud Picem liquidam, cerã, colophoniam, ammoniacum thymiama commiſceto. Aliud Ceræ, colophoniæ, terebinthinæ, ſulphuris uiui, uuæ taminiæ, nitri, ſing. drac.ij. ſandarachæ, cantharidum ſing. drac.i. cedriæ quod ſufficit.

Ad reparandos ungues, qui deciderint Cap. LXXXI

MYrrhæ drac.viij. aluminis ſciſſilis drac.iiij. panis hordeacei aridi, drach.i. in mel excipito & applica. Aliud ad eos qui difficulter oriũtur. Betę agreſtis ſemen ex aceto tritum apponito.

De annulis in digito impactis Cap. LXXXII

ANnulus nonnunq; in digito impingitur, quando circulus eius anguſtior, uiolente in craſſiores digiti partes intruſus fuerit, tuncq; præcipue huiuſmodi impactio contingit, ubi homo potu ciboq; madens relaxata, & pendula manu ſopitus decubuerit, ita enim manuũ ſummitates longe magis intumeſcunt, q; ſi erigãtur. Aqua ergo & oleo ſeu maluæ decocto manus affatim perfundẽda eſt, parca enim infuſio tumorẽ potius augebit. Deinde annulus ſuaui uerſatu extrahendus. quod ſi nihil infuſiõe profeceris, filũ craſſiuſculũ cõtortum ſumito, cuius alterum caput ſub annulo impones, totũ uero fili reſiduũ digito laxe circũligabis,

deinde caput fili annulo ſuppoſitum ſurſum deuolues: filo enim attracto annulus extra progredietͬ. quod ſi ne id quidē ſucceſſerit, latiorē ſpecilli partē annulo ſubmittētes, circulū utrinq; prope ſigillū enſiformi limula incidimus, tū lineo funiculo utrinq; circunplicato circulum dilatando attrahimus, qua curatione peractā lanam uino & oleo madefactam mitigandi gratia applicamus.

Ad clauos plantarum. Cap. LXXXIII

CLauus rotundum tuberculum clauorum capiti ſimile plerunq; in calcaneis & pedum plantis enaſcitur, in gradiendo dolorem afferens, ubi plantæ durius quidpiam occurrerit, ſed & ſummis manuum digitis frequentiſſime contingit. Ad hunc igitur remouēdum ſectionem quidem & uſtionem euitamus, quoniam ea membra neruoſa & ſenſu uegetiſſima ſunt. cauſticis autem medicamentis huiuſmodi utimur. Cantharidum pectora xv. ſulphuris uiui, chalcitidis crudę, ammeos, ſing. triobolū, ſingula ſeorſum terito, deinde in picem liquidam ſeu terebinthinam ad emplaſtri formam excipito. Inter curandum uero claui caput adiacentesq; partes ſcarificamus, deinde ita emēdata craſſitudine ſplenium ex ijs quæ inflammationem ſedare poſſunt, glutinoſum in medio exciſum, quantum totius claui ambitus patet, loco applicatur: tum præfati medicamenti platyſma ſolo clauo in glutinoſi emplaſtri foramine imponitur, exteriusq; chartulam paruam adijcimus, extimumq; omnium aliud ſplenium, cuſtodiæ cauſa alligamus, atq; ita duobus, aut tribus diebus in quiete ægrum dimittimus, & donec clauus à ſubiacente carne prorſus abſceſſerit, idem ſemper repetemus. clauo autem ablato, ſcarificatur planta, rurſusq; emplaſtrum apponitur, quod tandiu fiet, quouſq; ulcus æquatum fuerit. Aliud ad clauos, Scarificato prius & repurgato loco ſicut prædiximus, ſuccum præcipue cyrenenſem, uel ſi defuerit laſerem cum nitro in pinguiſſimæ ficus carnem, uel in terebinthinam excæptum applicato. Aliud Lupinos crudos urito, cineremq; in mel aſſumito, locoq; prius ſcarificato, & purgato illine: uel gallinæ fimum uſtum cum melle ſubactum, uel nigellam cum uino tritam ſimili modo applica. Aliud Partes ambientes repurgato, deinde undecunq; in circuitu ſuccum cyrenenſem exquiſitiſſime tritum, uel laſerem affatim inſpergito, tum ſplenium è melle eodemq; ſucco confectum apponito, quod etiā ad ſtrumas confert. Aliud Repurgato loco eregmum ſeu cyminū aceto madefactum, quouſq; molleſcat apponito. idem ad cicatricem perducit. Aliud Clauo purgato, atramentum ſutorium tritiſſimum inſpergito, linamentumq; ſuper ligato. Aliud ad clauos è manibus, aut pedibus auferendos. Columbinū fimum in acerrimo aceto ad cerati conſiſtentiam decoquito, locóque repurgato medicamentum apponito, ac duorum triumue dierū ſpacio clauum radicitus auferet. Aliud Scarificatis repurgatisq; adiacentibus partibus quodpiā exputrefacientibus emplaſtris apponito, eorum quæ ſuperius recenſuimus. Aliud ad clauos digitorum manus ſine moleſtia auferendos. Maſticham nigram ægyptiam in aceto decoquito, & calidam illinito.

Ad plantarum rhagadas. Cap. LXXXIIII

IN plantis quoque rhagades oriuntur gradientibus magis infeſtæ, quæ ſcarificata iugiter planta medicamentis curantur, conuenitq; ijs pręcipue liquida pix ceræ admixta, ut ceræ quidē pars una ſit, liquidæ uero picis partes ij. Aliud Scyllæ interiora in oleo decoquito, cui oleo terebinthinam colliquatā admiſcebis, & illines. Aliud Cancrorum fluuialium uſtorum cinerē cum melle ſubactū applica, uel cum oleo ſolutū inſtilla loco prius ſcarificato. Aliud Malicoriū in aceto decoctū quinq; diebus illinito, quo ſublato calcem deinceps cū oleo imponito. Aliud Cornu caprini uſti cinerē in pice liquida, aut terebinthina aſſumito

& utere. Aliud Amurcæ in æneo uaſe ad mellis conſiſtentiam decoctæ heminam unam, aceti cyathum unum, ſquammæ, pollinis thuris, ſingu. drach. ij. ſuccidæ lanę mollis manipulū. lanam tædaceo ligno circumplicatam urito, reliquisq́ aridis admiſceto, poſtea amurcam cum aceto ad melleam conſiſtentiam diſſlatoq aceto decoctam adijcito. Vtere ad uulnera quidem cum uino diluens, ad plantarum uero pudendorumq́ uitia cum paſſo. Aliud ad pedum rhagadas. Porcinum adipem ſale maceratum calentem iugiter inſtillato. Aliud Spumam argenti, colophoniam, mel, oleum, æquali pondere colliquato, quod etiam ad cætera caua ulcera conuenit. Aliud ad pedum rhagadas, labiorum quoq́ duritiem emolliens. Ceruſſæ drach. ij. ſpumæ argenti, drach. x. myrrhę drach. i. ouorum albumina duo, è uino odorato paulatim infuſo terito, & utere. mihi uero oleum quoque adijciendum uidetur, ut pinguis conſiſtentia reddatur, placetq́ præcipue commune illud, quod è melle conficitur, mellis inquam, ceræ, olei, & ſpumæ argenti, æquas portiones ſuſcipiens, quod ad omnes pedum manuumq́ exulcerationes cōgruit, ſiue in pectine, ſiue in digitis, ſed maxime ſi prope ungues fuerint. ad calcaneorum præterea intertrigines, quæ calceorum attritu euenerint, & ad eas, quæ ob morbi prolixitatem contingunt, quales ſæpe in cubitis, & coxarum uertebris eorum uiſuntur, qui diuturno quopiam morbo laborauerint. hoc ego medicamento feliciter uti conſueui, neq́ enim par facile inuenies, pręſertim ad os ſacrum, & ad femorum uertebras diuturno lectuli attactu ulceratas. Aliud, Antherum appellatum ad rhagadas. Calcis uiuæ drac. iiij. ceruſſæ drac. ij. ceræ drac. iij. adipis ſuilli recentis drach. vij. colophoniæ drac. ix. ſucci ſeminis lini drach. xij. olei dulcis drach. viij. ceruſſam & calcem ſimul cum ſucco ſeminū terito, ceratoq́ refrigerato admiſceto, ac loco prius purgato applica. id præ cęteris omnibus teneram plantam efficit, ad reliqua uero ulcera nimio fœtore aſpernandum eſt.

Aliud Amurcæ, mellis diſpumati, ſing. drac. ij. aluminis phorini drac. i. id eadem inquit cum prædicto, ſed efficacius poteſt. dentium præterea gingiuas exterit, & confirmat, rhagadibusq́ medetur.

De crurum reliquorumq́ membrorum uaricibus. Cap. LXXXV

VAríces appellantur uenæ ampliores redditæ, quæ plerunque in cruribus, nonnunquam & in teſtibus ampliari ſolent, ſed quæ in teſtibus eueniunt, ſe manuum operæ difficiles exhibent. quæ uero alibi emergunt, hoc modo curari ſolent. primo ſimplex ſectio in cuti uaſi adiacente ducitur, deinde uas à corporibus ambientibus ſeparatum cæca uolſella attrahitur, ac lineo funiculo ſuperius deligatur, neq́ aliter quàm in phlebotomia fieri ſolet inciditur: euacuato ſanguine, qui ſufficere uidebitur, ſuperior pars conſtringitur: deinceps totum, quod ampliatum fuerat, amputatur. peracto opere ſectio polline thuris repletur, alligatisq́ linamentis quies ægro imperatur, ſeruato accliui membri decubitu, ne ſi decliue iaceat, humores ad ipſum confluant: poſtea totum ſtudium puri generando impendemus, cæteraq́ reliquis ulceribus communia peragemus. Atq́ hæc breuis tutaq́ medicatio eſt. quidam uero uſtionem eligentes, digitalibus interuallis innixa cauteria uaſibus admouent. at ubi cruſta exciderit, ulcusq́ incarnatum & cicatrix inducta fuerit, locum roborant. alij inchoantes uarices huiuſmodi medicamentis prohibere conantur. Emplaſtrum ſine moleſtia deſiccās, etiam ſi ulcera emanantia in ipſa uarice fuerint: bituminis iudaici unc. xviij. olei antiquiſſimi unc. viij. terebinthinæ liquidę unc. vij. ſulphuris uiui unc. iiij. bitumē ad cicerū magnitudinē tuſum in oleo quouſq́ liqueſcat bullire ſinito: deinde adiecta terebinthina decoquito donec inquinādi finē fecerit, tum ſublato ab igne medicamento, ſulphur cōtritiſſimum

inſpergito

inſpergito,ac ſimul omnia in mortarium frigida aqua repletum conſicito,& diligenter confecta aſſumito,& utere.

De brachiorum ac crurum dracunculis ex Leonida. Cap. LXXXVI

QVi dracunculi uocantur,terræ lumbricis ſimiles ſunt, interdum magni, interdum minores, inuenti frequentius quidem in cruribus, nonnunquam tamen & in muſculoſis brachiorum partibus orientes: quod uitiũ magis in æthiopia indorumq́ regionibus in puerili ætate contingit, eſtq́ eorum generatio lumbricis uentris,quos latos appellant, non diſſimilis: ſub cuti enim mouentur nihil moleſtum inferentes,ſed temporis progreſſu circa dracunculi finem, locus ſuppuratur,cutisq́ aperitur,& dracunculi caput exeritur: quem ſi curaturus attraxeris, uehemens dolor concitatur,præcipue ſi nimia attrahentis uiolentia incidatur,reſiduum enim quod derelinquitur moleſtiſſimos dolores affert. Ergo ne recurrat animal, ualido filo brachium conſtringere oportet, idq́ ſingulis diebus repetere, dracunculum paulatim progredientem conſtrictione quidem intercludendo, ſed nequaquam abſcindendo, Locus etiam mulſa calida, & oleo in quo abſinthiũ abrotanumue decoxeris,aut quopiam alio eorum,quæ ad lumbricos uentris deſcripſimus,irrigandus eſt.acria tamen omnia ob inflammationis periculum recuſanda,& cataplaſmata relaxandi ſuppurandiq́ uim habentia è farinis cum mulſa & oleo confecta applicanda ſunt.Quod ſi dracunculus ſponte progrediens facile extrahi poterit,nihil ulterius machinaberis:ſin ad ſuppurationem uertatur,à cataplaſmatibus mulſæq́ & olei irrigatione non recedes. Nos uero emplaſtrum è baccis lauri poſt cataplaſmatis ablationem apponere cõſueuimus. facta ſuppuratione ſpecillum in cutis longitudinẽ ſubmittatur,& dracunculus denudetur, ſectionisq́ linamenta applicentur, cæteraque generando puri communia ſuggerantur. Atque ubi animal putrefactum ſuppuratumq́ exciderit,ulcus incarnetur, & ad cicatricem ducatur.

Ad morum. Cap. LXXXVII

ACaciæ drac.xij.calcis tantundem,auri pigmenti,ſandarachæ, ſing,drac.iiij. uini quod ſufficit, omnia ſimul quadraginta diebus inſolentur, & conterantur.

AETII AMIDENI LIB XIIII. FINIS.

QVAE IN LIBRO XV. AETII AMIDENI CONTINENTVR

DE œdematibus Cap. i
De inflationibus Cap. ij
De membris induratis ex Galeno Cap. iij
Chordarum copularumq́ induratarũ curatio ubi & de Gagate & molaris lapidis fomento Cap. iiij
De ſtrumis ex Leonida Cap. v
De bronchocela,id eſt gutturis ramice Cap. vi
De atheromatibus, & meliceride ex Leonida Cap. vij
De ſteatomatibus Cap. viij
De ganglio ex Philagrio Cap. ix
De aneuriſmate Cap. x
De fauis Cap. xi
Emplaſtra ad cruenta ulcera glutinanda & quæ polychreſta,id eſt,ad plurimos uſus uocantur Cap. xij
Emplaſtra cephalica & ad fracturas & plurimi uſus, & quomodo ad uſum ducenda ſint Cap. xiij
Emplaſtra mollitoria, & diſcuſſoria ad plurimos uſus Cap. xiiij

De emplaſtro

De emplaſtro malicorij Cap. xv
De aniceto Critonis emplaſtro Cap. xvi
Emplaſtra frangendo idonea Cap. xvij
Emplaſtra euocando & diſcutiendo idonea Cap. xviij
Emplaſtrum Nechepſonis è cupreſſo ad ſtrumas, ramicē gutturis, parotidas omnemq; duriciem, & oedematum genus Cap. xix
Apochymatis præparatio Cap. xx
Cerata utiliſſima & de tetrapharmaco & baſilico Cap. xxi
Heptapharmacum relaxando ſuppurando & incarnando idoneum diuerſimode illitum Cap. xxij
Hori mendeſij enneapharmacum Cap. xxiij
Emplaſtrum Philoſophi ad calcitrationes & uulnera tumeſcentia Cap. xxiiij
Oeſypi confectio Cap. xxv
Emplaſtrum quod quia quinq; rerum genera continet manus uocatur Cap. xxvi
Bromium Cap. xxvij
Emplaſtrum ex ouis Cap. xxviij
Parhygrum Galeni Cap. xxix
Aliud emplaſtrum ex ouis Cap. xxx
Parhygrum Oribaſij ad ſpontanea delicatorum corporum ulcera Cap. xxxi
Aliud optimum Aſclepiadæ, quod roſaceum inſcribitur Cap. xxxij
Emplaſtrum phycotyche ad omnia ulcera, ſed præcipue ſedis conueniens Cap. xxxiij
Penthatetum Cap. xxxiiij
Telamonium Cap. xxxv
Pilarium ex argenti ſcoria ad cutis excoriationes & reliqua huiuſmodi Cap. xxxvi
Medicamentum è pompholyge longo uſu probatum Cap. xxxvij
Ceratum è perdicio ad ſinus Cap. xxxviij
Ceratum ad inflammationes & ſinus Cap. xxxix
Ceratum è ſandyce, quod homo appellatur Cap. xl
Emplaſtrum Aſclepiadę è ſcilla uirenti Cap. xli
Emplaſtrum è Pompholyge Heræ cappadocis Cap. xlij
Emplaſtrum nigrum quod ſubſtantia appellatur Cap. xliij

INDICIS FINIS.

AETII AMIDENI MEDICI CLARISSIMI LIBER QVARTVS IOANNE Baptiſta Montano medico Veronenſe interprete

De Oedematibus. Cap. I

QVEMADMODVM à bilioſo defluxu eryſipelas, ita à pituitoſo œdema generatur. Eſt autem indolens laxusꝗ quidam tumor flatuoſum ſpiritū continēs, tanꝗ quod à uaporoſo humore originem ducat, in hydrope præcipue & tabe maxime in pedibus aggregari ſolitum, colore inter album & pallidū, quod ſi ſummis digitis prematur foſſulam reddit, in nonnullis etiam faciem occupās. id curaturi tumentem locum interdum oxymelite, interdum ſale & oleo & omnino his quæ diſcutiunt, & ſine moleſtia deſiccant perfricabimus. œdemati uero ob plurimum pituitæ defluxum genito ſpongiam diluta poſca madentem alligamus, uinculaꝗ ab inferioribus partibus ad ſuperiores ducentes leniter conſtringimus. ſpongiam ſi haberi poterit nouam eſſe oportebit. ſi non habebitur, quamcunꝗ habueris, ex purgabis, aphronitroꝗ uel potius lixiuio ablues. quòd ſi ab his œdema non reprimatur, poſcæ aluminis non nihil adijcies. Tarſicum etiam ellychnium aut aliud quidpiam molliſſimum eodem humore madefactum, & ſpongiæ uice applicatū efficax eſt. confert & glaucium paſtillusꝗ ex eodem confectus. ſordes præterea, quam in lucernis funiculi ardētes fecerint, melicrato diluta utiliter adhibetur. Ad diuturna autem œdemata membro oleo prius inuncto ſpongiam nouam lixiuio madentem alligato, ac uincula ab inferioribus partibus ad ſuperiores ducendo, uiolenter conſtringito, & ſanabis. ſed & iſatis domeſtica œdematicos pedum tumores mirum in modum contrahit, ac per halitum digerit, & terra quæcunꝗ pinguis, præſertim nigra, quæ in lentibus reperitur ſub ſole illita egregie diſcutit, de qua lib. ij. exquiſitiſſime pertractauimus.

De inflationibus. Cap. II

FLatuoſus ſpiritus in aliquo mēbro collectus inflationē producit, qui interdū ſub cuti, interdū ſub mēbranis, uel oſſa, uel muſculos ambientibus, ſæpe in uiſceribus aut inteſtinis colligitur. Qui igitͤ uiſcera inuaſerit, hunc ſatis cōſtat à deprauato uictu generari. muſculis uero præcedente plerūꝗ contuſione contingit, funtꝗ huiuſmodi muſculorū affectus curatu difficiles, quoniā in omnes ferè muſculi partes ſpiritus flatuoſus diſſeminatͬ, cōſtrictus undiꝗ, & impeditus ab operientibus membranis, exteriusꝗ à plurimis indumentis uſꝗ ad cutim protenſis. Ad uentris ergo inteſtinorumꝗ flatus quæ attenuant & calefaciunt cum oleo decocta fomentis adhibentur, & per clyſterem inijciuntur, ut incluſus ſpiritus rarefiat, atꝗ diffletur. Maxima etiam cucurbitula medio uentri abſꝗ ſcarificatione applicata, ut totum umbilici ambitum complectatur, hominem tam cito à moleſtia liberat, ut celeritatem admirari oporteat, uideaturꝗ opus ſpectantibus magico ſimile. ad muſculos aūt ob contuſionē flatu repletos, diſcutiendum quidē eſſe ſpiritum patet, ſed cum id ab acribus calidisꝗ medicamentis fieri debeat, exauctis inde inflāmationibus muſculos magis lædi, doloresꝗ intendi neceſſe eſt. mi

xtarum

xtarum igitur facultatum eſſe oportebit, quę inflatis muſculis ſint profutura, præſertim ſi cõtuſio non nihil inflãmationis habuerit. In principio igitur mitigatorium medicinarum genus reliquis præferemus, ſicut in fine, quod diſcutiendi ui polleat, neq; tamen repente ab altero ad alterum tranſilire oportet. ſed paulatim quidpiam à mitigatorijs auferendo, & diſcuſſorijs addendo progredimur. Mitigatoria uero ad huiuſmodi affectus ſunt, ſapa & œſypus adiecta olei portiuncula, ſicut diſcuſſoria, acetum, nitrum, præcipue eius ſpuma, & lixiuiũ. ideo in principio quidem ſolam ſapam cum modico oleo, interdum & uino adhibebimus, ut non omnino repellendi ui careat. Suntq; hæc omnia in ſuccidam lanam excipienda: quæ ſi defuerit, œſypum in lana quãcunq; habueris cum reliquis admiſceto. Præ omnibus autem obſeruare debemus, ne frigida fomenta applicentur, & ne diutius permittantur, donec frigeſcant. Exterius ergo calida lana apponenda eſt, & ubi æger eius calorem non amplius percæperit, nouam ſtatim applicabimus: deinde mitigato membro, iamq; ægro mitius ſe habente, non nihil aceti & nitri fomentis admiſcebimus, copiam eorum paulatim augẽtes. Inflationes uero quæ ob negligentiam antiquatæ fuerint, primo quidem lixiuio fouebimus, deinde emplaſtrum quodpiam ex his quæ molliunt, & diſcutiunt illinemus, quale hoc eſt. Balnei fecem elixatam excolato ut pura reddatur, cui deinde in lebetem coniectæ calcem uiuam farinæ modo contritam, ad luti conſiſtentiam inſperges, & uteris. Ad eoſdem etiam uſus efficax eſt medicamentum, quod ex ſycomoro conficitur, & reliqua huiuſmodi.

De membris induratis ex Galeno. Cap. III

INduratorum corporum diſpoſitio œdematibus opponitur: è notis enim œdematum eſt, ut innixu digitorum cutis recedat, foſſulaq; imprimatur: in duricie uero durus ꝑtinaxq; tumor tactui reſiſtit, magisq; ad ſenſus difficultatẽ inclinat, ut deniq; ea loca ſine ſenſu reddant & ad uerã oſſis duriciẽ perueniant, nullamq; omnino curationẽ recipiãt: ſed & pili in ipſis oriri ſoliti minime nutriunt, ꝓpterea exacte glabreſcũt. Interdũ autẽ inflãmationibus nimiũ refrigeratis, interdũ eryſipelatis ſuccedere ſolent, ꝗbus medici frigidiſſima prolixiori tẽpore applicauerint, cũ tamẽ trãſacto principio diſcuſſoria applicari debeãt. ſed ꝗ ab eryſipelatis fiũt, cutis tantũ duriciẽ præferunt: quæ uero ab inflãmationibus, etiã ſubiectas carnes tãto ꝓfundius occupãt, quanto inflãmationes eryſipelatis profundiores noſcunt. Inchoantibus ergo duriciebus & quempiã adhuc imbecillũ ſenſum ſeruantibus, medicamẽta induratis corporibus molliendis idonea applicare ſtudebimus, quæ ſimul etiã moderate diſcutiãt, qualia ſunt, quę materiã molliendi & diffundendi uim habẽt. Nã quæ uehementer diſcutiũt, & ſine mollitione cõfeſtim euacuant, primis quidẽ diebus tumoris molẽ diminuunt, reſiduũ uero morbi inſanabile efficiunt. difflatis enim tenuioribus partibus, quod exacte terreũ ſolidiſſimumq; eſt, pertinaciter remanet. propterea ad hos uſus efficaciſſima medicamẽta ſunt, quæ molliendi ſimul diſcutiẽdiq; uires habẽt. Primo igit mollientibus utemur, deinde ad diſcutientia ꝓgrediemur, ea mollitorijs paulatim cõmiſcendo. ſpectãdus tamẽ & curãdi corporis habitus, & morbi ſtatus quantũ excreuerit. Hæc ſi recte perſpexeris, cõiecturalẽ ꝗdem, nõ tamẽ penitus carentẽ arte, peritiã habebis. Nã prima ſtatim die mollientia applicabis, altera uero, aut tertia tranſacta, facile intelliges, nunquid medicamenti uim intendi, an remitti oporteat. Debẽt aũt ad huiuſmodi uſus ſicut ad reliquos quoq;, ſi exquiſitã curandi rationem inuenturi ſimus, oppoſita medicamenta, ualidiſſima inq; & mitiſſima, apud nos præparata ſeruari, ut deinde diuerſæ mixtiones, pro rei diuerſitate confici poſſint. Ad dura igitur corpora mollienda caprinus bubulúsue adeps accommodatur, ſed ſicut taurinus

hircinusq;

hircinusq́ ualidiores ſunt,ita hedinus,uitulinusq́ imbecilliores , ac porcinus im/becilliſſimus.Quibus omnibus diſcutiendo quidē , ſed non molliendo præſtant leoninus,pardinus,hyæninus,& anſerinus.Gallinaceus uero inter porcinū anſe/rinumq́ ambigit.ſed inter medullas ceruina principatū obtinet , deinde uitulina. reſinæ quæcunq; odoris acrimonia carent , prædictis & dicendis medicamentis admixtę lentorem præſtant,neq; propterea molliēdi uim auferunt. utiliſſima om nium terebinthina eſt,quæ chia nuncupatur, & laricina nihil ab hac liquoris ſub/ſtantia differens.has pinea primo,deinde abietina ſequitur. Aridiores autē,quale eſt quod proprie piceum phyſema appellatur,pinguedine carentes nimium deſic cant.Ideo ad mollitoria componenda inutiles ſunt, ſed terebinthina & laricina eli gendæ. brutia quoq; pix cum eiuſdem facultatis ſit , ad eoſdem uſus admitti po/teſt,ſed quæ aridior eſt,mollitorijs non admiſcebimus,quemadmodum nec bitu/men.ineſt & maſtichæ chiæ,non nihil mollitorij. Aegyptia uero maſticha nigre/ſcens molliendi quidem particeps eſt , in ea tamen maturandi diſcutiendiq; uires exuberant . Thus præterea non omnino mollitione caret , ſicut & fœnogræci ſe/men.Nam & hoc elixatum mollire poteſt,quamuis thus quoq; in mollitorijs me/dicamentis paululum decoqui oporteat.Eiuſdem ordinis ſunt balneorum ſordes, butyrum,& althæę decoctum.media autem inter hæc mitia & ualidiſſima propo lis eſt. ualidiſſima appello ammoniacū thymiama , bdellium , præcipue ſcythicū, quod reſinoſum eſt,& colore nigricans.ſtyrax maxime pallidus , qui calamita uo catur , deinde flauus ac pinguis . Nam chalbana & opopanax præter diſcutiendi uires,non nihil quoq; mollire poſſunt : ſicut uero opopanax diſcutiendo,ita chal/bana molliendo præſtat . Talis ergo mollientium medicamentorum uis eſt . Tu uero libris occurrens,in quibus medicamenta deſcribuntur, ex his, quæ illis admi ſcentur ſingulorum uires perpendes , & iudicabis , ſi modo uarias pro maioris & minoris ratione medicinarum differentias , nuper à nobis explicatas recte perce/peris,ſimulq́ corporum & morborum diuerſitates intellexeris , ut ualida ualidis, & mitiora debilibus applices.inter curādum uero , affectum membrū calido oleo præpingui fouere oportet,& glutinoſa medicamenta poſtquam appoſita fuerint, nunq́ remouere,priuſq́ ſponte abſiſtant.immo ſi & lauandus ſit æger , omnino permittenda ſunt.A balneis tamen medicamentoſis prorſus abſtinendum conſu/ſimus,præſertim quibus atramentum ſutorium,alumen , uel ſulphur cōmiſcetur. Hæc enim huiuſmodi morbis præ cęteris aduerſantur.Atq; iſta quidem ingenio/ſis uiris,& in artis operibus aliquo tempore exercitatis ſufficere poterūt, ſed quo/niam non omnes huiuſmodi ſunt , medicamēta quoq; frequēti uſu & experimen tis probata explicare oportet,ab ijs auſpicando quæ ſummam molliendi uim obti neant,paruis etiam inflammationibus curandis idonea,quę alicuius duriciei par/ticipes ſunt.horum ſimpliciſſimū eſt, quod Parhygrum quaſi liquidum appellat̄, & quod ex cerę , butyri,& colophonię æquis portionibus cōficitur:deinde quod ad Mnaſeam refertur,& reliqua huiuſmodi . itē helladicū mollitorium, & quod diapternes uocatur,& quod Lucio adſcribitur ad anchilopas ac cætera,quę ſimul cum ijs in hoc ipſo libro paulo inferius deſcribentur.

Chordarum copularumq́ induratarum curatio ubi & de gagate ac molaris lapidis fomento. Cap. IIII

PArtium quidem induratarum mollitio ac diſcuſſio prædictis medicamentis perficitur,quæ mollitoria appellari conſueuerunt. cum uero partes quædam natura rariores, quædam denſiores ſint,neceſſe erit ſingula proprijs medicamen/tis priuatim indigere,propterea ad chordas & copulas ſatius iudicaui,ſi molliēti/bus medicinis aliquid adderetur,quod incidendi uires haberet.in quo ordine prę/

 cipuum

cipuum acetum comperio. Affecto igitur membro prius relaxato, & cōgruis medicamentis præmollito, huiuſmodi fomētum ſæpe laudem promeruit. Acerrimo aceto lapidē ignitum reſtinguo, pyritin ſi haberi poteſt, ſi non habetur, molarem, ex quo molas conficiunt: deinde ad excipiendū iniecti lapidis calidum uaporem ab aceto eleuatum copulā, chordamue induratam apte applicari iubeo, ac ſupra ſuſpenſam huc illuc detorqueri. inde enim mirifice iuuatur. tū denuo medicamentum mollitorium appono, paucisq; diebus interiectis rurſus eodem fomēto utor, nā ſæpe in ipſamet ſuſpenſione & motu induratæ copulæ, aut chordę ab eleuato uapore duricies diſſoluta eſt, ut opus ſpectātibus magico ſimile uideretur. In principio tamen affectum membrum, non aqua, ſed oleo plurimo ſingulis diebus affatim perfundo, eligoq; dulciſſimum oleum adſtrictione penitus carens, in quo interdum fœnograecum, althææq;, & cucumeris agreſtis uel cuiuſpiā talis radices decoquo. Vtor etiam nonnunq; aceto ad reliquas induratas partes quæ pridem medicationem expertæ ſint. noui enim quædam medicamenta ex aceto cōfecta, quæ poſt mollitoria per integrū diem apponere ſoleo, deinde rurſus mollitiā admouere, paucisq; diebus interiectis, quæ ex aceto cōficiuntur per totum diem applicare: nā uis aceti per interualla quædam locis iam præmollitis admota, craſſos uiſcidosq; humores incidens ac ſoluens, huiuſcemodi affectus non leuiter iuuat. At ſi quis ijs tā ualde diſcutientibus plus ęquo uſus fuerit, precipue in ipſo ſtatim morborum principio tenuiores quidē partes diſcutiet, reſiduū uero ad lapideam naturā conuerſum loco inpactū perſiſtet, prætereq; quòd nimius eorum medicamentorum uſus etiam neruorum ſubſtantiā lædit. ideo neq; frequenter, neq; ab initio, neq; duobus ſeriatim diebus ad copularum chordarumq; duricies medicamentis ex aceto cōfectis uti debemus. carnoſis tamē lienis partibus induratis tuta utilisq; eorū applicatio eſt, ut plures alij quoq; tumori lienis ad luteā conſiſtentiā redacti, ammoniacū thymama cum aceto confectum adhibeant, ſæpeq; id tantū ad integram indurati lienis curationem ſufficiat. Ego aūt & carnoſarum partium muſculis induratis poſt mollitoria medicamenta ammoniacum illinere cōſueui, ſummamq; inde utilitatem ſubſequutam deprehendi. atq; id ibi quoq; una tantū aut altera die illinendum eſt, deinde ad mollitoria reuertendum, pluribuſq; diebus interiectis denuo ad medicamentum ex aceto pergendum, ſiue ammoniacum ſit, ſiue quodpiam aliud mollitorium cum aceto confectum, (eſſe enim oportet mollitorium, quod cum aceto conficitur) nam deſiccantia primo quidem prodeſſe uidentur, ſed reſiduum poſtea inſanabile efficiunt. Propterea ergo inter mollitoria frequēter hoc cataplaſmate uti ſoleo. Althææ radicem tritā, & ſubtiliſſimo cribro excuſſam, atq; in adipe aſſumptam appono. Eſt enim ad eiuſmodi affectus medicamentum efficax. ſitq; adeps ſi haberi poteſt anſerinus, ſin minus gallinaceus, & ſi hic quoq; defuerit, ſuillo utemur. ſed & maluæ agreſtis ubiq; naſcentis, folia cū aliquo ex prædictis adipibus ſubacta utiliter adhibentur, quæ ſi moderate decoquantur crudis erunt præſtantiora. talia enim medicamenta locis iam præmollitis admota immordaciter, & tuto diſcutiunt.

De ſtrumis Leonida. Cap. V

CHœrades, id eſt, ſtrumæ nomine à ſuibus mutuato appellantur: circa ſuum enim mādibulas adenoſi quidam globuli inueniuntur, quibus ſtrumæ aſſimilantur. ſunt qui à copioſo animalis partu nomen ſumpſiſſe putent, quoniam & copioſa earum propago eſt. Sunt autem ſtrumæ carnes ſubcādidæ auctu faciles, intra membranā contentæ, utq; ſummatim dicam glandulæ induratæ, unde & in collo, axillis, inguinibus ferè generantur, ubi glandulæ uaſis ſubſtratæ collocanī: nonnunq; tamē, quāuis raro, ex carne eorundē locorū fiunt, quæ affinitate quadam ad

dam ad ſtrumarũ naturã uertitur,& materiæ adiectione exaugetur. differunt ſtrumæ inter ſe, magnitudine, natura, loco, ortu, multitudine, & uaſorũ cõplicatione. Magnitudine, quoniã quædam paruæ, quædã mediæ, quædam magnę, quædam immenſæ ſunt. Natura, quod aliæ mites, aliæ maleficæ inueniant̃. mites ſtrumæ ſine inflãmatione, ſine dolore, cũ mediocri duricie apparẽt: neq; enim molles ſunt ſicut ſteatoma, neq; duræ, ſicut fauus, ſed mediã quandam inter hæc tactus proprietatẽ habent, tumoremq; omnino circunſcriptũ rotũdum æqualemq; efficiũt. maleficæ uero ſtrumę inflãmationes doloresq; pulſantes inuehũt, tumoremq; inæqualẽ præſe ferunt, in quo uaſa prominent, attrectatuq; manuũ & medicamentis efferantur. Loco pręterea differunt, quoniã quędam in poſterioribus colli partibus, quædã in obliquis, quædam circa guttur oriuntur. itẽ quædam ſuperficiem ſtatim ſub cuti, quædã prope magna nobilioraq; uaſa penitiores partes occupãt. Ortu, quòd quædam quaſi ſuſpẽſa, quædam inſerta oriatur. ac ſuſpenſa quidem huc illuc facile mouetur. inſerta uero ſubnititur ualidiorũ corporum impetũ tolerans. Multitudine, quòd modo una, modo plures generentur. Vaſorũ cõplicatione, nam quædã uenas, arteriasq; implicatas habent, quædam prorſus nõ habent. Paruæ igitur ſtrumæ maioribus facilius curant̃, ſicut mites inflãmatis. At maleficæ ſanari nõ poſſunt. cũ enim omnes huiuſmodi ſtrumæ cãceroſæ ac uaſis refertę ſint, dũ curantur erumpendi ſanguinis periculũ afferunt, pręterq; quòd cum plerumq; penitiores inueniantur, minime abſcindi poſſunt. uaſa enim nobilia uenas inquam iugulares, & arterias quæ carotides appellantur, malefica ſtruma tanq; radices habet: ſed pro loci ratione ſuperficiarię profundis curatu faciliores ſunt, deinde quæ in collo eueniũt, ubi tamẽ uocales neruos diligẽter uitari oportet. multi enim ſtrumas circa aſperã cannam incidendo uocalibus neruis ſimul exciſis reliquo deinceps uitæ tẽpore ægrũ ſine uoce reddiderũt: nam præter eius nerui exciſionẽ, uocalia inſtrumenta denudata, & inter curandũ refrigerata uocis functionẽ uiolarũt. pro multitudine uero conſtat unam pluribus facilius curari poſſe: ſicut quantũ ad ortus rationẽ attinet, lõge citius ſanãtur ſuſpenſæ, quàm quæ inſertæ fuerint. optima uero breuiſſimaq; ſanabiliũ ſtrumarũ curatio manuũ artificio trãſigitur. In chirurgico itaq; conatu ęgrũ proſtratũ recumbere oportet. Nã ſi ſedeat animi deliquiũ facillime incurret. ubi ergo decubuerit, cruribus inter ſe inuicẽ & ad lecti fulcra innixis caput à miniſtris detineat̃, deinde cutis tumori adiacens, recta uel ſubobliqua ſectione incidatur: ſectio em̃ trãſuerſa collo inutilis eſt, cũ uaſa & nerui recta porrigantur. neq; unico impetu tota cutis craſſitudo ſecetur: nihil enim uiolẽte fieri uolumus. atq; in paruis quidẽ tumoribus ſimplex ſectio ducet̃: in maioribus uero cutim ad myrtei folij figurã abſcindes, tum uaſa paulatim denudata ſepones, quæ cũ naturali carne cãdidiora ſint, facile diſcernẽtur: poſtea ſectionis labia uolſellis uehemẽter dilatari oportet, ſtrumamq; digitis, & ſcalpri capulo decorticare: quæ ſi inſerta fuerit ſumma attẽtione opus tractandũ eſt, ne per incuriã eruptio ſanguinis fiat, propterea in agẽdo unum tantũ labiũ ſectionis uolſella extẽdatur. Et ita ſenſim à cõnexis corporibus ſcalpelli acie ſeparetur, cumq; ab uno latere cõnexio ſoluta fuerit, in altero idẽ penitus repetatur, deinde tota baſis diligẽter propter neruos, & ſubiecta uaſa excidatur. In ſtrumis uero circa alas & inguina cõtingentibus, ob cutis reduplicationem ſectio trãſuerſa ducitur. Peracto opere ſi ſanguis erũpat, præſidia ſiſtendo ſanguini ſuperius deſcripta applicant̃: ſin ſectio incruenta pſtiterit, thuris polline repleatur, linamẽtaq; imponant̃, ac pro linamentorũ cuſtodia lana uino madeſcẽs alligenir. Poſtridie permiſſis ligamentis locus uino & oleo perfundatur, quod uſq; ad tertiã uel quartã diẽ repetetur. Deinde ſoluatur, ſtudiumq; puri faciendo impendatur, & curatio reliquis

ulceribus communis adhibeatur:repurgando autem,incarnando,& cicatrici tuto inducendę, theriaca efficaciſſima eſt.at ſtrumas inchoantes,tum in pueris,tum in his qui manuum opus effugiunt,medicamentis diſſoluere diſcutereq; enitemur, atq; earum medicatio ei ſimilis eſt,quam de duriciebus paulo ſupra diximus.primo enim mollire,deinde diſcutere oportet. Emplaſtrum ad ſtrumas,Sordem paleſtræ à parietibus deraſam,& probe ſubactam ſuper linteolo extendito, & applicato. Aliud Laſerem, uel calcem uiuam cerato liguſtrino, aut irino excæptam apponito. Aliud Sulphuris & chalbanæ par pondus reſina aſſumito,uel furni teſtam ex aceto terito,& tanq;ceratū conficito,uel corticem radicis mandragoræ liguſtrino,aut irino cerato excipito, quod quidem efficaciſſimū eſt. Aliud pus à ſtrumis educens.Sandaracham cum adipe,uel calcē cum ſeuo caprino, aut bubulo,uel naſturcium cum cerato apponito. Aliud Succū præcipue cyrenenſem,aut ſi is haberi non poteſt, laſerē cum melle attico ad cerati cōſiſtentiam illinito. Aliud ad frangendas ſtrumas. Pumex ex aceto tritus ſtrumas frangit, & deſiccat. Aliud Naſturtij ſemen & lomentum cum aqua ſubigito, & bis ſingulis diebus illinito. Et poſt fractionem,eodem uſq; ad exactam ſanitatem utitor.

Aliud Vrticæ ſemen è uino tritum, frangit,repurgat,incarnat, & ad cicatricem ducit. Aliud Groſſos præcipue caprifici cum axungia apponito.omnem enim tumorem diſcutiunt. Aliud Recrementum ferri cum oleo, aut bdelliū pingue cum melle ſuper linteolo extendito, & applicato.Deinde quinq; diebus tranſactis diſſoluito,& ſpongijs locū foueto, cauendo ne oleo inquinetur.Oportet autem bdellium ſuper prunis cū melle ſubigi,& optime dilatari, atq; deinceps applicari. Aliud Pſyllij,lomenti,ſeminis urticæ, par pondus cum pice liquida aſſumito,& utere. Aliud Oſtreorum teſtas uſtas & minutiſſime tritas inſpergito,ubi prius loco uinum inſufflaueris,idq; iugiter repetito.Emplaſtris etiā utemur,quæ paulo infra deſcribentur,ſed quod ex achate lapide præparatur ſuppurando,frangendo, & prorſus ſanando utiliſſimū eſt, & quod Pardalis appellatur, ſuperius ad curandos hydropicos explicatum. Strumis præterea laborantes uſu uiperarum,ſicut & de Elephantiacis prædiximus,mirifice iuuantur, & ſi laſerem ad ciceris quantitatem ſingulis diebus ieiuni potauerint.aluum etiam facilem reddi tenuemq; uictum adhiberi oportet,uomitumq; aſſidue prouocare, & per os pituitam ducere,caputq; deſiccare,ac cataplaſmata ſincipiti applicare,quæ mediocres puſtulas in cuti excitare poſſint, ueluti capparis radix cū polenta, ac reliqua huiuſmodi,ſmegmatiſq; eiuſdem facultatis & puluiſculis uti.

De bronchocela,id eſt,gutturis ramice. Cap. VI

BRonchocele,id eſt,gutturis ramex appellatur tumor in gutture eueniēs,omnis enim tumor apud antiquos cele,id eſt ramex nuncupabatur. nomen igitur morbi commune eſt,ſed ſpecies eiuſdem differunt.Nam quidam melicerides, id eſt,mellis ſimilitudinē gerens,quidā ſteatodes quaſi adipoſus,quidā atherodes quaſi pultaceus,quidā canceroſus uocatur.Interdū & ob locale aneuriſma, id eſt, uaſorū dilatationē gignitur, quemadmodum frequentiſſime ex partu contingit, quando in uehementiſſimis doloribus puerpera ſpiritum uiolente detinuerit,conſtatq; huius loci aneuriſma inſanabile eſſe,quemadmodum & ſcirrhum ac maleficum inſigniſq; magnitudinis tumorem. ſed reliqui omnes manuū operi & medicamentis cedentes facile ſanātur:manuū uero opus adhibebitur,quod præſenti tumori cōueniet,ſiue meliceris,ſiue ſteatoma, ſiue atheroma fuerit. Cæterū quæ gutturum ramices per halitum digerunt, ſunt bdellium cum melle tritum,calx cum axungia,laſer cum ſulphure,lixiuium cum melle, fimus caninus cum aceto.

Aliud Calcem uiuam, ammoniacum, bdellium, teſtam clibani uſtam,ærugi-

ginem

ginem,ſulphur uiuum, pari pondere ex aceto terito, & cum axungia aut terebin
thina excipito,& applica. Aliud Adamantis,ad gutturoſos. Gallarum unc.i.la
pidis pyritidis drac.iij.pyrethri drac.ij.nitri drac.i.ſilphij drac.i.s.ſandarachę,tere
binthinæ,ſing.drac.ij.ceræ,picis,ſing.drac.iij.axungiæ antiquæ drac.ij. aluminis
liquidi unc.i.aridis è uino & ſapa tritis,liquabilia admiſceto,& utere. Aliud
Spumæ argenti,æris uſti,ſing.drac.viij.olei antiqui drach. centum, reſinæ piceæ,
drac.xl.chalbanæ,ammoniaci thymiamatis,ſing. unc.i. aluminis ſciſſilis, pollinis
thuris,ſing.drac.iiij.oleum cum ſpuma argenti decoquito, & medio decoctionis
tempore æs tritum inſpergito, bullireq; ſinito, donec inquinandi finem fecerit,
deinde quæ liquari debent, liquata adijcito, deniq; ut abigne ſubſtuleris, pollinē
& alumen imponito,& utere. Aliud Silphij,ſimilaginis,ſing.drac.viij. calcis
uiuæ drac.xvi.ſandarachæ drac.xij.mellis quod ſufficit,cōfice & applica. Ad œ/
demata uero quæ ſub mento oriuntur, irim illyricam ex aqua trita adiecta rubri/
cæ portiuncula ter ſingulis diebus illinito.eſt enim medicamentum inſigne.

De atheromatibus & meliceride ex Leonida. Cap. VII

ATheroma,eſt tumor concolor,indolens, in neruoſa tunica ſegnis humoris
molem collectam continens,atheræ, id eſt, pulti ſimilis, quæ ex farina de/
cocta conficitur,& interdum in Atheromatibus ſimul cum humore pultaceo lapi
doſa quædam duraq; corpora, & alia tanquam ſulphuris ramenta inueniuntur,
nonnunq; tanquam manſa gallinarum oſſicula,ſæpe tanquam pili complicati ta/
ctui occurrunt.eſtq; tumor atheromatis ſpecie & figura oblongus,ſublatus, com
preſſu digitorum ob humoris craſſitudinem tarde retrocedens, nec minus remo/
tis digitis tarde regrediēs. meliceris autem neruoſa tunica eſt,tenui humore uelu
ti melle referta,ſimili modo dolore carens,ab atheromate figura,& humoris ſub/
ſtantia differens.nam & figura rotundior eſt,& humoris ſubſtantia tenuior. Ideo
huius tumor magis extenditur,preſſuq; digitorum celerrime cedit, & amotis di/
gitis pari celeritate ad ſitum priſtinum redit. Chirurgici uero operis ratione nihil
intereſt,ſiue pultaceus,ſiue melleus,ſiue feculentus,ſiue cuiuſq; ſubſtātiæ humor
contentus fuerit.In manuum enim actione una nobis intentio perpetua eſt,ut tu/
nicam quæ humorem continet auferamus. ſed illud reminiſci oportet, tumorum
quoſdam ſuſpenſos eſſe, & ad quemlibet motum expoſitos, facileque curabiles:
quoſdam contra inſertos,motui ineptos, & in chirurgico opere ſummam diligen
tiam requirentes, propter ſanguinis eruptiones & neruorum punctiones immi/
nentes.nonnulli enim imperiti chirurgi ab huiuſmodi tumoribus etiam ſubiacen
tes neruos abſciderunt.Ad manuum itaq; opus acceſſuri, ægrum in ſella locabi/
mus.& ſi paruus tumor fuerit, ſimplicem ſectionem ducemus, quemadmodum
in ſtrumis prædiximus. ſin maior ad myrtei folij figurā,pro tumoris ratione adia
centem cutim abſcindemus: ſed neq; hic uno impetu tota ſectio ducenda eſt, ne
temere tunica humorem continens diſſecetur, & humor euacuetur. ſi enim eua/
cuabitur,& tumor deciderit,tunica difficulter excoriari curariq; poterit.Ergo im
penſo ſtudio tunica paulatim excorianda curandaq; eſt, nihilo humoris circa ba/
ſim omiſſo,ne morbus reuiuiſcat.poſt tumoris autem curationem,labia ſectionis
colligimus, quæ ſi plus æquo laxa euerſaq; appareant, tunc redundantem cutim
abſcindimus,deinde ſuturis labia connectimus. Illud quoq; animaduerſione di/
gnum,ſi huiuſmodi tumor in capite euenerit,poſt humoris curationem membra/
nam os ambientem ſecandā,caluariamq; diligenter abradendā eſſe. peracta uero
chirurgia in paruis quidem tumoribus cum paruam ſectionem fecerimus, nul/
laq; difficultas uerenda ſit, illico poſt ſuturam ſplenium glutinatorium ad inflam

mationes idoneum alligabimus. Quæ uero dum adhuc cruenta ſunt glutinari non licet, in his ex maioribus interuallis ſuturas fieri oportet, ut oblonga ſectionis figura reddatur. Tum linamenta applicantes puri deinceps generando ſtudebimus, quemadmodum prius in loco de abſceſſibus declarauimus. in his autem, qui chirurgicum opus recuſant ad diſcutiendum tumorem congruis medicamentis utemur, qualia ſunt huiuſmodi. Emplaſtrũ ad meliceridas Paſſularum exemptis acinis lib. i. cymini contritiſſimi unc. vi. nitri unc. iij. omnia ſimul in mortario ſubacta conficito, & alligato, & ſi tenſiones quæ à conſtrictione euenerint ſint remittendæ in ceratum excipito, quod ex oleo ſicyonio & pauca maſticha præparatũ fuerit. Aliud ad meliceridas & fauos conferens. Squammam & pollinem pari pondere ad malagmatis formam ſubigito, & applicato. Aliud ad meliceridas & ſteatomata. Ceræ, terebinthinę, ſquammę, ſing. unc. ij. ſulphuris uiui, nitri ſing. unc. i. radicum aridarum cannabis agreſtis drac. xxxv. & ſi defuerint, ariſtolochię tantundem, olei antiqui lib. i. radices tribus diebus præmadefactas & contuſas in oleo decoquito, donec torreſiant. Deinde illis abiectis oleo cætera quæ liquari debent, liquata admiſceto, poſtea arida prius ex aceto trita imponito, & utere.

Aliud diſcuſſorium ad meliceridas. Salis ammoniaci, ſpumæ argenti, ceruſſæ, ſingu. lib. i. ceræ, terebinthinæ, chalbanę, opopanacis, ſingu. unc. i. rubricæ ſinopicæ unc. vi. aceti heminam. ſpumam argenti, ceruſſam, & ſal contritiſſimum ſimul decoquito, deinde rubricam prius ex aceto tritam inijcito, & cum uniueris liquabilia, poſtremo omnibus ſimul confectis & refrigeratis opopanacem & chalbanam aceto ſoluta admiſceto & utere. Aliud ex oniſcis confectum ad ſtrumas, & meliceridas, quod etiam cicatricem inducit. Oniſcos ſub hydrijs repertos ducentos, oſtreorum uſtorum drac. iiij. rubricæ ſinopicæ drach. viij. terebinthinæ lib. i. oſtrea & rubricam ſingula ſeorſum primo, deinde ſimul terito, tum oniſcos adhuc uiuentes, adiectos, ſimul iterum tundito, quæ poſtea in terebinthina ſuper calido cinere paulatim decoques, donec inquinandi ſinem fecerint, ſublatumq; ab igne medicamentum in mortario conficies cutiq; illines, ac die quinta exſolues, poteritq; locus ſubinde collui.

De ſteatomatibus. Cap. VIII

STeatoma eſt pinguedo præter naturam ob localem proprietatem exaucta, molem habens concolorem, & tactu lenem, in principio quidem puſillũ, ſed temporis progreſſu ampliatur. Pleraq; uero ſteatomata in baſi latiora ſunt, raroq; inueniuntur, quæ anguſtiorem baſim & apicem latiorem habeant. differt à ſtruma ſteatoma, quod tactui mollius offeratur, qua nota etiam à meliceride & atheromate diſtinguitur. id enim plenum ac ſolidum eſt, preſſioniq; digitorum minime cedens. curatur & hoc chirurgico artificio, ita ut in agẽdo pro tumoris magnitudine ſectio ducatur, aut ſimplex aut ad myrtei folij ſimilitudinem, libereq; hic cutim incidimus. neq; enim ſicut in atheromate, & meliceride, tunicæ perforationem ueremur, nam pinguedo etiam ſi ſecetur, nõ effluet. At illud non omittendũ, quod in ſtrumis quoq; prædiximus, ſi ſteatoma ſuſpenſum fuerit, in circuitu & ſubter excoriari oportere. In circuitu quidẽ ſcalpro, ſubter uero digitis excorıãdo. Inſertũ uero in ambitu & ſubter eſſe incidendũ. peracta inciſione uulneris labia, ut rectius glutinẽt, ſuturis colligemus: aut linamẽta profunda imponemus, & curationẽ generando puri idoneã adhibebimus. Ad ſteatoma uero cuius apex latus & baſis anguſtiſſima tenuiſſimaq; fuerit, omiſſis reliquis ſuperuacuis totũ à baſi amputabimus, ita enim chirurgicũ opus expeditiſſimũ erit, & ulcus paruiſſimũ planumq; reddetur, & curatio breuiſſima cõſequetur. Præterea ſteatomata, ut fertur, diſcutiũt, bouis oculi flores cũ cera & oleo antiquo ſubacti, & ciclamini radix

cum

cū axungia ueteri excepta. ſed & emplaſtris paulo ante ad meliceridas deſcriptis utemur, præſertim quod è ſulphure & nitro cõficitur, & ſimilia paulo inferius deſcribenda.

De ganglio ex Philagrio. Cap. IX

GAnglium eſt nerui tumor plerunq; à percuſſione uel impulſione præcedente, & raro ſponte proueniens, manuum radices & palmas pedumq; plantas frequentius occupans, rarius cubitum & caput, nonnunq; & quamlibet corporis partem. quantum ad eius notas attinet, occurrit tumor inæqualis ſenſum in compreſſu excitans, differtq; à meliceride & atheromate tumoris inęqualitate, & renitentia, & quod ſicut illa orbiculatim non transferatur, ſed dextrorſum tantum & ſiniſtrorſum pro nerui ſitu flectatur. A ganglijs autem chirurgicū opus arcemus, pręſertim ſi in manibus aut pedibus euenerint, ſed medicamentis tantum curabimus: ammoniacū enim prope ignem, ad emplaſtri conſiſtentiam emollitum illinimus, deinde laminam plumbeam tumori æqualem ſuperponimus, & ne hinc inde labatur arctis uinculis in medio conſtringimus. Iam uero diebus aliquot tranſactis ubi prius ganglium emollitum nouerimus, nihil ægro præfati ſtatim ſublatis uinculis dum adhuc locus incaleſcit, pollicē dextræ manus ganglio infigimus, ac reliquis quatuor digitis membro innitentibus uehemētiſſime comprimimus, & ganglium confeſtim diſſoluitur. utere etiam mollitorijs emplaſtris, pręcipue eo, quod ex pſyllio, pice, maſticha nigra, fimo columbino, & malua agreſti conficitur. utere & Lucij malagmatibus ad angylas. ſed id quoq; ad hos uſus cōuenit, Ceruſſę, olei antiq, reſinę piceæ ſing. lib. i. ceræ unc. ij. ammoniaci thymiamatis, chalbanę ſing. unc. unā. ceruſſam cum oleo decoquito quouſq; inquinandi finem fecerit, deinde tritum ammoniacū, poſtea reſinam piceam, & ceram, poſtremo chalbanam prœmollitam conijcito. Alij reſinæ quidem piceæ unc. v. ceræ autē unc. iiij. imponūt.

De aneuriſmate. Cap. X

ANeuriſma in qualibet corporis parte fit, ſed in gutture frequentius, ubi eius cauſa gutturis ramex producitur, idq; præcipue mulieribus à partu ob ſpiritum uiolente detentum euenit, ſed & in capite circa arteriarū loca, & in reliquo corpore, ubi arteriæ uulnerantur, ſicut quando imperiti medici cubiti uenam ſecturi ſimul & ſubiacentē arteriam incidunt. omnino autem aneuriſma generatur, uel quod ſanguis & ſpiritus ab arterijs excolentur, uel quod arteriæ aperiātur, uel frangantur, ſanguis uero & ſpiritus paulatim excreti ſub cuti colliguntur. Notæ, quæ aneuriſma conſequūtur ſunt, tumor ſeu paruus, ſeu magnus, concolor, indolens, egregie mollis, ſpongioſitatis cuiuſdam imaginem præferens, atq; ita digitorum preſſioni cedens ut propè euaneſcere uideatur, ſed rurſus amotis digitis uelociſſime rediens, quod in menti aneuriſmate & reliquis quæ ſine uulnere fiunt, præcipue euenire ſolet. at ubi arteriæ uulnus præceſſit, ac deinde coaleſcente cuti aneuriſma acceſſit, tumor non eodem modo mollis occurrit. Quoniam ſanguis copioſior ſpiritu eſt qui grumeſcit & tumorē extendit, atq; hactenus quidem de Aneuriſmatis notis. Quantum uero curationi attinet ſciendum à chirurgis deplorari, quod gutturi, aut capiti accidit: ſimul enim cum aneuriſmatis ſectione irreuocabilis abundantiſſimaq; eruptio ſanguinis ingruit, cum quo ſimul etiam uitalis erumpit ſpiritus, ut homo ſæpe in manibus medicorū deficiat. ſed aduerſus aneuriſma, quod in cubiti cauitate contingit, ita enitemur. primò arteriam deſuper ab axilla ad cubitū per interiorē brachij partem delatam ſignamus, deinde in eadem interiori brachij parte ſimplicem ſectionem tribus aut quatuor digitis inferiorem axilla per longitudinē ducimus, ubi maxime tactui occurrit arteria: qua paulatim denudata deinceps adiacentia corpora ſenſim excoriamus, & ſeparamus, ipſamq; arteriam cæca uolſella ſubinde attrahentes duobus fili uinculis exquiſitiſſime con

ſtringimus,mediamq́ inter duo uincula abſcindimus,ſectioneḿq pollinе thuris re‑pleta ac linamentis impoſitis congruas ligaturas adhibemus: poſtea tumorem in cubiti cauitate tuto ſecamus,nihil amplius eruptionem ſanguinis ueriti,tum grumis recte euacuatis, arteriam unde ſanguis emanabat perquirimus,quã inuentam uolſella attrahentes,ſicut priorem cõſtringimus,rurſusq́ thuris polline ſectionem replentes puri generando ſtudium impendimus. Ad gutturis autem aneuriſmata emplaſtrum è cupreſſo inferius inter diſcuſſoria medicamenta deſcribendum utiliter adhibetur.

De fauis. Cap. XI

FAuus crudum diſtillansq́ ulcus eſt,quod adiacentẽ cutim corrumpit, & perforat,unde tenuis ſanies melli ſimilis emanat,propterea tum foraminũ figura, tum excreti humoris ſpecie fauus uocatur,ac iugiter in muſculoſis locis, in articulis,& pedum plantis contingit,nec raro ſextam colli uertebram occupat,nõnunq̃ & coſtas inuadit.Qui uero in capite generatur,reliquis partibus primo,deinceps caluæ quoq; putredinem impartitur.Morbum igitur inchoantem ſubſcriptis medicamentis curare enitemur. Quibus deuictis partes corruptas præcipue capitis amputare licebit,deinde membrana os ambiente diſſecta,os caluæ abradere, tum ferreis cauterijs labia ſectionis in ambitu exurere,à calua penitus abſtinẽdo,quod etiam in reliquis diuturnis ægritudinibus fieri debet. poſtea medicamenta ad depaſcentias deſcripta applicabimus,quale aridũ eſt quod ex charta combuſta conficitur, & paſtillus è ſuccida lana, ac reliqua huiuſmodi: lenticulam etiam elixam cum malicorio,aut oliuæ folijs illinemus.Repreſſa depaſcentia curationem cæteris ulceribus cõmunem adhibebimus. Hæc uero incipientibus fauis idonea ſunt, Sulphur & farinam cum mulſa decocta illinito,uel adipis porcini terebinthinæ & mellis portiones æquas ad congruam conſiſtentiã decoctas apponito.at ubi aperti fuerint, ſulphure uiuo cum pice liquida mixto utere, aut erui farinam cum melle illine,aut ſquammæ, pollinis thuris,paſſularũ par pondus terito,& applica. Ad latiores autem fauos ficus optime tritas apponito: ego autẽ lenticulam cum malicorio elixam & cum melle ſubactiſſimã illinire ſoleo, & ſi inflãmatio adſit, modicum panis adijcio. Deinde remiſſa inflãmatione malagma helladicum applico, aut malinum Serapionis uel Paſionis,aut quod Venus appellatur. medicamentũ autem huic morbo applicandũ mollius eſſe oportebit,propter moleſtias quas durum afferre ſolet:ſi ergo durum ſit,cum oleo molliendum erit.

Emplaſtra ad cruenta ulcera glutinanda & quæ polychreſta,id eſt, ad plurimos uſus uocantur. Cap. XII

ATractylis quam quidam androſæmon uocant, herba eſt aculeata liquorem ſanguineũ reddens,ſi folia eius cõfricentur.Hanc tu ſpinam radicitus euulſam, & in umbra exiccatam terito, & ſubtiliſſimo cribro excutito, ſumitoq́ eius unc.iiij. colophoniæ unc.xviij. olei dulcis unc.iiij. æruginis unc.ij. ceræ unc.viij. colophonia oleo & cera liquefactis & excolatis,æruginem primo,deinde herbam tritam & cribratam adijcito, tum omnia ſimul in frigidam aquam conіecta, diu manibus ſubigito,ſinitoq́ per totam noctem in eadem frigida madeſcere,ac deinceps ad cruenta uulnera in quacunq; corporis parte ſint,reſeruato,ſiue in infantibus, ſiue in adultis fuerint. confert & ad antiqua ulcera, ad exciſiones, percuſſiones,ſuggillationes, & ad dolores qui ob frigus euenerint. item cruſtas, & cætera quæ in ulceribus difficulter purgãtur,ociſſime exterit, leproſisq́ affectibus & uliginoſis medetur. Femur enim cuiuſdam ad penitiſſimos uſq; receſſus impetu enſis diſſectum, ita ut ſectio ab exteriori capite incipiens, uſq; ad inguen deſcenderet,cum quatuor mẽſibus decubuiſſet æger, neq; glutinationis initium appareret, hoc ego medicamento conglutinaui. Tibiam præterea alterius à poplite uſq; ad tali

ad tali articulum uulneratā, inflāmatione prius cum cataplaſmate mitigata, quod ex lomento, paſſo, mulſo & roſaceo confecimus, intra paucos admodum dies ſanitati reſtitui. Ego autem, inquit Philagrius, cum Iſide emplaſtro antiquos ſinus, qui tamen ſine inflāmatione eſſent, purgatos prius, & uino mulſo ablutos, ad firmandas .ſ. excitandasq; naturales facultates, quas deinde glutinationi faciendæ magis paratas haberem, feliciter ſanaui. Illud uero conſtat, fiſtularum ſinuumq; ligamēta à ſuperioribus partibus ad inferiores moderata cōſtrictione ducenda eſſe, ut humores in cauitatibus detenti ad ulceris orificium exprimant. Viride Andromachi hecatondrachmon appellatū, Ammoniaci thymiamatis drach. viij. ſquāmæ drach. xij. pollinis thuris drach. xvi. reſinę piceæ drach. xij. adipis uituli drach. xiiij. terebinthinæ drach. viij. ceræ drach. xxx. olei drach. viij. aceti quod ſufficit. Hoc magna uulnera glutinat, ſordida ulcera abſtergit, craſſaq; eorum labia emendat, ſinus contrahit, diſcutiendi repercutiendiq; ui pollet, & cum cerato per linamenta accurate impoſitum concaua ulcera incarnat. Viride quod Iſis uocatur à nōnullis Hermoni ſacerdoti inſcriptum. eſt autem plurimi uſus, & ad omnia uulnera præcipue capitis cum oſſis fractura idoneum: ſine enim caluæ perforatione confeſtim ſanat. confert & ad punctiones, ſurculoſq; infixos, ad hominū & canum morſiones, ad uiperę, ſcorpionis, marinorumq; draconū, & turturū uenena, & ad ſinuum fracturas cum uulneribus cōtingentes, tutiſſime enim & celerrime tophaceā ſubſtantiam, quā poron uocant, oſſibus fractis obducit. delet fiſtulas recentes, & antiquos ulcerū receſſus, ſinus omnes, panos, & parotidas, mammillarū, axillarumq; abſceſſus prohibet primo ne fiant, deinde ſi facti fuerint, quamocyſſime ſanat, ubi eos ad commodum ſaniei defluxum inciderimus. Idem ſtrumas intra tunicas ſuppurans protinus curat, fronti illitum oculorum deſtillationes ſiſtit, ſuggillationes delet, gangrænas reprimit, putredines expurgat, prorſusq; ad omnia medicamentum efficax eſt, quod ita habet, Ceræ drachmas centum, colophoniæ drach. ſexaginta, ſquammæ æris rubri, æris uſti, ſalis ammoniaci, æruginis, ariſtolochiæ, thuris, ammoniaci thymiamatis, ſing. drach. octo, aluminis drachmas ſeptem, aloes, myrrhæ, chalbanæ ſing. drach. xij. olei libram unam, uel ut alij unc. vi. aceti quod ſufficit. hactenus quidem de eo quod abſolute Iſis uocatur. Iſis uero quæ Epigoni priuatim inſcribitur, etiā radicis aridæ centaurij drach. viij. aſſumit, qua Galenus omnino ſe uti affirmat. ſola enim centaurij radix ſeorſum ſumpta, & ad minutiſſimi pulueris formam trita, malefica ulcera ſanat. metallica igitur cum aceto exquiſitiſſime in mortario ſubiges, ac reliqua arida teres, & cribro excuties: deinde his quæ liquari debent, colliquatis adijcies, omniaq; ſimul in mortario conficies. quo poſtea medicamento interdum puro, interdum diluto uteris. Ad ulcera enim ſordida, ſit quidē huius medicamēti pars una, roſacei uero cerati liquidi partes duæ: ſed ad ea quæ pauca abſterſione indigent, ſit medicamenti pars una, cerati partes tres. Aliud Machærionis inſigne, & ad plurimos uſus idoneum, quod prædictis omnibus congruit, ſed & recentia uulnera glutinat, & ſine inflāmatione conſeruat, præſertim quæ contuſionem annexam habent. rabidi uero canis morſibus illitum & aſſidue mutatum ſummo præſidio eſt. facit & ad phagedænicas depaſcentias, ad aurium pudendorūq; ulcera: oſſa denudata incarnat, & cum roſaceo narium ulceribus medetur, quod ita habet, Ariſtolochiæ, chalbanæ, æruginis, opopanacis, iridis, ammoniaci thymiamatis ſing. drach. vij. terebinthinę drach. i.s. olei omphacini lib. vij.s. chalbanam cum dimidio olei ſuper carbonibus colliquato, & terito, deinde olei reſiduum cum cera & terebinthina decoquito, opopanacem uero in aceto dilue, poſtea reliqua contrita admiſceto, & omnia ſimul conficito, & utere, Cephalicum ex herbis cōfectum ſine perforatione ſquammas auferens, &

oſſa

oſſa corrupta educens: oſſibus autem prius deraſis inſpergi oportet. Idem recentia uulnera & depaſcentias linamentis impoſitũ repurgat, & cum roſaceo cerato incarnat, atq; una quidem medicamenti pars, duæ uero cerati cõmiſceantur. facit & ad carcinomata & putrida ulcera, lepras exterit, dothienas diſſoluit, ſtrumas ad ſuppurationẽ ducit, & putredinem euacuat. congruit podagricis, & eorum callos diſcutit, quod ita habet, Anagallidis ceruleum florem habentis, cornuti papaueris, foliorum uiridium hyoſcyami, foliorum marrubij recentis ſing. drach. lvi. ſquãmæ drach. xxv. pollinis thuris drach. xx. reſinæ piceæ drach. xvi. aloes drach. vi. aluminis ſciſſilis, & rotundi, ammoniaci thymiamatis, ſalis ammoniaci ſing. drach. iiij. ceræ drach. xx. olei antiqui unc. xxiiij. aceti quod ſufficit. herbarum folia in pilam coniecta leuiter pinſito, ut contundantur tantum, neq; ſuccus exprimatur, deinde in mortarium translata ad ultimam minutiem redigito, & in alio mortario ſquammam, pollinem thuris, reſinam piceam, alumen, aloem, ſal, ammoniacũ thymiama ſub ſole ad glutinis conſiſtentiam terito, tunc commixtis herbis omnia ſimul ſubigito, & quæ liquari debent liquato, & tudicula uerſato, ac deradito, deinceps cum cæteris in mortarium coniecta conficito, & utere. Emplaſtrum heſtia appellatum nomini reſpondens, quod etiam drachmarum D X V I. inſcribitur, & ad Nechepſonem regem refertur. confert præ reliquis ad omne uulnerum genus, ad neruorum punctiones priuatim ſufficiens, omnem oculorũ deſtillationem pro glutinamento appoſitum reprimit, facit ad uenenoſorum animalium ictus uenenum exugendo, ita ut emplaſtro adhærens uenenum inueniatur. Item depaſcentias, fiſtulas, maleficaq; ulcera pręcunctis omnibus repurgat, ad cicatricemq; ducit, narium ozenas cum aceto emendat. Egregie uero facit ad ſtrumas & ad duros abſceſſus: aut enim diſcutit, aut perfringit ut admireris. uaricibus medetur, ſagittas, & ſurculos euocat, quod ita conficitur. Spumæ argenti, ceræ ſing. drach. lxxiiij. terebinthinæ drach. xvi. ariſtolochiæ, propoleos, chalbanæ ſing. drach. xx. æruginis drac. x. gallarũ, radicis chamæleontis nigri, ſing. drach. xxiiij. olei ſext. iiij. adipis uituli drach. xlviij. aceti drach. xxiiij. ſucci braſſicæ drach. viij. ſerapiadis, quam triorchin uocant drach. xvi. ſucci medullæ arundinum drach. xij. oleum, argenti ſpumam, & adipem ſimul decoquito, quouſq; rite uniantur. deinde ceram, reſinam, chalbanam, propolim, prius cum modico ceræ in mortario tuſam ſeriatim inijcito, atque ut ab igne ſuſtuleris, ariſtolochiam, gallam, radicem chamæleontis addito, æruginem uero cum ſucco & aceto tritam reliquis, ubi iam tepuerint, poſtremam admiſceto, omniaq; ſimul in mortarium coniecta conficito, & manibus commollito, & utere tanquã admirando. Aliud ad cruenta uulnera glutinanda Purpura inſcriptũ. Spumæ argenti, olei dulcis, ſing. libras duas, picis, ceræ, colophoniæ ſing. unc. xvi. radicis ſymphyti ad ultimam minutiem redactæ, & cribratæ unc. ij. ſanguinis draconis tantũdem, aquæ marinæ unc. xx. oleum, ſpumam argenti, & marinam aquam ſimul decoquito, quouſque inquinandi finem fecerint, deinde quæ liquari debent, liquata adijcito, atq; ubi ab igne ſuſtuleris, draconis ſanguinẽ, ſymphytumq; imponito, & conficito: ac ubi refrixerint manibus ſubigito, & paſtillum formato. Sanguis uero draconis in India ex herba dracontia colligitur. Phœnicinum Galeni. Spumæ argenti contritiſſimę lib. iij. adipis ſuilli abſq; ſale antiqui & liquati lib. ij. olei antiquiſſimi lib. iij. chalcitidis crudæ unc. iiij. ſpumã argenti tritam & ſubtiliſſimo cribro excuſſam, rurſus in mortario cum chalcitide exquiſitiſſime conteres, deinde oleum in ſole cõmiſceto, ut liquidum medicamentum perſiſtat, tum adipem exemptis fibris in mortario tuſum, ut exacte liquari poſſit, liquabis, & excolabis, donec puriſſimũ reddatur, cuius ita præparati libras duas in mortario diligenter cum cęteris cõmiſcebis. Deinde omnia ſimul in lebetem con-

iecta

ſecta decoques cum palmea ſpathula iugiter agitãdo, eritq; tibi unus è maioribus
ramis ad hunc uſum parandus, cuius parte craſſiori ad agitationem pro ſpathula
uteris, partem uero ſubtiliorem exempto cortice purgatã & in tenues partes diſ/
ſectam, in medicamentũ conijcies, ut ibi ſuccus eius excoquatur, nec niſi eo tem/
pore iniici oportebit, quo medicamentũ mediocrem cerati conſiſtentiã habuerit.
ſi enim ſtatim à principio conieceris, ſuccus nimia decoctione abſumetur, quẽ ob
uim eius adſtringendi, maxime adeſſe uolumus. quin & ſpathæ ipſius, qua medi/
camentũ uerſatur pars infima, decoctionis feruore arefacta, abſcidenda abijcien/
daq; eſt, & reſidua utendum, atq; idem frequentiſſime repetendum. Vbi uero me/
dicamentũ inquinandi finem fecerit, priuſquã nimis areſcat, ab igne auferri opor/
tebit, & ablatis omnibus rami fruſtulis, quæ prius iniecta fuerant agitari, donec
frigeſcat. deinde in mortariũ coniectum & manibus emollitum, in magnum pa/
ſtillum redigimus, quo poſtea ad cruenta uulnera & ulcera quæ male coaleſcunt,
utemur, atq; oleo diluentes in ſinus fundemus. conuenit & membris omnibus in/
flammatis, & podagris, quo tempore uehementes dolores non urgent, qui irriga/
tionibus & fomentis mitigatorijs indiguerint, item & inguinibus, panis, inuſtio/
nibus, pernionibus, contuſionibus, & omnibus à deſtillatione morbis medetur.
quod ſi ſex chalcitidis uncias inieceris, longe efficacius erit ad ampla uulnera glu/
tinanda, & ad cicatricem ulceribus inducendam, quæ male coaleſcunt, ſed non ita
inflãmationibus congruet. in diſſoluendo autem medicamẽto hæc tibi proportio
ſeruanda eſt, ut medicamentũ paulo plus olei qualitatẽ excedat, præſertim æſtiuo
tempore, ut ſit medicamenti quidem unc. x. olei uero nouem. Emplaſtrũ bicolor:
æris uſti unc. ij. aluminis ſciſſilis unciam unam, colophoniæ, adipis porcini recen
tis, ceræ ſing. libram unam, aceti quod ſufficit. Emplaſtrum ex hydrelæo. Spumæ
argenti cõtritiſſimæ, olei ſinceriſſimi, aquæ puræ ſing. lib. ij. argenti ſpumam cum
aqua & oleo in mortarium coniectam exquiſitiſſime unito, deinde ſuper prunis
fumo carentibus iugiter uerſando decoquito, donec inquinandi finem fecerit. Ha
bet hoc moderate refrigerandi uires, propterea membris ulceratis nihil influere ſi
nit, quodq; iam defluxit ad propinquas partes repellit, qua ratione etiam deſiccat,
ulcera ad cicatricem ducit, & diſcutit. utimur eo ad mulierũ, infantium, eunucho/
rum, cæterorumq; corpora, quæ molles candidasq; carnes habuerint, quod adeo
glutinoſum efficitur, ut ne lotum quidem abſtergi poſſit: ſed ulceribus ad cicatri/
cem ducendis maxime confert, ut applicatum medicamentũ multis ſubinde die/
bus impactum perſiſtat, cuius facultatis id quoq; eſt quod parhygrum appellatur,
& reliqua huiuſmodi. Emplaſtrum è uino & oleo. Spumæ argenti libram unam,
uini & olei ſing. libras tres. ſpumam argenti in mortario octo diebus ſub canis fer
uore è uino antiquo ad dulcedinem uergente ſubigito, tantum uini inſtillando,
quantum exiccari poſſit, atque ubi trita exaruerit, oleum & uinum conijcito, ac
ſimul conficito, deinde aſſiduo uerſatu decoquito, quouſq; inquinandi finem fe/
cerit, & utere. Quod ego medicamentũ oleo diluens, quemadmodum phœnicinũ
ad ulceroſos affectus adhibui, ſinusq; glutinaui, & femur antiquitus induratum
ſanaui, optimumq; omnino ad uulnera cruenta quæ inueterauerint, experimento
deprehendi. Ad ſinus uero & duricies ſolidum, ſicut ſe habet, appoſui. Emplaſtrũ
ex oleo & aceto. Spumæ argenti contritiſſimæ libram unã, olei antiquiſſimi libras
tres, aceti albi acerrimi tantundem ad mitiſſimũ ignem aſſiduo agitatu decoquito
obſeruãdo ne grumeſcant, finitoq; ut integrum diem bulliant quouſq; nigreſcant
& ſplendeant, enitendumq; eſt ut decoctum medicamentũ uere non inquinet, fa/
cile enim imperitos fallit. nam ſi in frigidã aquam funditur, duriſſimũ ſtatim eua/
dit, ſed poſtea digitis diutius ſubactum remolleſcit, relanguet, ac rurſus inquinat.

ergo

ergo non prius ab igne remouebis quouſq; compertum habueris non amplius inquinaturũ. habet autem hoc ſupremas exiccandi uires, ideo cruẽta uulnera glutinat, ulcera curatu difficilia & fiſtulas inchoantes ſanat: ego enim cum eo fiſtulam pueri à parotide exortam ſanaui, quæ ſemeſtris exiſtens uſq; ad mandibulæ articulum peruenerat: ſed & mulieres & adoleſcentulos eodem præſidio curaui, induratosq; muſculos remolliui. tribus autem diebus tranſactis diſſolui oportet, nouumq; iterum applicari, & inde poſt tres dies rurſus diſſolui. Ruffum uero Galeni quod Harmonia appellaſ ſupra deſcripſimus, ubi de ulceribus maleficis egimus. Aliei Ruffum ad cruenta uulnera ſinuum glutinatorium, inflãmationes ſedans, durities ac ſtrumas diſcutiẽs, plurimo roſacceo dilutũ caua ulcera priuatim replet, ſordida abſtergit, & ad cicatricem ducit. Ceræ libras duas, chalbanæ, œſypi, terebinthinæ, propoleos, pollinis thuris, rubricæ ſing. uncias duas, aceti libram unam. Spumã argenti ſub æſtiuo ſole ex tribus aceti libris terito, quouſq; acetum abſumatur, deinde oleo adiecto & duabus reliquis aceti libris ſimul decoquito, donec inquinandi finem ſecerint, tum quæ liquari debent liquata & excolata inijcito, & cõmiſceto, atque ubi ab igne ſuſtuleris, pollinem thuris, rubricamq; ac chalbanã, utranq; ex aceto tritam imponito, & omnia ſimul conficito, demum ubi refrixerint manibus cõmollito & utere. quod quidem ſinubus glutinandis efficaciſſimũ eſt: ſpongiam uero è uino expreſſam ſupra applicari oportet. Aliud.

Aliei Ruſſum ad cruenta uulnera neruorumq; inciſiones, ad omniaq; antiqua cicatrici renitentia & manantia ulcera: omnes duricies præſertim mammillarum efficaciſſime mollit: utimur eodem ad hominum canumq; morſus, & ad marinorum turturum, draconum, reliquorumq; uenenoſorum piſcium ictus, uiresq; omnino admirandas habet. Quod ita pręparatur: Spumæ argenti drachmas centum, ceræ, terebinthinæ, myrrhæ, rubricæ ſing. drachmas octo, olei libras duas, confice ſicut prędiximus abſq; aceto tamen. Aliud Aliei inſigne, Spumæ argenti drachmas centũ, ceræ, terebinthinæ, myrrhæ, rubricæ, ſynopicæ, æruginis ſquammæ æris ſing. drach. viij. ariſtolochiæ drachmas duas, confice ſicut prædocuimus. nonnunq; & hæc addantur, iridis drach. iiij. diphrygis drach. vi. thuris drach. xxv. ammoniaci drach. viij. chalbanæ drach. xij. olei libras duas. Aliud tyrium, ad ampla uulnera & quadrupedum morſus, dothienas diſcutiens aut frangens, humorem cruſtis inductis euocans, & ad cicatricem ducens: fronti illitum oculorum fluorem reprimit, idem poſt decoctionem tyriæ purpuræ colorem imitatur, propterea tyrium appellatur. Quod habet ſpumæ argenti, æris uſti, ſquammæ æris, chalbanæ ſing. unc. iiij. olei lib. vi. oleum & argenti ſpumam, ubi ſimul in mortario exquiſitiſſime triueris, in fictilem ollam coniecta, uerſatu aſſiduo ad mellis conſiſtentiam decoquito, deinde addita ærugine & ſquamma ſinito ut bulliant, poſtea æs adijcito, tandiuq; omnia ſimul decoquantur, quouſq; iucundus color emerſerit, & inquinatio ceſſauerit, tum ceram reſinamq; excolatam conijcito, ac denuo ſimul coquantur, donec finis inquinationi imponatur, poſtremo ut ab igne ſubſtuleris chalbanã manibus diligenter ſubactam cõmiſceto & utere. Emplaſtrum ex anemona, Colophonię drach. lxxiiij. reſinę, piceæ liquidę, ceræ ſing. unc. xiiij. olei unc. ix. florum anemonæ recentium exempto nigro, quod in eis reperitur, & exciſis unguibus unc. viij. colophoniam cum oleo incenſis piceæ lignis decoquito, & tædacea ſpathula uſq; ad ſoliditatem uerſato, deinde piceam liquidam inijcito, ac rurſus decoquito, quouſque inquinandi finem ſecerit: poſtea ceram imponito, qua liquefacta medicamentũ ab igne remouebis, conficiesq;, ac manibus oleo illitis ſubiges: eſt enim glutinoſum, aquam uero uitare oportet. facit ad cruenta uulnera, & carnis cõtuſiones, ad maleſica, antiqua, extuberãtia, & cicatrici renitentia

ulcera

ulcera,ad tumentes,inflammatos,dolentes & motu contumaces articulos, ad ſtrumas,fiſtulas,ganglia,ſteatomata,dothienas,ſinus,depaſcentias,abſceſſus cum reliquarũ partium,tum præcipue thoracis:ad eruptionem autem ſanguinis narium ſplenium eiuſdem ſtomacho apponito, ſed & idem fronti recte apponetur,omninoq; mollit,diſcutit,contrahit,deſiccat,doloremq; mitigat. & ſi malueris hoc medicamentũ cum aceto cõficere,ita fieri debet, Flores anemonæ excisis unguibus, purgatos,& ſub ſole exiccatos in uitreo uaſe ſeruato,quorũ poſtea ſumito uncias octo,& aceti candidi acerrimi heminas tres atticas admiſcebis,ſinesq; diem ac noctem, quouſq; exacte maduerint, tum diu manibus ſubactos, paulatim confrica donec ſuccum omnem expreſſeris. deinde capito colophoniæ lucidiſſimæ uncias xlij. reſinæ piceæ liquidæ unc.iiij.ceræ,olei ſing.unc.iiij.ſucci anemonæ heminas atticas ij.s.colophoniã cum oleo incenſis tædaceis lignis mitiori igne leuiter decoques, tædaceaq; ſpathula iugiter uerſabis, donec tentanti tibi ſolidius apparuerit, deinde reſinam liquidam paulatim iniicies,ne intumeſcens extra ollam redundet, ſinesq; ut rurſus bulliat: cumq; iam plane ſolidum uidebitur,ceram impones,qua liquefacta medicamentũ ab igne ablatum ſpathula uerſabis, atque ubi iam deferbuerit,ſuccũ paulatim immittes,diligenter obſeruando ne efferueſcat. facile enim intumeſcit,& efferueſcit,periclitaturq; ne ab olla totus redundet. ubi uero ita paulatim cõmixtus fuerit, diuerſicolor purpureus,& colore iucundus efficitur. Toto igitur ſucco iniecto & unito,medicamentũ in mortarium fundatur,atq; ubi refrixerit, manibus dudum ſubigito,quouſq; totus ſuccus ſeceſſerit: quod ad eoſdem omnino uſus applicabis,ad quos aliud ex recentibus anemonæ floribus præparatum conferre prædiximus, niſi quod lenius temperatiusq; eſt magisq; ad canum morſus uenenoſorumq; ictus conferens. Idem roſaceo dilutum ad ani pudendorumq; ulcera conuenit, quæ remiſſioribus medicamentis indiguerint, omninoq; curationes magis expeditas conficit.

Emplaſtra cephalica & ad fracturas & plurimi uſus & quomodo ad uſum ducenda ſint. Cap. XIII

CEphalica emplaſtra appellari conſueuerũt,quæcunq; uulneribus capitis applicata in altum receſſum penetrandi uim habent, ſquammasq; & ramenta oſſium nõ in capite tantum,ſed in qualibet corporis parte euocandi,& auferendi, quandam igitur acrimoniam eis inſitam eſſe oportet, qua ex profundo ad ſuperficiem, non oſſa ſolum, ſed multo magis craſſum, uiſcidum, aut quocunq; modo deprauatũ humorem euocare queant. Quæ uero catagmatica,id eſt,ad fracturas confecta appellantur, abſtergendi diſcutiendiq; uires habent, quibus aliqui nonnihil quoq; adſtringentium admiſcuerũt,ut quod ad affectas partes defluit,repellatur,& abſtergentiũ facultas uſq; ad profundum deducatur. Illud autem minime ignorari oportet, adſtrictoria niſi prius ſub ſole exquiſitiſſime ex aceto ad ultimã prorſus minutiem terantur, maius damnum his quæ euocandi facultate pollent, quàm utilitatem eſſe allatura. neq; id negligere aut obliuiſci debemus, inter catagmatica ea omnino præſtantiora reliquis eſſe quæ cephalica inſcribuntur: nam & cum roſaceo cerato liquidiori diluta,ac linamẽtis impoſita repellendi uires acquirunt. Eiuſdem generis cum cephalicis, Iſis quoq; eſt ſuperius deſcripta, & aliud quod ad Machærionẽ refertur,& Barbarum cappadocis, quod quidam Aphrum appellant. Emplaſtrum nigrum ad inſigniores morbos præcipue capitis,ad fiſtulas, ad ſinus, ad fracturas ſine inflammatione glutinandas, ad neruorũ chartilaginum oſſiumq; inciſiones: facit & ad ulcerũ receſſus, ſinusq; magnos agglutinat, & qui abſceſſus diſſecuit ad ſaniem educendã,hoc utiliter applicabit. lienoſis etiã iocinoroſisq; congruit, eſtq; ad cruenta uulnera efficaciſſimũ: ad ſanguinis uero

ſcreatum duobus corijs illinito, quorum alterum pectori ac coſtis applicato, alterum dorſo & ſcapulis: præter id enim quod credi poteſt, ſanguinem ſiſtit. hominũ præterea ac canum morſiones ſanat, omninoq; inflammationibus ſedandis idoneum eſt. Quod habet, ceræ, picis, bituminis, reſinæ piceæ ſing. libram unam, pollinis thuris uncias ſex, ceruſſæ, atramenti ſutorij ſing. uncias quatuor, opopanacis uncias duas, olei, aceti ſing. libram unam. ceram, bitumen in tenues partes diſſectum, oleum, & acetũ modico eius reſeruato, omnia ſimul in ollam nouam conijcito, & uerſatu aſſiduo colliquato, tum liquefactis picem & reſinam piceæ tenuiter diſſectas imponito, quæ ubi liquatæ fuerint excolato, ac rurſus decoquito, omnibusq; ſemicoctis ollam ab igne remouebis, & atramentũ ſutorium cum modico aceto tritum paulatim inijcies, obſeruando ne efferueſcat, atque iterum placidiſſimo igne decoques, demum ubi inquinandi finem fecerint, opopanacem reſiduo aceto tritum immiſcebis: poſtea pollinem thuris, & ceruſſam ad ultimam minutiem redactam inſperges, ac tantum tepefacies, ut uniantur, obſeruando ne opopanax aut pollen comburantur: poſtea medicamentũ in mortarium effundes, & ubi refrixerit manibus ſubiges, uterisq; ad omnia quæ prędiximus. quod quidem cętera uulneraria medicamẽta antecellere experimento didicimus, eſtq; in hyeme quidem poſt ſeptem dies, æſtate uero poſt tres tantum à loco exoluendum. Nigrum inſigne ad plurimos uſus quod Panalithes appellatur: olei dulcis uncias ix. bituminis, ceræ, reſinæ piceæ, aridæ picis ſing. libram unam, ſpumæ argenti, ceruſſæ, æruginis ſing. drachmas decem, ammoniaci thymiamatis, thuris, aloes, myrrhæ ſing. drach. viij. opij, ſucci pomorũ mandragoræ ſing. drachmas ſex, aluminis ſciſſilis, atramenti ſutorij, chalcitidis, croci ſing. drachmas quatuor, aceti acerrimi quod ſufficit, omnia ſimul à ſpuma argenti ad crocum exquiſite ad fecis conſiſtentiam terantur, deinde coniecto in lebetem oleo bitumen ad fabarum quantitatem contuſum, ceramq; admiſceto, & nihil uerſando liquefacito, quibus colliquatis picem & reſinam piceæ adijcito: quæ poſtquam liquata fuerint, excolato, ac rurſus quantum ſuffecerit coquito, deinde reliqua trita imponito, & conficito. Facit hoc ad recentia uulnera, ad enſium, ſagittarum, lancearumq; punctiones, item ad contuſiones & fracturas, ſiue cum uulnere, ſiue abſq; uulnere fuerint. eodem fidenter ad neruos uulneratos, ad canum, luporum, urſorum, leonum, aprorumq; morſus utitor. confert & ad uenenoſorum, præcipue uiperarum ictus, ſi prius locus ſcarificabitur, ubicunq; membra intumuerint, & inde medicamentum applicabimus. Ad abſceſſus autem ducta ſimplici ſectione, & ſanie euacuata, hoc idem apponemus. uulnera enim repurgat, imò & quoſdam uulneratis uertebris ac talis ſanitati reſtituit. ego uero cuiuſdam manum uulneratam curaui, in qua enſis inter duo oſſa, ulnam inquam & radium, penetrauerat. ſed & ad ſcrotum inciſum mirifice confert, & ad inflammationes iocinoris, & lienis in febribus contingentes: duobus etiam corijs illitum, ut alterum pectori, alterum dorſo applicetur, ſanguinis ſcreatum reprimit. Ad inflammationes præterea irrigationis uicem ſupplebit, ſi ſumantur, huius quidem unc. tres. ceræ uero, reſinæ coctæ & picis ſing. unc. duæ, olei libra una. Quæ liquari debent liquato, & per colum traijcito, deinde medicamentum cum tribus hordei uncijs ex aceto tritis imponito, quod ijs quoque qui in iudicio flagellantur accommodari poteſt. Aegyptium Andromachi inſigne ad maximos ſinus conglutinãdos, ad oſſa carne denudata earundemq; diſſectiones, ad detortos & luxatos articulos, ad abſceſſus, ad hominum quadrupedumq; animalium, & reptilium uenenoſorũ morſus: fronti illitum fluores oculorum reprimit, maximas profundiſsimasq; enſium inciſiones tribus diebus ſanat, egregiam diſcutiendi uim habet, ut pus quoq; niſi plurimum fuerit ſine cutis perforatione

diſcutias

diſcutiat,membra quouis modo indurata emollit,maleficaqꝫ ulcera ad cicatricem perducit,quod ita conficitur, Ceræ,ſpumæ argenti ſing.drach.cxliiij.ammoniaci thymiamatis drach.lxij. terebinthinæ drach.xxxij. ſuccidarũ lanarum crematarũ drach.xviij.Ariſtolochiæ,thuris,ſquammæ æris ſing.drach.viij.ſquammæ ſtomomatis tantundem,myrrhæ drach.tres,opopanacis drachmas duas,olei ricinini,aut ſycionij,aut antiqui libras tres.ſpumam argenti cum oleo ricinino ad concretionẽ decoquito: deinde iniecta ſquamma rurſus bulliat,quouſqꝫ inquinandi finem fecerit,tum ceram primo deinde ammoniacũ tritiſſimum imponito,quibus liquatis terebinthinã addito,utqꝫ ab igne ſuſtuleris,thus ad ultimam minutiem redactum, & lanæ cinerem imponito, & ubi iam medicamentũ refrixerit manibus ſubigito, uterequꝫ interdum puro, interdum diluto. Panaceum, quod à quibuſdam trium fratrum appellatur,Heras uero ſanitatem uocat,faciens ad maleficas depaſcẽtias, eas enim coheret,neqꝫ cruſtas inducendo,neqꝫ adiacentes partes indurando, ſed quicquid putridum eſt infringendo & tabefaciendo, ut caro liquefacta, quæ uiſu diſcernitur, nihil à paſſulis humidis differat. Myrtino etiã oleo aut uino dilutum ſanguinis impetum,ſiue ab hęmorrhoidibus,ſiue aliunde erumpentem ſiſtit,imò & hęmorrhoidas ipſas arefacit,& abſumit,præterea carbones,ægylopas,chironia ulcera, omninoqꝫ quodlibet diuturnorũ & uix ſanabilium genus, mirum in modum curat: priuatim uero ad mammillarũ durities,earundemqꝫ cancros,& depaſcentias confert,facit & ad hydropicos,lienoſos,articulorumqꝫ morbos.item oleo liguſtrino dilutum in uterum inijcitur,cuicunqꝫ ulceri appoſitum,ſiue ferum,ſiue mitius fuerit,non leuiter prodeſt,dolores mitigat,uigilias emendat: roſaceo dilutum magnos ſinus & fiſtulas glutinat,ſi prius colluant̃.ſinus autẽ recentes mulſa prælui oportet, deinde exterius medicamentũ applicari, quod congrua ligatione adhibita integrę glutinationi ſufficiet.Ad fauos etiam inflammatos efficaciſſimũ eſt, ſed Democrates ad rabidi canis morſum, uenenoſorumqꝫ animaliũ ictus iam liueſcentes, & nigrefactos & ad medicatas ſagittas priuatim cõferre aſſerit, quod habet ſpumæ argenti,bituminis iudaici,terræ ampelitidis ſing.drach.cc. Thuris, propoleos ſing. drach.l. aloes, polij, centaurij, chalbanæ, aluminis ſciſſilis ſing. drach.xxv.chalcitidis uſtæ drach.xvi.chamæpytios,ſymphyti,radicis chamæleontis nigri, marrubij, helenij, ariſtolochiæ ſing. drach.xvi. gallarum,myrrhæ, iridis ſing.drach.xij. terebinthinæ drach.xxv. mellis attici unc.xv. olei noui libras viij. oleum,ſpumam argenti,terram ampelitidem, bitumen contritiſſimũ aſſidue uerſatum ne reſideat, placido igne decoquito,ocyſſime enim exuritur: atqꝫ ubi fecis conſiſtentiam perſpexeris, chalcitim inſpergito, bullireqꝫ ſinito, deinde alumine iniecto rurſus decoquito, quouſqꝫ inquinandi finem fecerit: atque interim in alio lebete chalbanam,propolim,& terebinthinam cum melle liquefacito, poſtea medicamento ab igne remoto,mel ipſum cum reliquis tepidioribus admiſceto: quæ cum recte unita fuerint,arida trita inijcito,& omnia ſimul conficito, atque in uaſe pelle operto ſeruato & utere,tanquam admirando medicamẽto. Sed & Archigenis nigro uti poteris, quod inter orthopnoica medicamenta ſuperius in octauo libro deſcripſimus.Nigrum Hiceſij ad omne nouum antiquumqꝫ ulcus præſertim ſummitatũ dolorem confeſtim mitigans & agglutinans: confert & ad canum morſus,ad dothienas,ad durities præcipue mammillarũ,ad ſedis condilomata, ad hydropem,& ad quæcunqꝫ diſcuti oporteat. eſt enim attractorium,diſcuſſorium,& agglutinatoriũ, ulcera malefica,ſtrumas,parotidas,perniones,uitiligines,clauos, nigredines, fiſtulas, & hæmorrhoidas inflatas ſanat, ſurculos & ſagittas euocat: facit ad uenenoſorũ reptilium ictus, ad quadrupedum morſus, quod ita conficitur, Spumæ argenti,bituminis,terræ ampelitidis ſing.drach.cc.thuris,propoleos,

ceræ ſing. drachmas quinquaginta, terebinthinæ, chalbanæ, aluminis ſciſſilis ſing. drach. xxv. chalcitidis, drach. viij. myrrhæ, iridis, gallarum ſing. drach. xij. mellis libras tres, olei omphacini recentis lib. viij. Panacæi modo decoquito tedacea ſpathula iugiter uerſando, ne reſideat: cito enim inflãmatur. Aſclepiadæ nigrum ad oſſium fracturas optimum: hoc ego uſus ſum ad fracturas oſſium fluitantium, & cum cæteri huiuſmodi oſſa auferenda eſſe cenſerent, nihilominus præter opinionem contulit: oſſa enim fluitantia & ab alijs oſſibus ſeparata, ita efficaciter detinet ut in tophi ſpeciem quem porum uocant ſimul coaleſcant, quod ita habet, Spumæ argenti drach. ccl. bituminis drach. cc. ceræ, picis ſing. drachmas centum, reſinæ piceæ drach. quinquaginta, aluminis liquidi, propoleos ſing. drach. xxx. ammoniaci thymiamatis drach. xxiiij. æruginis drachmas decem, olei drach. xlv. ſpumã argenti cum oleo decoquito, donec inquinandi finem fecerint, deinde ceram & bitumen priuatim nihil uerſando colliquato, tum piceam imponito, atq; omnia hæc per colum traiecta ſpumæ argenti decoctæ admiſceto, poſtea ammoniacũ tritiſſimum addito, & rurſus ad probam ſoliditatem decoquito, inde propolim, & reſinam piceæ præmollitas inijcito, utq; ab igne ſubſtuleris alumen & æruginem ad ultimam minutiem redacta cum cæteris unito, poſtremo medicamentũ in aquam aceto permixtam infundito, & manibus ſubigito. Aliud Pallas inſcriptum. Cadmiæ drachmas uiginti, æris uſti, malicorij, ariſtolochiæ rotundæ & longæ, ſalis ammoniaci, ſquammæ, nitri, aluminis ſciſſilis, aluminis rotundi, iridis, miſyos, atramenti ſutorij, chalcitidis, æruginis, aloes, myrrhæ, thuris, ammoniaci thymiamatis, chalbanę ſing. drachmas triginta, ceræ, picis ſing. drach. centũ, uel ut alij cc. colophoniæ drach. cccc. olei uncias ſex. Hoc quidem in Oribaſij monumentis ita iacet. Aſclepiades uero habet aloes drach. xij. zingiberis tantundem, ammoniaci thymiamatis drach. xvi. Arida ſub æſtiuo ſole quot diebus ſuffecerit terito, quibus deinde quæ liquari debent liquata adijcito, & ſimul conficito. confert ad cruentos ſinus, & ad maxima capitis uulnera ſine inflãmatione conglutinanda. idem cum liquido cerato dilutum linamentis utiliſſime imponitur, ad uulnera punctionesq; neruorum, ad muſculorũ ſectiones, ad capitis ulcera, ad fiſtulas, ulcerumq; receſſus: oſſa corrupta ſine perforatione educit, facit ad depaſcentias, putredines, cancerosos affectus, ad inguinũ, axillarum, & colli nigreſcentia, & cicatrici renitentia ulcera, omninoq; deſiccãdi uires habet, quæ quidem de ipſo laudes ab Aſclepiade traduntur. Nigrum è ſalice confectum inſigne, & ad plurimos uſus: confert ad cruenta uulnera, ad exolutos articulos, ad fiſtulas, flacceſcentes marcore carnes præcipue ſummitatum appoſitum emendat, eryſipelata plurimosq; alios affectus qui ſine oſſium fractura euenerint, ſanat. pectori & dorſo illitum ſanguinem excreantibus, tabidis, & empyicis, medetur. Quod ita habet, Ceruſſæ, gallarum, aluminis ſciſſilis, aluminis rotundi, melanteriæ ſing. uncias ſex. malicorij tantundem, ceræ, reſinæ piceæ, picis, bituminis, foliorũ ſalicis uirentium, olei ſing. libras duas, & uncias quattuor, atramẽti ſutorij unc. vi. aceti ſextaria vi. ſalicis folia cum aceto ad tertias decoquito, deinde folijs contritis, primo æruginem, ceruſſam, & melanteriam ad ultimam minutiem redactas, poſtea reliqua arida admiſceto. poſtremo quæ liquari debent, liquata adijcito, & ſimul conficito. Aliud è ſalice ad Critonem & Herodotum relatum: melanteriæ, gallarum, aluminis ſciſſilis, aluminis rotundi ſing. unc. vi. ceræ, bituminis, picis aridæ, reſinæ piceæ, foliorum ſalicis ſing. libras duas, olei libras duas, aceti ſextaria vi. confice ut dictum eſt. Aliud ex Oribaſio è ſucco ſalicis, quod Magnus, inquit, inuenit ad deſtillationes conferẽs, Salicis folia uirentia ſub ſole terito, poſtea in ollam fictilem nouã cum uino quod ſuffecerit conijcito, & adhibito operculo placido igne perquam diu decoquito,

deinde

deinde per colum ſpiſſum traijcito, abiectiſq; folijs primo expreſſis, ſuccum confectioni ſeruabis. poſtea ſumito colophoniæ unc.xxiiij. olei unc.ij. ſucci lib.unã. colophoniam prius tranſcolatam placido igne decoquito, quouſq; in aquam iniecta, & manibus ſubacta non amplius inquinet, inde ceræ unc.xxiiij. admiſcebis, qua liquata ollam ab igne auferes, & ſalicis ſuccum adijcies, uinũ inquam in quo folia decocta ſunt paulatim inſtillando, ne turgeat: tum rurſus mitiſsimo igne leuiter decoques ut medicamentum reſideat, quod ubi confectum fuerit in mortarium eodem ſucco humefactum infundes, & manibus exquiſitiſsime ſubiges.

Aliud, Cyzicenum uocatum, faciens ad recentia & antiqua uulnera, & depaſcentias, durities præcipue mammillarũ diſſoluens, euocans, repurgans, replens, agglutinans, & ad cicatricem ducens, canceroſos affectus & fiſtulas ſanans, & ubi ſcalpri uſus admoueri non poteſt, ueluti in collo collyrium huius medicamenti imponemus, uicem enim fiſtularis ſupplebit. idem infeſtos abſceſſus & panos mitigat, ganglia diffundit, abſceſſuum collectiones faſtigiat, & effringit, ſagittas & ſurculos euocat, cruſtas ſine moleſtia extrudit. ad ſinus uero magnos ſplenijs illinendum eſt. præterea ſtrumis conuenit, & ueſicæ uitijs ſummopere opitulatur: ſumini appoſitum ſanguinis eruptiones ſiſtit, thoraci & dorſo illitum tabidis medetur, quod ita habet. Thuris, myrrhæ, croci, iridis, bdellij, atramenti ſutorij, propoleos, aloes, chalcitidis, miſyos crudi, aluminis rotundi, radicis panacis, malicorij, ammoniaci thymiamatis, uiſci, opopanacis, æruginis, acaciæ, florum roſarum ſingu. drach.viij. æris uſti drach.xxiiii. alij pro ære ſquammæ tantundem imponunt. ariſtolochiæ, gallarum ſingu. drach.xvi. terebinthinæ drach. cxliiii. ceræ unc.xxxii. adipis uituli tantundem, aceti aut uini antiqui ſextarium. Si ergo medicamentum acre diſcuſſoriumq; etiam malueris, acetum eligito, ſin adſtringens & repulſorium, uinum præferto: arida & quæ ad ſuccorum naturam accedunt, è uino aut aceto terito: deinde ceræ cum adipe colliquatæ & tranſcolatæ terebinthinam adijcito, ſimulq; ad quandam conſiſtentiam decoquito, tum propolim ac uiſcum ſeriatim imponito, ſpathulaq; agitato, quibus ſolutis quæ prius trita fuerunt, paulatim addito & ualidiſsime uerſato, poſtremo in mortarium coniecta, unito & manibus ſubigito. Ego uero neq; acetum, neq; uinum adhibeo, ſed arida omnia tantum contero, & inijcio. nam ſi uinum uel acetum uel aquam medicamentũ ſuſceperit, ad conſiſtentiã non perueniet. Moſchionis medicamentũ ad oſſium fracturas quæ uulneri adiunctæ ſint: ſimul enim & uulneribus medetur & oſſibus tophaceam ſubſtantiam inducit, ſi cum congrua ligatione applicetur. facit & ad inchoantem hydropem, teſtium contuſiones, & iridis eminentias corrigit. cum butyro dilutum rhagadibus, & gutturis ramici conuenit, omnem duritiem diſſoluit, tubera reprimit, manuum pedumq; calloſos tumores, quos clauos uocant, abſque exulceratione aufert, omninoq; utiliſsimum medicamentum eſt, quod ita conficitur, Spumæ argenti uncias tres, picis aridæ, adipis uituli ſing. unc. uiginti, terebinthinæ, pollinis thuris ſing. uncias decem, ceræ uncias quinq;, æruginis, opopanacis, chalbanæ ſingu. unciam unam, picis liquidæ ſelibram, aceti, ſucci mororum, olei ricinini, uel ſicyonij, uel antiqui ſing. heminam, id eſt libram unam. ſpumam argenti cum oleo decoquito, & ubi ferbuerit adipem inijcito, ſinitoq; ut bulliant, quouſque inquinandi finem fecerint: tum ceram & picem imponito, quibus liquatis picem liquidam & ſuccum mororum priuatim ad concretionem decocta, reliquis admiſceto & unito: utq; ab igne ſubſtuleris, pollinem thuris contritiſſimũ, deinde æruginem inſpergito: poſtremo opopanacem cum aceto dilutum immittito. iamq; confectum medicamentum in uinum transfundito, ſinitoq; tribus diebus madeſcere, poſtea manibus diligenter ſubigito, & utere poſt

medicamenti autem applicationem, thorulum aut faſciam uino irrigare oportet. Quod uero ſtatim deſcribetur ſatis ſuccum non habet. Eſt autem medicamentũ ad oſſium fracturas efficax, ad cruenta uulnera, ſinusq́; glutinandos, & capiti idoneum, quod habet, ſpumæ argenti, adipis tauri, picis aridæ ſing. unc. xx. uel ut alij unc. xvi. olei ricinini, aut ſicionij, aut antiqui unc. x. terebinthinæ, pollinis thuris, aut ipſius thuris ſing. unc. viij. ceræ unc. iiij. opopanacis, chalbanæ, æruginis ſing. unc. i. uiſci unc. vi. ſpumam argenti cum adipe & oleo uſque ad probam ſoliditatem decoquito, deinde ceram & picem, poſtea terebinthinã inijcito, & ſtatim ab igne auferto, atq; ubi quadantenus refrixerint, reliqua prius aceto trita admiſceto paulatim inſtillando, ne efferueſcant, rurſusq́; admota carbonibus ſenſim decoquantur, quouſque inquinandi finem fecerint, ac demum commollito, & utitor.

Emplaſtrum inſigne ingentes ſinus ac fiſtulas ſanans, ſurculos & ſagittas educens, inflãmationes & duritíes diſſoluens, coxendicibus & renum uitijs extra illitum medetur. Quod habet, ſpumæ argenti unc. x. olei unc. xv. picis aridæ, colophoniæ ſing. unc. xvi. taurini adipis tantundem, miſyos, iridis, calcis uiuæ ſing. unc. iij. atramenti ſutorij unc. i. s. ſpumam argenti cum oleo uſque ad probam ſoliditatem decoquito, deinde liquabilibus adiectis & excolatis rurſus paulatim decoquito, poſtea ubi quadantenus refrixerint, reliquis prius in mortario ex aceto tritis cõmiſceto. Theriaca ex centaurio cui adſtipulatur Oribaſius, facit ad neruorum muſculorumq́; uulnera & punctiones, ad ferarum & rabidi canis morſiones: ſinus antiquos glutinat, & ad cicatricem ducit, præcipue uero reptilium ictibus aduerſatur, genuum fluores & ulcera ſanatu difficilia compeſcit, quæ ita conficitur: ſpumæ argenti unc. vi. olei antiquiſſimi unc. iiij. reſinę piceæ aridę unc. xxxij. ammoniaci thymiamatis, propoleos, thuris ſing. drach. xij. ceruſſæ drach. viij. æruginis, chalbanæ, ariſtolochiæ rotundæ, centaurij ſing. drach. iij. thuris, aloes, iridis, gallarum, chalcitidis ſing. drach. iij. ſpumam argenti cum oleo, uſque ad mediocrem conſiſtentiam decoquito, deinde ſquammam, æruginem, ceruſſam, & chalcitim immiſceto, & ubi inquinandi finem fecerint, propolim, ammoniacũ, & chalbanam, prius in mortario contuſa inijcito, poſtea ubi ab igne ſuſtuleris, & quadantenus refrixerint, reliqua arida ad ultimam minutiem redacta apponito, ac iam plane refrigerata manibus cõmollito. Alia ex dictamno cuius uis admiranda eſt, ad neruorum, muſculorũ, chartilaginumq́; ſectiones, ulcera etiam antiqua, & difficulter ſanabilia compeſcit, oſſa corrupta, acus, & ſurculos euocat, habetq́; diſcutiendi uires: confert & ad omnes uenenoſorũ ictus, fronti illita oculorum fluores reprimit. Eſtq́; ad pleuriticos & hepaticos efficax mollitorium cum emplaſtro è ſuccis confecto, eadem oleo æquis ponderibus diluta inflammationes egregie diſcutit. Quæ habet, ſpumæ argenti drach. centũ, colophoniæ drach. viij. ceræ drac. xxv. ammoniaci thymiamatis drach. xvi. mannæ thuris, chalbanæ ſing. drach. xij. æris uſti, æruginis, dictamni, aloes, propoleos ſing. drach. viij. diphrygis, ſquammæ æris, gentianæ ſing. drach. vi. olei antiqui lib. ij. Herbas uero dictamni & ariſtolochiæ ſing. drach. decem, & ammoniaci thymiamatis drach. xxv. admiſcet, in reliquis poſtea conueniens. Hoc autem conficies quemadmodũ Alici emplaſtrum, aut tyrium ſupra docuimus. illud obliuiſci non oportet, herbas non niſi ſublato ab igne medicamento ad ultimam minutiem redactas eſſe immittendas. ſed & Democrates in cæteris ſimilis, dictamni tantum drachmas decem, diphrygis drach. octo, imponit, & ad mammillarum, colli, ſpinæq́; ulcera conuenire aſſerit, quamuis antiquiſsima fuerint.

Emplaſtra mollitoria & diſcuſſoria ad plurimos uſus. Cap. XIIII

EMplaſtrum nigrum Aſclepiadis, quod Achillæum inſcribitur, mammillarũ

duritíes

duritiės, & teſtium inflammationes diſcutiens. Hoc medicamento tanquam præ cęteris omnibus diſcutiendo efficaciori uti debemus, quod omnino plurimis morbis medetur. locus autem prius abluendus eſt, deinde medicamentum applicandum, quod ita habet, Spumæ argenti lib. vi. picis brutiæ lib. iiij. bituminis, reſinæ piceæ aridæ ſing. lib. vi. terræ ampelitidis lib. ij. ceræ lib. iiij. thuris lib. i. s. aluminis ſciſſilis, aloes, myrrhæ, ſing. unc. iiij. olei omphacini antiquiſsimi lib. viij. ſerapiadis lib. vi. aceti quod ſufficit, confice ut Panacæum. Nigrum è lolio ad Heram relatum diſcuſſorium, facit ad fiſtulas, & ad alarum inguinumq; abſceſſus, ut nihil abſcindi chirurgica manu oporteat, ſed facta tantum perforatione ranieq; expreſſa medicamentum applicari. Duobus uero corijs illinendum eſt, alio penes aliud applicato, neque humor è ſplenijs abſtergendus. ambibitur enim ualidiusq; medicamentum efficitur, quod ita paratur. Picis lib. ij. reſinæ piceæ aridæ unc. ix. ceræ hetruſcæ, ceræ ponticæ ſing. unc. iij. olei antiqui unc. v. His quæ liquari debēt colliquatis & tranſcolatis, ubi feruere deſierint loliaceam farinam inſpergito, & bitumen prius in quatuor aceti uncijs dilutum infundito, omniaq; ſimul in mortario conficito, & manibus aqua frigida humectatis dudum ſubigito. eſſe autem oportet bituminis unc. i. s. loliaceæ farinæ unc. xiiij. facit & ad maleficas mammillarum durities, parotidas & perniones. Emplaſtrum ſubſtantia inſcriptum, quo nullum neq; magis deſiccat, neq; magis dolores mitigat, aut prorſus præſtantius inuenitur, facit ad ſanguinis ſcreatum, ad articulorum laterumq; durities, ad gangrenas, ſinus, ſtrumas, ulcera chironia, fiſtulas, ægilopas: ſagittas euocat, intra ſeptem dies hydropicos ſanat, iocinori & lieni ſummopere congruit. ſi enim pluribus diebus illinatur, lienem penitus delet. confert & podagricis, ac coxendicum uitio laborantibus, quod ita conficitur. Spumæ argenti contritiſsimi drach. xx. ceruſſæ, æruginis, ſing. unc. ij. s. ſquammæ, thuris ſing. unc. i. bituminis unc. viij. reſinæ piceæ unc. x. s. ceræ unc. xvi, picis unc. xxxij. olei unc. vi. Alius codex habet ammoniaci thymiamatis drach. vi. chalbanæ unc. vi. ſpumam argenti & ceruſſam cum oleo ad probam ſoliditatem decoquito, nonnulli ſimul cum ijs in principio bitumen quoq; conijciunt, utunturq; eo ubi magis deſiccare cogitauerint, deinde reliqua ſeriatim imponito, ſicut ſæpe docuimus. ſi uero plus æquo decoxeris duricies non emolliet. Emplaſtrum Ebrietas inſcriptum uires habens per halitum digerendi rarefaciendiq; & duricies inflammatas diſcutiendi. Eodem ad oſſium fracturas, ad cruenta uulnera, ſpaſmata, rupturas, uulſiones, coxendices, & calculos utimur, & ad omnes capitis morbos utiliter illinimus, interdum fronti & temporibus, interdum uertici deraſis capillis, quod habet, Spumæ argenti unc. ix. olei antiqui unc. vi. olei roſacei, ceræ ſing. unc. ij. adipis taurini, terebinthinæ, thuris ſing. unc. iiij. picis unc. ix. chalbanæ, opopanacis, æruginis ſing. unc. v. aceti ſextarium, confice ut dictum eſt. Emplaſtrum diachylon, id eſt, è ſuccis confectum uulnera neruorum ſine inflammatione conſeruans, ſectiones glutinans, inflammata ulcera & uulneratos muſculos abſq; alio cataplaſmate aut fomento ſanans: congruit & podagricis quocunque tempore illitum, ad uteri inflammationes tam diutinas, quàm recentes peſſarium efficaciſsimum eſt. roſaceo aut myrtino oleo dilutum caua ulcera replet, citoq; ad cicatricem ducit. utq; ſummatim dicam, reliquū omne cataplaſma, aut cuiuſq; generis medicamentū ulceribus extra applicatum, ijs qui huius copiam habuerint prorſus ſuperuacuum eſt. Duricies etiam mollit, ac diſcutit, ſi cæteris miſceatur, quæ ad hos uſus idonea fuerint, quod ita præparatur, Olei pinguis & recentis æſtate quidem lib. vij. s. hyeme uero lib. iiij. ſucci libras iiij. Oleum cum ſucco ſuper carbonibus decoquito, & ubi feruere tenuesq; bullas emittere incęperit, ſpuma argēti iniecta ſinito, ut placido lugiq; igne

ſimul bulliant, donec ſuccus cum pingui conficiatur, medicamẽtumq; inquinandi finem fecerit, flauumq; & iucundum colorem ſuſceperit, ſed nondum ruffum attigerit. poſtea ab igne ſublatum uerſato, ac refrigerato, manibusq; diligenter ſubigito, & paſtillum magnum conficito, deinde uſus tempore ſumimus medicamẽti quidem partes duas, ceræ uero & olei ſing. partẽ unam, uel plures ſi res exegerit.

Succi præparatio. Succus autem ita paratur. Aquæ ſext. xx. radicum agreſtis maluæ recentium lib. iij. fœnogræci, ſeminũ lini ſing. ſemiſextariũ. radices maluæ lotas & contuſas aqua madefacito. poſtridie fœnogræcũ expurgatum, & lotum adijcito, & madefieri ſinito. perendie ſemen lini ſimili modo ablutum, quarto die uſq; ad probam craſſiciem decoquito, & per colum traiectum ad medicamẽti confectionem admittito. Ego uero, inquit Oribaſius, duodecim aquæ ſextarijs maluæ lib. iiij. fœnogræci ac ſeminum lini ſing. ſextarium admiſceo. Aliud è ſuccis ex Oribaſij monumentis, Spumæ argenti, olei ſing. lib. ij. ceræ unc. viij. fœnogræci, ſeminũ lini, radicum altheæ, ptiſanæ ſing. portiones æquas præmadefactas decoquito, quouſq; craſſiſſimus ſuccus reddatˢ: cuius poſtea tranſcolati lib. ij. decoque, ut prędiximus. Aliud emplaſtrũ è ptiſana: fœnogræci, ſeminis lini, ptiſanæ ſing. unc. i. meliloti, radicis altheæ ſing. unc. ij. hæc diligenter expurgata, & lota duobus diebus in moderata aquæ quantitate madefacito, & decoquito, quouſq; ſuccum reddiderint, cuius trãſcolati ſumito lib. ij. olei antiqui lib. iij. & ſimul decoque, donec oleum tantum remanſerit, cui poſtea admiſcebis taurini adipis unc. vi. colophoniæ tantundem, ceræ lib. i. chalbanæ unc. i. id quopiam unguento ſolutum habet etiam relaxandi uires. Aliud emplaſtrum è pſyllio. Spumæ argenti lib. iiij. olei dulcis lib. vij. ceræ lib. i. reſinæ piceæ lib. vij. ſucci pſyllij lib. iij. ſuccum uero ita conficies. tres pſyllij uncias in quinq; aquæ ſextarijs madefacies, deinde decoques excolatumq; rurſus cum oleo & ſpuma argẽti ad probam conſiſtentiã decoques, tum adiectis liquabilibus ad omẽs induratas inflãmationes uteris. Aliud è pſyllio ſimplicius, inflãmationibus, intertriginibus, exanthematibus, panis et podagris cõueniens, quod habet ſpumæ argẽti, ceruſſæ ſing. unc. ij. ceræ unc. vi. olei roſacei lib. i. ſucci pſyllij lib. iij. confice & crudo utere, non enim decoquitur. Aliud ſimplicius è pſyllio, inflammationibus podagricis pręſertim in ipſa acceſſione occurrens, quod habet pſyllij unc. iiij. in duobus aquæ ſextarijs præmadefactas decoquito, deinde ſuccum per colum traijcito, illicq; ceræ unc. vi. olei lib. i. admiſceto, ac ſpathula uerſando conficito, & utere tanquã experto. Aliud è ſerapiade ad panos, exanthemata, & intertrigines faciens, quod ita præparatur, Spumæ argenti lib. i. olei lib. ij. ſucci ſerapiadis quam triorchin uocant lib. iij. ſpumã argenti cum oleo & ſucco ad probam ſoliditatem decoquito, & utere. Pſittacium ex althæa Poletis: corticẽ radicis altheæ herba uigente in pila contũdito, deinde in æneum ſeu fictile uas translatũ uino albo & uetuſto, odorato, & adſtringenti reſpergito, ita ut tantũ humeſcat: deinde operito ac tribus diebus permittito, quarta in pila rurſus contundito, ſuccoq; inde ualide expreſſo, ſumes colophonię unc. xxiiij. ceræ unc. iiij. olei, æruginis ſing. unc. ij. & ſucci duas atticas heminas, atq; hoc modo pręparabis. colophoniam cum oleo liquatam & tranſcolatam placido igne piceæ lignis incenſis, tædacea ſpathula uerſando decoquito, quouſq; in aquã inſtillata ſolidior euadat: deinde ceram adijcito, qua eliquata ollam ab igne remoueto, & ubi refrixerit, ſuccum paulatim infundito, diligenter obſeruando ne efferueſcat: facile enim intumeſcit, ut ab olla effundatur. ubi uero conſtiterit, rurſus igni admoueto, & poſtquam incaluerit, æruginẽ immittito, tollitoq; ab igne, & refrigerato. quod poſtea manibus dudum ſubiges, ut exquiſite uniatur. facit ad noua & antiqua ulcera. ad ferarũ canumq; morſus, uirus ab ulcere educendo: ad panos & ſtrumas, aut enim

diſcutit

diſcutit,aut ſuppurat,aut effringit,aut materiam ad ſuperficiem euocatam,ueluti in hypopijs ſolet,per halitum digerit.præterea dolores egregie ſedat,ſcabiem ſcabioſosq́; ungues lepram & uitiligines exterit,à quibus non niſi poſt ſeptimũ diem exolui oportet:infixos acus et ſurculos euocat,podagricis inflãmationibus in ipſa acceſſione occurrit,tumentes articulos & ganglia diſſoluit,fauos & ficus compeſcit, hydrocephala infantium ſanat,lienis duritiem emollit, cancros non ulceratos mitigat,imminentemq́; eroſionem prohibet, peſſulo illitum menſes ducit, ſumini applicatũ calculos pellit,urinæ difficultatem emendat,aluum detentam prouocat, roſaceo dilutum plantarũ rhagadas curat,ulcera,præcipue pudendorũ & teſtium purgat,& incarnat,& ſi abſq; ærugine cõficiatur,ſerpentia ulcera reprimit, & oſſium fracturas iuuat irrigationis uice appoſitũ,dolores enim reſtinguit. Fit etiam ex roſaceis altheæ floribus efficaciſſimũ medicamentũ hoc pacto:flores roſis aſſimilati exemptis unguibus tunduntur,ad ultimamq́; minutiem rediguntur,quorũ poſtea ſumuntur partes duodecim,colophoniæ partes trigintaſex,ceræ partes ſex, olei partes duæ,omniaq́; ſimul cõficiuntur,& manibus exquiſite ſubiguntur.utere ad omnia, quæ prædiximus. priori enim utilius eſt, ac magis dolores mitigat. Emplaſtrum è ſemine lini ad Poletem relatum, pectoris morbis conueniens, neruoſarum partium inflammationes diſcutiens,doloremq́; mitigans. facit & ad tumentes articulos, quod ita conficitur: ſeminis lini partes duas, farinæ hordeaceæ partes tres, colophoniæ partes quatuor, reſinæ piceæ liquidæ, uel ſi haberi poteſt cupreſſinæ,partes duas,ſeminis thlaſpios partem unam,florum chamæmali,pilularum cupreſſi clauſarũ ſing. tantundem,olei partes duas. ceræ ſuper carbonibus cum colophonia liquefactæ oleum admiſceto, quibus uerſatu aſſiduo confectis, & ab igne ſublatis cupreſſi pilulas contritiſſimas,& cribro excuſſas imponito, diligenter obſeruãdo ne intumeſcant, deinde farinam,ſemen lini, reſinam liquidam ubi ſeriatim adieceris, rurſus igni admoueto, & paulatim donec uniantur decoquito, poſtea procul ab igne, chamæmalum, & thlaſpim inſpergito & conficito. demum medicamentum in mortarium frigidæ ſemiplenum conijcito & manibus diligenter ſubigito. Elephantinũ De elephantino Poles libro ij. Id ego,inquit, prius inueneram, ſed poſtea longo uſu ductus immutaui, cumq́; facilius ſpecioſius,ualidiusq́; intellexiſſem,in hunc ſecundũ librum retuli. Quod habet dorycnij ſeu ſolani ueſicarij unc.x.radicis mandragoræ unc.viij.radicis panacis unc.vi.colophoniæ uncias duas,reſinæ piceæ liquidæ unc.iiij. opopanacis unc.duas, ceræ, terebinthinæ ſing.unc.xij.bdellij unc. xx.aceti lib.i. uel plus.quidam & potamogitonis unc.xx.adijciunt,eum tamen non habet deſcriptio. Aliud Elephantinũ quod articulorum dolores mollit ac diſcutit,podagricorũ callos, & eos qui ob oſſium fracturas euenerint ſoluit, panos, ſtrumas difficiles, & quamlibet duritiem uehemẽter emollit.quod ſi experiri uolueris, eboris aut cornu ramentum illinito, ac triginta,uel quadraginta diebus alligatũ permittito, deinde exoluito, neq́; iam inuenies oſſis,aut cornu naturam, ſed aliud quidpiam, quod libere inflecti poſſit. ita uero conficitur. Radicis corticis dorycnij,uel ſolani ueſicarij,ſiue uirentis,ſiue in umbra exiccati,corticis radicis mandragoræ ſing.unc.viij.radicis panacis unc. vi. opopanacis unc.viij. potamogitonis uirentis quem quidam ſitem appellant, bdellij, reſinæ piceæ liquidæ ſing. unc.xx. terebinthinæ unc.xij. ceræ unc.ij. aceti acerrimi candidi unc.viij. mandragoræ & ſolani ueſicarij cortices uirentes quidẽ in pila tundito,poſtea in mortario ſubigito,aridos uero cum panacis radice terito & cribrato:bdellium ſimili modo terendum,cribrandumq́; eſt, potamogiton comminuendus: tumq́; omnia in pilam coniecta, cum opopanace tundenda acetum paulatim inſtillando, cumq́; ſimul confecta fuerint, quæ liquari debent, liquata

& tranſ-

& tranſcolata ad probam conſiſtentiam decoques, cæteriſq; admiſcebis, & refri-
geratum medicamentum manibus ſubiges, inq; fictili uaſe adiecto aceto ſeruabis,
& ne tranſpiret diligenter operies. Emplaſtrum ex ſacra herba uel uerbenaca ad
Poletem relatum. uerbenacæ recte uigentis cum radice euulſæ, & in umbra exic-
catæ tuſæq;, ac cribratæ unc. vi. colophoniæ unc. xxiiij. ceræ unc. iiij. olei unc. ij.
Quæ liquari debent liquato, tranſcolato, & ad probam conſiſtentiam decoquito,
poſtea uerbenacam adiectam ſimul conficito, & utere. facit ad omnem capitis do-
lorem, ad hemicraneam, ad oculorum deſtillationem, ad dentium dolores, ſi extra
applicetur, ad ſcorpionũ ictus, ad neruoſarũ partium inflammationes uniuerſas,
omninoq; illitum loca ſine defluxu conſeruat. Geranium Poletis facit ad relaxa-
tionem craſſitudinemq; neruorũ, qui reſolutionis diſcrimen ſubeunt, ad omneſq;
diſtillationes tumeſcentes inflammatoſq; articulos, ad ganglia, ſteatomata, athe-
romata, ſtrumas, panos, & quæcunq; molliri, attenuari, eſtringi, à pure abſtergi,
firmariq; poſtulant. his enim omnibus utile medicamentũ eſt, quod ita cõficitur:
Ramenta æreæ ſtatuæ ſordidæ, & æruginoſæ, quod aſſidua olei inunctione pau-
latim euenerit unc. xxiiij. ceræ tantundẽ, ſandycis, ſandarachæ, terebinthinæ ſing.
unc. xij. quod ſi ſtatuæ ramenta aridiora fuerint, impone terebinthinæ drac. xxiiij.
omnes gruis pennas hoc modo cremato: in ollam nouam totam argilla exterius il-
litam & arefactã, gruis pennas conijcito & operito, illitoq; operculo ollam in for-
nacem mittito, quam ubi totam exterius ignitam uideris, extrahito, refrigerariq;
ſinito. ea deinde aperta pennas in unum collectas crematasq; inuenies, quas con-
teri oportet, longoq; antea tempore præparari, ac ſeruari. ita igitur medicamentũ
conficies: ceræ & reſinæ liquatis, & tranſcolatis ſandycem, & ſandaracham ad ul-
timam minutiem redactas adijcies, uerſabiſq;, donec omnia probe commixta fue-
rint, poſtea ubi ab igne ſubſtuleris, pennarum cinerem admiſcebis, & ſimul confi-
cies: deinde medicamento quadantenus refrigerato ſtatuæ æruginem è modico
aceto tritam impones, atq; in mortario diligentiſſime ſubiges, & uteris. Empla-
ſtrum Poletis è bugloſſo. Bugloſſum herbã cum radice euulſam, & in umbra ex-
ſiccatam terito, & tenuiſſimo cribro excutito, cuius deinde ſumes partes quatuor,
colophoniæ, reſinæ piceæ liquidæ, ceræ ſing. partes octo, olei partes quinq;. colo-
phoniam cum aceto placido igne decoques, ſpathulaq; uerſabis. ubi uero tentanti
tibi durior apparuerit, reſinam liquidam inijcies, ac rurſus decoques, donec inqui-
nandi finem fecerit, poſtea ceram impones, utq; ab igne ſuſtuleris cribratam her-
bam immittes: poſtremo medicamentũ in mortarium aqua ſemiplenũ infundes,
dudumq; manibus ſubiges. facit ad omnes inflãmationes, ſtrumas, parotidas, pa-
nos, percuſſiones, & illiſiones, ad antiqua, & malefica ulcera, ad uulnera neruorũ,
ſinus, fiſtulas, depaſcentias, repurgat, mollit, contrahit, attenuat, & quędã diſcutit,
quædam frangit, replet, & ad cicatricẽ ducit, ſenilium, puerliumq; ulcerũ dolores
confeſtim mitigat, liuores omnes exterit. Ego uero deficiente bugloſſo Nycteri-
dem herbam accepi, quam quidam Helenæ unguentum uocant, & ad coxendices
adhibui, mirumq; in modum profeci. Emplaſtrum ex achate lapide Poletis. La-
pides quos Achatis appellant, leoninæ pelli colore ſimiles, in fabrorum fornacem
mittito, ingeſtiſq; carbonibus ualide inſufflato, atque ubi ignitos lapides inſpexe-
ris, forcipe extrahito, refrigeratoſq; terito, & ſubtiliſsimo cribro excutito, deinde
ſumito colophoniæ drach. xlviij. reſinæ piceæ, & ceræ ſing. unc. viij. olei unc. iiij.
achatum lapidum uſtorum unc. v. colophoniã ſimul cum oleo liquefactam deco-
quito, quouſq; inquinãdi finem fecerit, tum ceram primo, deinde reſinam utranq;
prius liquatam & excolatam inijcito: quibus unitis lapidum cinerem imponito,
finitoq; ut rurſus uſq; ad moderatam ſoliditatem coquantur: deinde medicamen-
tum in

tum in frigidam aquam coniectum refrigerari ſinito, dudumq́; manibus tanquam paſtillum ſubigito, utereq́; ad ſcorpionū, uiperarū, uenenoſorūq́; animaliū ictus. facit & ad concoctu ſanatuq́; difficiles tumores, ad ſcirrhos, ad liuedines: habet etiam uelocem ſuppurandi uim, ſtrumas uel diſcutit, uel maturat & frangit, eritq́; ad ſtrumas efficacius, ſi capparis folia urentia aut corticem exquiſitiſsime triueris, illisq́; emplaſtrum calefactum & remollitum probe miſcueris. Emplaſtrum pathygrum breuioribus inflāmationibus ad duritiem quandam inclinantibus conferens. Quod habet adipis porcini exēptis fibris unc. xliiij. ceræ unc. xxiiij. ſpumæ argenti, cerußæ ſing. uncias vi. liquabilia cum aridis permiſceto, manebit quidem medicamentū quopiam tempore liquidius, ſed poſtea paulatim ad probam conſiſtentiā perueniet. Emplaſtrū è buccinis quo Xenocrates abſceſſum malleoli iam ſuppuratū diſcuſſit. inflāmationes uero induratas præſertim parotidas, priuſquā tranſmutentur mirum in modum diſſoluit. Quod habet ſpumæ argenti drach. cc. ceræ drach. lij. olei antiqui lib. iij. cerußæ drach. viij. terebinthinæ drach. lij. buccinarum uſtarum drach. x. thuris drach. xix. aquæ ſextarium. ſpumam argenti, & cerußam ad ultimam minutiem ſeorſum redactas, rurſus cum aqua terito, deinde adiecto oleo, & unito à mortario in ollam transferens placido igne decoques, aſſiduéq́; uerſabis, ne ſubſideat: tum ubi omnia ſemicocta fuerint, ceram primo, poſtea thus tritiſſimum inijcies, & ad probam conſiſtentiam, non tamen ad multam duritiem decoques. poſtremo cinerem impones, & ubi paululū conferbuerit, medicamentū ab igne auferes, & in mortariū aqua humefactum effundes, dudumq́; manibus ſubiges, ut glutinoſum reddatur. temporis enim progreſſu durius buccinarum ratione efficitur. Emplaſtrum Dionyſias inſcriptum, inflammationes, & abſceſſus pręcipue mammillarū diſcutiens. omnis enim humor per cæcos meatus difflatur, ſed & durities, parotidasq́; diſſoluit. Quod habet ceræ, terebinthinæ, aphronitri, olei antiqui ſing. unc. vi. miſyos crudi unc. unam, aquæ quod ſufficit. Aphronitrū & miſy cum aqua diluito, & cum oleo affatim decoquito, tum ceram primo, deinde terebinthinā inijcito, ſinitoq́; ut ſimul bulliant quouſq́; inquinandi finem fecerint, nec tamen ad nimiam ſoliditatem peruenerint, poſtea ſublatum ab igne medicamentū in mortarium aqua humefactū effundito, dudumq́; manibus ſubigito, & utere. Hanc Dionyſiadem inter attractoria emplaſtra recte deſcriptā inuenies, eaq́; uti debebis ſicut ibidem iacet. Emplaſtrum è ſapone diſcuſſoriū, ad Dothienas præcipuum, quod habet adipis porcini, picis, ceræ, ſaponis nigri portiones æquas. liquato per columq́; traijcito, & utitor. Hydropas etiam diſcutit.

Aliud ad Dothienas parotidas & panos uniuerſos: oleum antiquum ceram, ſaponem, nitrum, lixiuium æquali pondere ſumito, tum ceram cum oleo colliquatā, ſaponem cum lixiuio in mortario diluito, deinde ſaponem ſimul conterito, poſtea omnia in lebetem coniecta, paulatim decoquito, quouſq́; ad conſiſtentiam quandam peruenerint, & utere. Emplaſtrum ex heliotropio faciens ad percuſſiones, illiſiones, torſiones, ſpaſmata, fracturas, ſtilorum & ſimilium punctiones, ad dolores in profundo affligentes. idem neruos craſſiores, uel à percuſſione, uel à frigore redditos, uel à quapiā huiuſmodi calamitate affectos, ocyſſime tranſmutat, firmat, & à doloribus liberat: ulceribus antiquis, & recentibus uulneribus confert: aduerſus medicatas ſagittas loco dolenti efficaciter illinitur: digitorū fracturas mitigat, & quamuis quidpiam oſſiculum cōtuſum ſit, eos tamen ſine inflāmatione, & ſine dolore conſeruat: maturat, pus educit, diſcutit, contrahit, agglutinat, repurgat, incarnat, cauitates replet, & ad cicatricē ducit, quod habet, Heliotropiū herbam triplici grano inſignē in autumno totam cum radice euulſam, & in umbra exiccatā terito, & cribrato, cuius poſtea ſumes unc. iiij. colophoniæ lucidiſſimæ unc. xlviij.

resinæ

reſinæ piceæ,aut cupreſſi liquidæ unc.viij. ceræ tantundem,olei unc.iiij.reſinam,
oleum & ceram, ſimul igni admoueto, donec liqueſcant,cõmiſceanturq;: deinde
herbam inijcito, & placidiſſimo igne decoquito, ac congruo temporis ſpacio tæ-
dacea ſpathula agitato, quouſq; optimam conſiſtentiam ſuſceperit, inde in frigi-
dam aquam effundito,manibusq; ſubigito,& utere.ſtrumas & durities ſuppurat;
frangit,deſiccat,incarnat,& ad cicatricem ducit,omninoq; dolorem ſedat.Empla-
ſtrum Mnaſeæ in ſecundo molliendi ordine poſitum,quod ita conficitur.Spumæ
argenti,adipis porcini,olei partes æquas ſimul decoque,quouſq; inquinãdi finem
fecerint,& ſi ualidius medicamentũ efficere cogitaueris, adipem & oleum utrũq;
uetuſtum eligito.Quanto enim uetuſtiora fuerint,tanto efficacius reddetur medi-
camentũ.quod ſi contra imbecillius eſſe malueris,adipis pondus diminues,oleoq;
adijcies.quidam cum oleo & adipe radicis altheæ contuſæ lib.xv.decoquũt,quo-
uſque torrefiat, qua deinde abiecta, in oleo & adipe tranſcolatis ſpumam argenti
coquunt, ſicut prædiximus. Atq; hactenus quidem Galenus. Mnaſeas uero ita
conficit, Spumæ argenti,ceræ,paſſi,colophoniæ, axungiæ ſing.lib.unam, oleum
& ſpumam argenti decoque, quouſq; inquinandi finem fecerint. Inde ceram,co-
lophoniã, & axungiam,colliquatas, & tranſcolatas adijcito, ac rurſus ad probam
conſiſtentiam decoquito, poſtea paſſum infundito, ualidiſſimeq; uerſato,& con-
ficito,ſublatum deniq; ab igne medicamentũ ſub canis æſtu inſolato,ſingulis die-
bus in ſole ſpathula uerſando, quouſque ad congruam ſoliditatem peruenerit, &
utere. Mollitorium Helladicũ, Ammoniaci thymiamatis,ſpumæ argenti,ceruſſæ,
olei antiqui,reſinæ piceæ,ceræ ſing.libram unam,thuris unc.vi. chalbanæ unc.ij.
caſtorij lib.ij.propoleos,opopanacis ſing lib.i.aceti quod ſufficit.oleum,ſpumam
argenti,& ceruſſam ſimul decoquito,& medio decoctionis tempore,ammoniacũ
tritiſſimum inijcito,ſinitoq; ut bulliant,donec inquinandi finem fecerint: tum ad-
iectis prius liquabilibus,& probe unitis,thus & caſtorium ad ultimam minutiem
redacta,imponito. poſtremo opopanacem in aceto dilutum infundito, refrigera-
tumq; medicamentum manibus ſubigito, & utere. diſcutit abſceſſus etiam, iam
tranſmutatos. Aliud abſceſſuum mollitorium diſcuſſoriumq;, uſu probatum.
Spumæ argenti unc.vi.ceruſſę unc.i.s.ceræ unc.iiij.ammoniaci unc.ij.chalbanæ,
myrrhæ, thuris ſing unc.iiij.olei lib.i.oleum, ſpumam argenti, & ceruſſam deco-
quito,quouſq; inquinandi finem fecerint,tum ammoniacũ primo, poſtea ceram,
poſtea thus,& chalbanã imponito,ſtatimq; ab igne auferto,& myrrham adijcito,
conficitoq;, & utere. Aliud abſceſſuũ diſcuſſoriũ, etiam iam fractos euacuans,
& ſanans, & ad tineas capitis mirifice congruens,quod habet. Colophoniæ unc.
vi.ammoniaci thymiamatis unc. ij.maſtichæ unc.i.ceræ tantundem,reſinæ piceæ
lignoſæ, olei ſing. unc.iiij. chalbanæ ſcrup.vi. Aliud è polline tritici faciens ad
abſceſſus, & Dothienas, ad inteſtinales, aquoſosq; ramices, poſt chirurgiam ubi
inflãmationes ceſſauerint,quod ita conficitur. Ceræ pollinis tritici,reſinæ liquidæ
ſing.unc.vi.ammoniaci thymiamatis unc.iij.olei unc.iiij. aceti aut uini quod ſuf-
ficit. pollinẽ in aceto,aut uino pridie fermentabis,poſtero die his quæ liquari de-
bent colliquatis,fermentũ exquiſite ſubactum in mortario admiſcebis, contereſq;
& cõficies. Aliud è fermento,Saponis,ſandarachę ſing.unc.ij.fœnogræci unc.i.
reſinæ piceæ lib.i. colophoniæ,ceræ ſing.unc.vi. fermentũ in aqua dilutũ ijs quæ
liquari oportet colliquatis,admiſcebis, omniaq; ſimul deinceps coniecta cõficies,
& uteris.hoc diſcutiendi frangendiq; uires habet. Aliud è maſticha. Colopho-
niæ lib.i.ceræ unc,vi.ammoniaci thymiamatis unc.iiij. maſtichæ,chalbanæ,tere-
binthinæ ſing. unc.ij. omnia ſimul colliquato, & tranſcolato, deinde in frigidam
aquam coniecta cõmollito,& utere. Aliud priori longe efficacius, trigener uo-
catum

catum, Ceram, colophoniam, terebinthinã liquidam pari pondere ſimul colliquatas, in frigidam aquam conijcito, dudumq́ manibus ſubigito, & utere. Hoc ſicut quod proxime præcedit oſſa capitis denudata incarnat, & ſquãmas ſine moleſtia abſcindit, ſolumq́ ſine alterius adminiculo ad cicatricem perducit, ac ſi maſtichæ tantundẽ ſuſcipiet, ad oſſium fracturas admirandũ reddetur. Emplaſtrũ iudæi. Colophoniæ lib.i. maſtichę unc.i. olei unc.i.s. omnia ſimul colliquata, in frigidam aquam conijcito, & poſt abſceſſuũ fractionem uteris, neq́ quidpiam abſcindens, neq́ linamentũ imponens, ſed tantum medicamẽto cauitatem replens. Ex eodem emplaſtrum applicabis. ocyſſime enim repurgat, cauitatesq́, præ cęteris incarnat: ubi uero ulcus exæquatũ fuerit, ad cicatricem inducendã alio medicamento opus eſt. hoc enim ſuperuacuã carnem efficeret. Emplaſtrum Politeuomeni, reſinæ in uaſculis ligneis afferri ſolitæ tranſcolatæ lib.i. ceræ unc.iij. maſtichę tantundẽ, olei à Martyreo uel aliunde aduecti, unc.i.s. oleum cum reſina tantum liquabis, centaurij q́ faſciculo uirenti ſi haberi poteſt, ſi nõ poteſt, arido uerſabis, quibus deinde tranſcolatis reliqua admiſcebis, & manibus ſubiges. quidã centaurij aridi unciam unam adijciunt. inter liquandũ uero, & uerſandum hæc uerba inſuſurrabis: Deus Abraham, deus Iſaac, deus Iacob, huic medicamento uires addat. Quod quidem ſinus, & fiſtulas agglutinat, ægilopas deſiccat, & ſi centaurium ſuſceperit durities ſtrumasq́ inchoantes emollit. Emplaſtrum mutum uocatum, Ammoniaci thymiamatis, chalbanę, opopanacis ſing. unc.i. maſtichæ, ceræ, colophonię ſing. unc. vi. marinæ aquæ quod ſufficit. hoc ad oſſium fracturas inflãmatione tranſacta utemur. optime enim ad cicatricem perducit, quod habet colophoniæ, reſinæ piceæ ſing. lib. unã, ceræ unc. vi. omnia in ollam feruentis aquæ conieєta ſimul liquato, & excolato, deinde in frigidam aquam translata diutiſſime cõmollito, paſtillumq́ formato, & utere. Aliud mollitorium omnino admirandũ. facit ad ſtomachi duritiem, frigidosq́ affectus, quod habet colophonię puræ unc.ij. ceræ albæ unc.iiij. maſtichæ puræ unciam unam, olei cochleare unum, omnia ſimul liquata ad probam conſiſtentiã decoquito, & utere. Aliud Pyxis inſcriptum ad omnes inflammationes præcipue pedum conferens, eſt enim mollitoriũ habetq́ ceræ, colophoniæ ſing. unc. vi. ſucci ſeminũ lini unc.iiij. adipis porcini unc.ij. terebinthinæ unc. iij.s. olei omphacini unc.x. ammoniaci thymiamatis unciam unam, thuris uncias tres, lactis bubuli unc.iiij.s. ouorum albumina nouem. ammoniacum & thus cum lacte, ſucco, & ouis ſubigito. Aliud è melle molliens & diſcutiens, quod habet ſpumæ argenti, olei ſing. libras duas, colophoniæ, ceræ, axungiæ ſing. unc.xx. ſpumam argenti, axungiam, & oleum ſimul decoque, quouſq́ inquinandi finem fecerint. deinde quæ liquari debent, liquata adijcito, ac ſimul conficito, utq́ ab igne ſuſtuleris mel infundito, refrigeratumq́ medicamentũ cõmollito. Malinum Serapionis uulnerarium ad plurimos uſus conueniens, omnes enim durities diſſoluit, abſceſſus diſcutit, humores per cæcos meatus difflando, ſinus agglutinat, ſagittas, oſſa corrupta, & ſurculos euocat, roſaceo dilutum caua ulcera incarnat, eſtq́ ad inflammationes ſedandas efficaciſſimũ. Hoc præceptor Lucius utebatur, ipſum dupliciter modo inquam glutinoſum, modo ſolidius conficiens. uermiculos enim ex ſolidiori conflabat, quos ut ſubinde ad uſum paratiores haberet, filo nectebat, & ita in fiſtuloſos ſinus mittebat, fili capite exterius derelicto. nam quæ ſine filo in ſinus mittuntur, cum duriora ſint ſæpe infringuntur, priuatosq́ ibi abſceſſus efficiunt, habet autem medicamentũ ſpumæ argenti drach.ciiij, colophoniæ drach. lxiiij. ceræ drach.xlviij. ammoniaci thymiamatis drach.xxiiij. æruginis, myrrhæ, chalbanæ ſing. drach.xx. olei æſtate quidem unc.xv. hyeme uero xviij. ſpumam argenti cum oleo placido igne uſq́ ad diſſolutionem decoquito, utq́ ab igne ſu-

ſtuleris æruginem imponito, diligenter obſeruando ne efferueſcat, deinde rurſus decoquito quouſque inquinandi finem fecerint, & ad citonij mali colorem peruenerint, tum ceram reſinamq́ transcolatas inijcito: quæ ut parum bulliuerint, & probe ſe habere iudicaueris, ammoniacũ contritum colliquabis, quibus colliquatis ſublato ab igne medicamento, myrrham poſtremo admiſcebis. Malinum Paſionis Athanalia inſcriptum, quod præ cæteris medicamentis ſinus agglutinat, quamuis uacuitates attritas habuerint: idem puerorum ſtrumas recentes diſcutit, confert & diſtractis articulis, ſicut Heras & Galenus atteſtantur: habetq́ ſpumæ argenti, reſinæ piceæ aridæ ſing. drachmas centum, ceræ drach. lxxij. s. olei, uini antiqui odorati adſtringentis ſing. unc. xviij. ſpumam argenti tritam & cribratam ſub æſtiuo ſole in mortario cum uino pluribus diebus ſubigito, atque ubi exſiccata fuerit, oleum & uinum alternatim inſtillato, quæ cum probe unitueris in lebetem coniecta placidiſſimo igne decoques, quouſq́ inquinandi finem fecerint, poſtremo cera & reſina adiectis omnia ſimul conficies, & uteris. Aliud ad plurimos uſus, quod Venus inſcribitur, omnem duritiem diſſoluens, ſtrumas diſcutiens, ſagittas & ſurculos euocans, ad uenenoſorũ animalium ictus mirum in modum conferens, fiſtulas & ſinus agglutinans: podagricis per acceſſionũ interualla utiliter illinitur, & diuturnæ coxendici medetur, quod ita conficitur: Spumæ argenti unc. xxv. ammoniaci unc. x. colophoniæ unc. xvi. æruginis, chalbanæ ſing. unc. ij. bdellij, opopanacis ſing. unc. iij. ariſtolochiæ ſing. unc. i. olei antiqui ſing. lib. ij. oleum cum ſpuma argenti decoquito, & in medio decoctionis æruginẽ imponito, ſinitoq́, ut ſimul bulliant, donec inquinandi finem fecerint, deinde colophoniam tranſcolatam adijcito, utq́ ab igne ſuſtuleris, ariſtolochiam cum reliquis prius in mortario ex aceto tritis cõmiſceto, poſtea omnia ſimul in medicamẽtum conijcito, & unito. Alia uenus faciens ad quæcunq́ præcedens, ſed ad podagras per acceſſionũ interualla applicata, maxime inſignis, quæ habet olei antiqui lib. iij ſpumæ argenti lib. ij. ammoniaci thymiamatis lib. unã. ceræ unc. xxij. colophoniæ unc. ix. chalbanæ, æruginis ſing. unc. iij. reſinæ piceæ unc. xvi. myrrhæ unc. iiij. confice, ut dictum eſt. Panacęa molliendo, diſcutiendoq́ efficaciſſima, habens ceræ unc. viij. colophoniæ, terebinthinæ ſing lib. i. ammoniaci thymiamatis unc. vi. chalbanæ, olei opopanacis, pollinis thuris ſing. unc. i. uini quod ſufficit. Emplaſtrum è rumice plurimi uſus, abſceſſus diſcutiens aut frangens, ſtrumas & reliqua huiuſmodi molliens, quod habet ceræ, reſinæ, adipis porcini, foliorum hyoſcyami uirentium exquiſitiſſime contuſorum, aphronitri, ammoniaci thymiamatis ſing. lib. i. confice atque uſus tempore cum oleo antiquo remollito, & utere. Emplaſtrum è perna, quamlibet duritiem, ſtrumas, ganglia, melicerıdas, & reliqua huiuſmodi diſſoluens, ſinus agglutinãs, ad Dothienas, ad priuatos abſceſſus, ad neruorum affectus per conſenſum obortos conferens, nec minus pleuriticis, coxendicum aut articulorũ uitio laborantibus cõueniens, quod habet pinguedinis ſuillæ pernæ antiquiſſimæ, ſpumæ argenti ſing. lib. iij. reſinæ piceæ lib. i. ammoniaci thymiamatis unc. iij. chalbanæ, thuris, euphorbij ſing. unc. i. pernæ uero pinguedo ita auferenda eſt. Antiquã ſuis pernam in olla fictili cum aqua pręcipue marina decoquimus, cuius ius deinde excolantes, & refrigerantes concretam pinguedinem, cum quæ fluitabit, tum quæ ſubſidebit auferemus, expurgatamq́ ad medicamẽti confectionem ſeruabimus. cum hac ergo rurſus colliquata ſpumam argenti commixtam placido igne decoquimus, quouſq́ inquinandi finem fecerint, inde ammoniacũ tritum imponimus: quo liquato reſinam tranſcolatã, & thus ad ultimam minutiem redactum adijcimus: quæ cum unita fuerint, chalbanã pręmollitam immittimus, ſublatoq́ ab igne medicamẽto euphorbium admiſcemus, & ſimul con-

ficimus

ficimus. Aliud è perna Galeni tophaceos nodos diſſoluens, quod ita cõficitur. Pinguedinis ſuillæ pernæ præparatæ, ſicut prædiximus lib.i. ammoniaci thymiamatis, caſei bubuli, aut caprini antiquiſſimi, adipis taurini, apochymatis ſing. lib.i. medullę ceruinæ lib. viij. œſypi unc. iij. opopanacis unc.i. liguſtrini olei unc. vi. uini quod ſufficit. cætera quidē liquato, & excolato, caſeum uero cum uino diluito, & colliquatis adijcito, atq; ubi omnia probe confecta fuerint, in mortarium effundito, & manibus cõmollito. Mollitoriũ Lucij præceptoris ad torſiones articulorũ deſcriptũ, faciens ad profundos abſceſſus, ad neruorũ contractiones, ad difficiles articulorũ motus, quos torſiones uocant. confert opiſthotonicis, & omnes neruorum morbos per cõſenſum obortos, curat, oleo liguſtrino, aut irino, aut laurino dilutũ dolores efficaciter ſedat, facit & ad duritiles diuturnas curatu difficiles, quod ita cõficitur: bdellij, adipis uituli, ammoniaci thymiamatis, iridis illyricæ ſing. unc. xvi. opopanacis drach.l. chalbanæ, canchryos, ſtyracis, thuris ſing. drach. viij. piperis grana clx. ceræ terebinthinę ſing. unc. vi. irini olei æſtate quidem unc. ij. hyeme uero unc. iij. uini quod ſufficit. ceræ cum oleo irino liquefactæ ammoniacum bdellium, & thus tritiſſimũ admiſceto, & ſi thus teri non poterit uino prius madefactum diluatur, atq; ubi hæc omnia probe unita fuerint, terebinthinã & ſtyracem adijcito, quibus diſſolutis medicamentũ ab igne auferto, & irim, canchry & piper ad ultimã minutiem redacta imponito. poſtremo opopanacem è uino dilutum infundito, & diligenter ſubigito. hoc medicamentũ (ut inquit Galenus) in molliendo ſupremi ordinis eſt, neque enim facile inuenies, quod eo impenſius induratas partes emolliat, quin quod in eiſdem partibus obduruerit, per halitum digerit.

Emplaſtrum è Pſyllio uſu probatũ, ſtrumas deſiccat, & diſſipat, dothienas aperit, & ſanat, inguinũ axillarumq; abſceſſus etiam ad ſuppurationē tendentes diſcutit, ſinus agglutinat, ganglia diſſoluit, clauos manuũ pedumq; abſcindit, carbones ſanat, & uitiligines exterit, quod habet radicis altheæ tritæ cribratæ unc.i. pſyllij pariter triti & cribrati unc. ij. fimi columbini aridi ad ultimã minutiem redacti, axungiæ antiquæ expurgatæ ſing. unc. iij. picis aridæ lib.i. maſtichæ nigræ æthiopicæ unc. iij. quæ ſi non affuerit maſtichæ chiæ tantũdem accipies. quæ liquari oportet colliquabis, poſtea ut ab igne ſuſtuleris arida admiſcebis, & ſimul conficies, medicamentumq; refrigeratũ diligenter manibus ſubiges, atq; uſus tēpore chartæ, aut corio illines. Mollitoriũ rutaceum, manus, quarum articuli inflexi fuerint, mirum in modum molliens, quod habet ceræ unc. iiij. terebinthinæ unc. ij. chalbanæ, opopanacis, œſypi, caſtorij ſing. unc.i. euphorbij unc. iiij. rutæ unc. ij. quæ liquari oportet liquato, poſtea euphorbiũ & caſtorium ſingula ſeorſum trita cum opopanace, & rutæ folijs ſimul ſubactis in mortario conficito, deinde omnia commiſcebis.

Aliud mollitoriũ, ſtrumas, parotidas, dothienas, panos, & meliceridas diſſoluens, quod ita conficitur, ladani mollis, bdellij ſcythici & reſinoſi, propoleos recentis & mollis, ammoniaci thymiamatis, terebinthinæ portiones æquas ſimul ſubigito, & utere. Aliud mollitorium, & diſcuſſoriũ, faciens ad ſtrumas, parotidas, meliceridas, & atheromata, quo etiam ad aneuriſmata utimur, habetq; ſpumæ argenti drach. centũ, colophoniæ, adipis caprini ſing. drach. lxxx. ceræ, rubricæ, uiſci ſing. drach. xl. pyritidis lapidis drach. xvi. picis drac. xxiiij. calcis uiuæ marmoreæ drac. xxxij. chalbanæ, ammoniaci thymiamatis ſing. drach. xvi. ceruſſæ, aloes, myrrhæ, bituminis, pollinis thuris, dictamni ſing. drach. xij. olei antiqui lib. iij. ſpumam argenti, oleum, ceruſſam, adipem, ſimul uſq; ad probam conſiſtentiam decoquito, deinde ammoniacũ, & bdellium utrunq; contritiſſimũ imponito, quibus liquatis uiſcum primo, poſtea pyritidem, calcem, cæteraq; arida ad ultimã minutiem redacta adijcito: quæ omnia ubi ſimul unieueris, refrigerata manibus ſubiges, & uteris.

Aliud abſceſſuum ſtrumarumꝗ diſcuſſorium: candidum canis ſimum cum terebinthina aſſumito, & utere. Aliud optimum inflãmationes ſedans, ſtrumas, carnoſos ramices, & quamlibet duritiem emolliens: caricarum pinguium carnes, nitri torrefacti, ſeminis cardamomi, ſing. portiones æquas cum melle ad emplaſtri formam aſſumito, & exquiſite cõmollito. Emplaſtrum è bugloſſo durities diſſoluens, quod habet bugloſſi unc. viij. ſpumæ argenti unc. iij. ammoniaci thymiamatis unc. ij. adipis porcini unc. vi. olei antiqui tantũdem. Emplaſtrum perſarũ è lapidibus, quod tyrrhenicũ & pampathes appellatur, ueſicæ & renum calculos perforans, ſi loco applicetur, manuũ pedumꝗ diutinos callos diſſoluens. eos enim in tenuem ſaniem tranſmutat, & ſine moleſtia ſuppurat, eſtꝗ poſt ſeptimã diem à loco exoluendum, quod idem etiam in ſteatomatis, ſtrumis, gutturis ramice, ganglijs, & ſimilibus efficit. ad ægylopas uero & ad fiſtulas antiquas præcipue ſedis axillarum inguinum & mammillarũ tanquam diuinum archanum habetur, quod erit a quinta die exoluendum, callusꝗ fiſtulæ abraſus in ipſo iacens ſpectabitur, à quo non prius abſiſtes quàm totus omnino callus exciſus fuerit. idem ad malelica ulcera, & ad ungues manuũ, pedumꝗ decidentes, ueluti à deo miſſum putabitur, ſed & ad aquoſos ramices, ad hydropas, & lienes, corio pro tumoris magnitudine illinitur, & apponitur, in hydrope quidem anterius ab axillis uſꝗ ad inguina, poſterius à ceruice uſque ad lumbos. Totam enim aquam inſpicies diuino quodam myſterio compoſite efferri, quo uteris, donec rem tam bene habere iudicaueris. ad aſthmaticos pręterea, orthopnoicos, tabidos, & ad deploratos interius latentes abſceſſus paſtillũ cum modico melle diluens, pilulas confeci, quas uiris, mulieribus, pueris & ſenibus exhibui, conſpexiꝗ deploratos ueluti reuiuiſcere, idem & in peſtiferis cõſtitutionibus peregi, pluresꝗ iam peſtilentia oppreſſos liberaui, omitto plurimas alias eiuſdem facultates recenſere, ne tantũ Dei munus quiſpiam forte fabulam putet. Quod habet ſpumæ argenti contritiſſimi lib. unam, ceræ unc. xvij. ammoniaci thymiamatis unc. iij. s. propoleos unc. xvi. s. chalbanæ unc. i. s. ſquammæ æris unciam unam, lapidis phrygij unc. xviij. reſinæ piceæ aridæ librã unam, diphrygis uncias duas, ſcrupu. xviij. æris uſti unc. i. thuris unc. ij. oboli iiij. radicis ariſtolochiæ rotundæ unc. xl. ſcrupu. xvi. lapidis magnetis uiuentis & attrahentis unc. i. aloes unc. ij. s. dictamni unc. iij. cinabaris cõmunis ſcrup. xviij. adipis ſtruthocameli lib. ij. lapidis pyritidis unc. ij. lapidis uſtæ ſcythici ſcrup. xviij. lapidis hematitæ unc. i. cadmiæ uſtæ unc. iiij. gentianæ, ariſtolochiæ longæ, lapidis parciaci, aut eius uice gagatæ ſing. unc. i. betonicæ, radicis chamæleontis nigri ſing. unc. i. alibi ſing. ſcrup. xviij. æruginis unc. i. olei antiqui lib. i. in alio lib. ij. floris ſalis & aceti ſcyllitici ſing. quod ſufficit. Spumã argenti reliquosꝗ omnes lapides ſingulos primo ſeorſum ad ultimã minutiem redactos, poſtea ſimul tritos, ſalis flori admiſceto, & terito, quouſꝗ fecis conſiſtentiam ſuſceperint, inde æruginem, & æs utrunꝗ tritiſſimum imponito, & rurſus pinſito, poſtea thus, aloem, ammoniacũ, ſingula ſeorſum trita inijcito, poſtea chalbanã, & denuo ſalis florem imponendo terito. poſtremo herbas minutiſſime tritas, & cribro excuſſas addito, atꝗ iterum ſimul ſubigito, ſalis florem ſingulis quibuſꝗ inſtillando, tum cum aceto ſcyllitico paſtillos formato, & quæ liquari debent, liquata priuatim ſeruato, quæ deinceps ubi medicamentũ conficere uolueris, cõmiſcebis. oleo uero locum nõ inquinabis, cui medicamentũ applicare cogitaueris. Aliud ad diſcutiẽdas ſtrumas. Spumæ argenti lib. i. olei antiqui lib. i. s. auripigmenti unc. i. ſpumam argenti cum oleo decoquito, donec inquinãdi finem fecerit, deinde auripigmentũ prius è duabus olei uncijs tritum imponito, & fidenter utitor, neꝗ utilitatem deſpicies. Aliud ad ſtrumas. Spumæ argenti unc. vi. æruginis ferri unc. ij. ammoniaci thymiamatis,

olei antiqui

olei antiqui ſing.unc.viij.ſpumam argenti,æruginem ferri,& ammoniacum, ſingula ſeorſum trita decoquito,ita ut primo æruginem ferri,& oleum in ollam conijcias,quæ ubi ſemicocta fuerint, ammoniacum addito, ſinitoq; ut ſimul bulliant, donec inquinandi finem fecerint. Aliud Democratis è ſale confectũ,ad quamlibet duritiem diſcutiendam multis præferendum, quod habet ſalis ad ultimã minutiem redacti, ceruſſæ ſing.lib.i. chalbanæ, propoleos, ariſtolochiæ ſing.unc.ij. olei antiquiſſimi lib.ij. & ſi craſſius medicamentũ fiat, aliam olei libram adijcito, ceruſſam & ſal cum oleo decoquito,quouſque inquinandi finem fecerint, deinde chalbanã & propolim, poſtremò ariſtolochiam ſingula tritiſſima imponito, & ſimul conficito. Aliud eiuſdem ſtrumas diſcutiens, omnem frigidum humorem contrahens, iocinoris & lienis aquoſos affectus ſanans,lotij copiam educens, coxendices inueteratas diſſoluens,quod habet,ceræ,reſinæ piceæ,colophoniæ ſing. lib.i.calcis uiuæ,aluminis ſciſſilis,auripigmẽti ſing.unc.i.quæ liquari oportet adiecta olei pòrtiuncula liquato,& tranſcolato, deinde aridis è modico aceto in mortario tritis admiſceto,ac ſimul conficito. Poteſt diutinas uiſcerum durities diſſoluere, plurimum ſudorem à loco educendo, menſesq; iam dudum detentos ciere. Ego uero ablata calce duplum aluminis adijcio, ac medicamentũ longe præſtantius comperio, neq; enim puſtulas infert. Philagrij diſcuſſoriũ ad curandos gutturis ramices,& durities per halitum digerẽs, quod habet ſpumæ argenti drach.l. reſinæ piceæ drach.xl.olei antiqui drach.lxxx. æris uſti,ammoniaci thymiamatis ſing.drach.viij.aluminis ſciſſilis,pollinis thuris ſing.drach.iiij.cerę drach.l.oleum ſimul & ſpumam argenti decoquito,quæ ubi ſemicocta fuerint,æs imponito,bullireq; ſinito,quouſq; inquinandi finem fecerint, poſtea ammoniacũ minutiſsimũ adijcito,quo liquato adde reſinam & ceram tranſcolatas, ac rurſus decoquito donec amplius non inquinent,deinde chalbanã præmollitam imponito, utq; ab igne medicamentũ ſuſtuleris,thuris pollinem inſpergito,& unito, refrigeratumq; manibus commollito. Diſcuſſorium abſceſſuũ admirandum, nulla enim ruptione facta pus craſſiſſimũ in emplaſtro inueniri ſolet, quod abſtergendum eſt, idemq; medicamentum refectum apponendum.Habet autem colophoniæ libram unam, ceræ lib.i.s. olei hyeme quidem cochleare unum, æſtate uero ſemiſſem, nitri uernicarij fului,aut ſi aderit,matronalis,albi,& friatu facilis unc.vi.cætera liquato & excolato,nitrum uero contritiſsimum inſpergito,& aſſidue uerſando refrigerato, deinde manibus commollito,& paſtillos conficito.obſeruari uero oportet,ne medicamentũ in aquam transfundamus,nitrum enim aboleretur.Aliud:picis aridæ, ceræ nouæ ſing.lib.ij. olei lib.iiij. placido igne decoquito, ſubigito,& utere. facit ad memoratos abſceſſus,ſtrumas,fiſtulas,& reliqua huiuſmodi. Aliud Oribaſij ad ſtrumas,& ad axillarum, inguinum, colliq; durities. Quod ita habet, papaueris cornuti folia cum axungia & propoli pingui terito & illinito. Aliud ad ſtrumas & omnem duritiem. Foliorum recentium, uerbenacæ rectæ drach.xlij. hyoſcyami uiridis drach.cxliiij.adipis porcini,reſinæ piceæ aridę ſing.drach.xlvi. picis drach.xxiiij. quæ liquari debent, liquato & tranſcolato, & cum herbis tritis commiſceto. Aliud è rumice. Foliorum rumicis, perdicij, ſenecionis, reſinæ piceæ ſing. drach.xlviij. foliorum hyoſcyami, axungiæ antiquæ ſing.drach.xcvi. chalbanæ drach.viij.liquabilia cum herbis tritis confundito. Aliud è rumice ad ſtrumas, quamlibetq; duritiem, ad axillarum inguinumq; abſceſſus, ad malefica ulcera & fiſtulas, ad pudendorum ſtrangulationes. eſt etiam ad induratos lienes inſigne, habetq;, allij nucleos xv. ceræ drach.xcvi. olei drach.xcvij. nitri alexandrini drach.xlviij. æris uſti, terebinthinæ ſing. drach.xxiiij. thuris drach.viij. foliorum rumicis, quæ uel in olla, uel in charta ſub calido cinere quadantenus elan-

guerint drach.xlviij.colliquatis quæ liquari debent arida contritiſſima admiſceto, deinde in mortarium effundito, allia uero prius in oleo fricta ſunt conterenda. Aliud è ſcolopendrio Philoſophi ſumme diſcuſſoriũ ad abſceſſus, dothienas, plurimaq́ alia conferens, quod habet colophoniæ lib.ij. ceræ, axungiæ recentis, ſing. lib.i.reſinæ piceæ unc.viij. olei unc.vi. ſcolopendrij unc.ij. uini antiqui ſext.duo, pollinis tritici unc.xiiij. tritici pollinem cum uino diligenter decoquito, deinde liquabilia infundito & unito. poſtremo ſcolopendrium admiſceto, & utere. quod ſi oleum recuſaueris eius loco ſex axungiæ uncias imponito, eritq́ molliendo efficacius: ſicut ſi oleum ſuſceperit, diſcutiendo.

De emplaſtro malicorij. Cap. XV.

EMplaſtrũ malicorij ſtrumas, cæteraſq́ durities diſcutit, facit & ad podagras per acceſſionũ interualla illitum, quod habet terebinthinæ, lapidis aſij, bituminis ſing.drach.ccclx.aphronitri, adipis uituli, ceræ, baccarũ lauri, ammoniaci thymiamatis ſing.drach.cxl.lapidis pyritidis, calcis uiuę ſing.drach.cxx.cineris aſpidum uiuarũ crematarũ drach.cxl.olei antiqui lib.ij.oleum & ceram prius, deinde bitumen contritiſſimũ eliquato, quibus colliquatis, adipem primo, poſtea ammoniacũ tritum & terebinthinã adijcito, utq́ ab igne ſuſtuleris, calcem & lapidem admiſcebis, mox lauri baccas, & aphronitrũ. poſtremo aſpidum cinerem, ne aboleat, immittito, omniaq́ ſimul ſubigito, & utere. ad aſpidas autem cõburendas ollam totam exterius argilla craſſiuſcula illitã, in ſole exiccato, & deinde iniectis aſpidibus ollam operito, operculumq́ tutiſſime cõmunito, duobus tantũ, aut tribus ſpiraculis derelictis, poſtea cõburito, quouſq́ uapor purus reddatur. Hoc idem emplaſtrũ gleucino oleo dilutum, & inunctum articulorũ uitijs, & coxarũ reſolutionibus medetur, & cum tædaceo oleo illitum uitiligines albas exterit.

De aniceto Critonis emplaſtro. Cap. XVI

ID ad neruorum uulnera mirum in modum confert, eſtq́ nobis uſitatiſsimum, euocat enim, frangit, expurgat, agglutinat, ſpleniumq́ ex eo confectũ pus educit: eiuſdem uermiculus oleo ex aceto dilutus, & iniectus ſinibus medetur. Vlceribus articulorum, torſionibus, cicatricibus dolentibus confert, duritiês diffundit, neruorũ concretionibus opitulatur: præterea ſine irrigatione, unctionis uice tanquam acopon excolatum, ſpontaneas laſſitudines in morborũ principio uel quacunq́ alia cauſa euenientes opprimit, ſummitatũ etiam mollitorium inſigne eſt, ſi magnis ſplenijs illitum applicetur. facit & ad plantarum putreſcentia ulcera, ad digitorum affectus, ad oſſium fracturas uulneri adiunctas, ſolum priuatim cum oleo roſaceo dilutum maleficorũ ulcerum cauitates expurgat, replet, labiaq́ eorundem emollit, & ad cicatricem perducit, licet nullum aliud adhibeas, quod uel incarnandi uel ad cicatricem ducendi uires habeat, huic enim ſoli tuto creditur. Confert etiam ad hominum canum ferarumq́ morſus, maximaq́ eius pollicitatio eſt, ad interiores coli abdominiſq́ abſceſſus diſcutiendos, priuſquã ſuppurauerint, imò & ſuppuratos attenuat, & ad inteſtina eruptionem perficit: ſplenium amplum loco applicare oportet, deinde thorulum ſupra aceto & oleo madefactũ apponere, biſq́ ſingulis diebus irrigare, quod niſi tribus quatuor ue diebus tranſactis exoluendũ non erit, ſed ubi exolueris locum ſpongia fouebis, rurſusq́ ſplenium eodem modo applicabis. deniq́ Anicetum uocatur, quoniã uires eius admirandæ à nullo uincuntur. habet autem ſquammæ æris drach.lij. pyrethri, uuæ taminiæ, grani cnidij, ſinapi, canchryos, fimi columbini, ariſtolochię minoris, æruginis, cyperi, ſeminis erucæ, cymini ſing.drach.vi.nitri, ſalis ammoniaci ſing.drac. xxxij. pollinis thuris, baccarum lauri, iridis ſing.drach.xx. aceti acerrimi ſext.xij. caricarum decocti heminas quinque, quod quidem ita conficitur. Pinguium caricarum

carum

carum lib. v. ſex aquæ ſextarijs madefacito, & poſtridie ad aquæ trientem decoquito, exprimito, & per colum traijcito. arida ergo ex aceto trita, & ſub canis feruore exiccata caricarum decocto irrigato, & commollito, deinde in pyxidem ex ære rubro conflatam recondito, utq; humida ſeruentur, aliquot diebus aceto ſubinde inſpergito, atq; uſus tempore medicamenti unc. ij. in mortario ex aceto ad glutinis conſiſtentiam diluito, poſtea ceræ, colophoniæ, olei, ſingu. unc. vi. colliquato, ac ſimul in mortario cum medicamento conficito. quod ſi durius efficaciusq; eſſe malueris, ceræ, colophoniæ, & olei uncias tantum quatuor inijcito: ſin contra mollius, octo eorundem unciæ ſunt imponendæ. Proditur idem ad feras quoq; uitiligines facere, ſi meracius applicetur. Aliud ad diſcutiendos abſceſſus. Ceræ, terebinthinæ, nitri, butyri, portiones æquas conficito. Aliud ad abſceſſus. Verbenacam rectam cum nitro, ſulphure, & reſina liquida ſubigito, & applica. hoc quidem ſuppurationes diſſoluit, reliqua uero diffundunt.

Emplaſtra frangendo idonea. Cap. XVII.

EMplaſtrum ſcalpelli uicem ſupplēs. Nitri lib. iij. fimi columbini, propoleos, ſalis ammoniaci, æruginis, ſing, unc. vi. marinæ aquæ ſeu muriæ, lib. i. s. olei antiqui lib. iij. ſingula arida primo ſeorſum tundito, deinde æruginem, nitrum, & ſal ſimul in mortario ad ultimā minutiē redigito, poſtea adiecta aqua rurſus exquiſite terito, mox oleum admiſceto, ut fiat glutinis conſiſtentia, tum ſimul omnia in fictilem ollam coniecta placido igne ad totius aquæ conſumptionem decoquito. poſtremo propolim præmollitam imponito, utq; medicamentum ab igne ſuſtuleris, & quadātenus intepuerit columbaceū fimū inſpergito, & commiſceto, quod deinde panno trito illitum ſublimiori molliorīq; loco applicabis. eſſe autem oportebit ſplenium puſillum figura oblongum, cui aliud amplum ſplenium ſuperponendum eſt, emplaſtri è ſuccis, uel ex melle confecti, aut malini ſerapionis, aut eius quod ad Mnaſeam refertur, aut cuiuſcunque, quod molliendi uires habeat. Aliud diſcutiens ſeu perforans: ceræ, unc. xvi. ſalis cōmunis, ceruſſę, ſing. drac. xl. cineris ſarmentorum uitis crematorum, arūdinis græcæ uſtę, ſing. drach. x. nitri rubei tantundem. ſingulis ſeorſum tritis, deinde commixtis aquam infundito, ut fecis conſiſtentia reddatur, tum ceruſſam cum quindecim olei uncijs quadantenus decoquito, poſtea ceram adijcito, ſinitóque ut ſimul bulliant, quouſq; in quinandi finem fecerint, ac poſtremo reliquis contritis admiſceto, & utere.

Aliud perforans arundineſq; & ſurculos & quæcunque inſenſa in receſſu decubuerint euocans, & ulcera agglutinans, quod habet, Bituminis, nitri, ſing. drac. xxv. ariſtolochiæ drachmas. xij. baccarum lauri drach. xx. conſice & utere.

Aliud Fimi columbacei, nitri, ſing. drac. iiii. caricas vii. nitrum & fimum ſimul terito, deinde cum caricis contuſis ſubigito, quod poſtea panno illines, & ſi duriuſculum fuerit, mel & axungiam purgatam adijcies, eodem die diſſipat & effringit. Oribaſij ruptorium, Picis liquidæ, picis aridæ, propoleos, portiones æquas unito, & applica, frangit & ad cicatricem ducit. Aliud eiuſdem euocans, frangens & agglutinans: ammoniaci thymiamatis, propoleos, aluminis, ſing. unc. ij. thuris drac. i. s. chalbanę, auripigmenti, ſing. drac. i. Emplaſtrum ruptoriū: ſucci ranunculi, auripigmenti, chalcitidis, lathiridis, ſquammæ, æris rubei, uentriū canthatidum, ſing. unc. i. calcis uiuæ drac. ij. in cedria aſſumito, atq; uſus tēpore ſplenium cōficito ſemidigiti latitudine, lōgitudine quantum uidebitur, & applicabis, ſupraq; medicamētum diachylon remollitum impones, deinde tribus aut quinq; horis permittes, obſeruādo ne neruus, aut uena, aut arteria attingatur, neue prius applicetur, quàm abſceſſus feruor quieuerit. hoc etiam ſtrumas effringit.

Aliud quod oxynitrum inſcribitur. Ceruſſæ unc. xx. ſalis foſſilis drach. vij. nitri

unc.iij.s.olei antiqui unc.iiij. aceti heminam unã, omnia ſimul decoquito, donec inquinandi finem fecerint. Aliud ſine moleſtia frangens: ceræ, nitri, ſing. unc. ix s. fecis uini uſti unc. xiiii. auripigmenti drac. vii. olei antiqui lib. ij. liquatis quæ liquari oportet, arida trita admiſceto. Aliud ad ſtrumas quamlibetq́; duritiẽ, aut enim diſcutit, aut mollit, frangit, purgat & ſanat: ſuccorum potamogitonis, ſtratiotę, ceparum acerrimarum, ceræ, propoleos, pollinis tritici, ſing. unc. xvi. fermẽti acidi, ſerapiadis, quam triorchim uocant, ſing. unc. vi. tragacanthæ, reſinæ piceæ, ſing. unc. iij. quidam & horum unc. vi. imponunt. chalbanæ, opopanacis, olei antiqui, ſing. unc. ix. Tragagantham in parte aliqua ſuccorum madefacito, ſimiliq́; modo opopanacem, & chalbanam ſeorſum madefacito, & terito, quibus poſtea fermentum ſuccis dilutum admiſcebis, & ſimul conficies, deinde oleo & reſinæ colliquatis, & tranſcolatis, propolim præmollitam adijcito. atq; ubi hæc eliquata fuerint, tritici pollinẽ inſpergito, & unito, poſtremo omnia in mortariũ ſimul cõiecta cõficito, & manibus exq́ſite ſubigito. Aliud abſceſſus uel diſſipans, uel frangẽs: uitrũ præcipue ſpecularij lapidis minutiſſime tritũ, & thus ęquis ponderibus cum aceto diligẽter ſubacta, penna illinito. Ruptorium efficax, bulbum africanũ, cardamomum, nitrum, fimum columbaceum, ficus aceto præmadefactas, axungiam expurgatam æquis ponderibus omnia ſimul cum melle ad emplaſtri formã ſubigito, & loco illinito, pro partis ratione quam effringi uolueris. Aliud diſcutiendi ſiue euocandi uires habens, ad ſtrumas & gutturis ramicem mirum in modum conferens: olei antiqui lib. iij. plumbi lib. ij. ſimul decoquito quouſq; inquinandi finem fecerint, deinde terebinthinæ & chalbanæ, ſing. unc. vi. atque ammoniaci thymiamatis unc. ij. admiſceto & utere. Aliud Oribaſij, candidum canis fimum tritum & cum terebinthina aſſumptum applicato.

Emplaſtra euocando & diſcutiendo idonea. Cap. XVIII

QVi plures medicamentorum facultates ſimul complicauerunt, quibuſdam emplaſtris diſcutiendi, quibuſdam euocandi uires attribuerunt, alijs utrãq; ſimul poteſtatem ineſſe prodiderunt, quod nemini mirum uideri debet, cum parũ admodum inter ſe differant, euocandi diſcutiendiq́; facultates, quæcunq; enim euocant, omnino etiam diſcutiunt. ac contra, quæ diſcutiunt, eadem euocant, tantum in diſcuſſorijs diſcutiendi, in euocatorijs euocandi facultas excellit: euocãtia autem è ſimplicibus medicamentis conficiuntur, quæ humorum ſubſtantiam à profundo ad cutim attrahere poſſunt, ſicut diſcuſſoria ex ijs quæ quod iam attractum fuerit, diſcutiendi uires habent. ſpumam uero argenti, ceram, picem, & oleum ad emplaſticam conſiſtentiam inferendam adijcimus, cum alioqui nihil inſigne habeant, quo diſcutiant, quemadmodum propolis, chalbana, calx, medullæ, aſiæ petræ flos, aphronitrum, acetum, lixiuium, piper, ſtruthium, ſal, atramentum ſutorium, & reliqua plura huiuſcemodi, quæ in ſuperioribus libris de ſimplicibus medicamentis cõmemorauimus. nonnulli defluxum ueriti adſtrictorias medicinas euocatorijs admiſcuerunt, interdum enim plus ęquo attrahũt, ut ſæpe non à profunditate tantũ affecti mẽbri, ſed à partibus quoq; circumiacentibus materia euocetur. Illud etiam tanq; neceſſarium reminiſci oportet, quod ſuperius in loco de incarnantibus medicinis docuimus, quęcunq; euocare, diſcutere, & abſtergere poſſunt, eadem incarnandi quoq; uires habere, ſi modo cerati admixtione diluantur, plurimo quidem cerato admixto quibus robur ualidius inerit, contra, quibus imbecillimum pauciſſimo adiecto. hac ratione antiquiſſima ulcera cicatrici renitentia, putrida, & ſerpentia ab emplaſtris è ſale confectis, ac reliquis eiuſmodi cerati admixtione temperatis præcipue repurgantur, & celerrime ad cicatricem ducuntur. At medicamentum euocatorium aut diſcuſſorium cui quidpiam adſtrin-

gentia

gentis commixtum fuerit, ob eam adſtringendi facultatem incarnando non erit idoneũ, ſed ad uulnera ſinusq; glutinandos & ad cicatrices ulceribus inducendas utiliter admouebitur. emplaſtra uero euocãdi diſcutiendiq; facultates habẽtia ad omnes panos inflammationesq; induratas, ad dothienas, ſtrumas, atheromata, hominum ferarumq; morſus, ac cætera huiuſmodi congruunt, & ſinus etiam agglutinant, quibus exaſperatæ flaccidæ marceſcentesq; partes adhæſerint, podagricis, & articulorum morbo laborantibus, in declinatione opitulantur: ab articulis enim frigidos craſſosq; humores exugunt. ſi memor fueris, diſcutientium euocantiumq; medicamentorum, & quæ prius deſcripta ſunt, & quæ poſtea deſcribentur utilitates facile inuenies. Emplaſtrum ad omne panorum genus diſcutiendũ, & euocandum, quod ab abſceſſu etiam trãſmutato pus ſine cutis inciſione tanq; per colum exugit, & ad deſiccandos ſinus ſi exterius illinatur, efficaciſſimum eſt, quod ita cõficitur. Radicum aridarum hyoſcyami, & cucumeris agreſtis, hordeaceæ farinæ, ſing. unc. v. territo & cribrato, atq; hyoſcyami ſucco cõſpergito, ac paſtillos leues conflato, quos in umbra ſingulis diebus uertendo exiccabis, & uſus tempore in aqua dilues, ita ut craſſiuſculi illinantur. Ego uero inquit data eorum facultate, etiam corticum radicis capparis drac. ij. & elaterij drac. i. adieci. Candidum euocatorium ad ſtrumas, ad parotidas, ad priuatos cuiuſpiam membri abſceſſus, ad fiſtulas, & ęgilopas cõferens, ut abſq; inciſione ſanare poſſit. facit & ad antiqua ſanatuq; difficilia ulcera, & ad aquam intercutem, quod ita conficitur. Spumæ argenti, ceruſſæ, ſalis, ſing. drac. lxxx. olei lib. ij. ſingula ſeorſum exquiſitiſſime pinſito, deinde omnia ſimul in mortario cum oleo ſubigito, tum in fictilem ollam coniecta aſſiduo uerſatu decoquito, quouſq; inquinandi finem fecerint, poſtea refrigeratum medicamentum diligenter commollito, & utere. Aliud latentes abſceſſus diſcutiẽs, roſaceo dilutũ duricies diſſoluens, diutina putridaq; ulcera expurgans & incarnãs, quod habet, Ceruſſæ, ceræ, ſing. lib. ij. olei antiqui lib. iij. atramenti ſutorij, ſalis cõmunis ſing. unc. vi. nitri lib. i. aceti quod ſufficit. ceruſſam cum oleo ad probã cõſiſtentiam decoquito, deinde cerã inijcito, qua liquata, cętera ſeorſum primo ad ultimã minutiẽ redacta, deinde omnia ſimul in mortario rurſus exquiſitiſſime trita, admiſceto, cõficito & utere. Aliud ad euocandũ, rumpendum, & cicatricẽ inducendam, Picis aridæ, picis liquidæ, propolcos, portiones æquas cõmiſceto & utere. Aliud ad euocandũ, cui Philagrius adſtipulatᷓ, Iridis pollinis thuris, aphronitri, pumicis ſing. drac. viij. ammoniaci thymiamatis drach. xxv. chalbanæ drac. vi. canchryos drac. xii. ceræ drac. c. olei lib. ij. æſtate uero unc. xv. ceræ cũ oleo liquatæ & trãſcolatæ ammoniacum tritiſſimũ imponito, quo eliquato chalbanam præmollitam adijcito, deinde ubi ab igne ſuſtuleris, arida ad ultimam minutiem redacta admiſceto, & ſimul cõmollito. Andromachi Malinũ abſceſſus profundos ebibens, quo exquiſitiſſimam ponderum proportionem habente uti oportebit. facit & ad ſtrumas, gãglia, meliceridas, atheromata, panos, tabefacit parotidas, dothienas, & abſceſſus pforat, fiſtularũ callos exterit, ſinus diſcutit & agglutinat. habet autem, ceruſſæ, ſalis foſſilis, ſing. lib. i. ceræ, colophoniæ, ſing. unc. v. ãmoniaci thymiamatis unc. iij. opopanacis, chalbanę, ſing. unc. i. ſal tritũ & ſubtiliſſimo cribro excuſſum in mortario rurſus ad puluiſculi formam redigito, deinde aqua præcipue marina exquiſitiſſime ſubigito, poſtea ceruſſam ſimul terito, tum oleum infundito, utque omnia probe uniueris, uſque ad appetentem concretionem decoquito, inde adiecto ammoniaco ſinito ut bulliant, quouſque inquinandi finem fecerint, poſtremo liquabilia cum chalbana & opopanace præmadefactis, & præmollitis admiſceto, & diligenter conficito.

Aliud ad ſtrumas, gangrænas, & antiqua chironiáque ulcera, Spumæ argenti,

olei

olei antiqui, auripigmenti, ſing. lib. i. ſpumam argenti cũ oleo decoquito, quouſq; inquinandi finem fecerint, utq; ab igne ſuſtuleris auripigmentum ex duabus olei uncijs tritum immittito, finitoq; ut rurſus bulliãt, donec medicamentũ nigreſcat, quod deinde in mortarium coniectum piſtillo prius, deinde manibus diligenter ſubigito, & utere. ad ſtrumas quidem & durities ſincero & meraci, ad podagras uero & ad ulcera cum oleo diluito, mire etiam ad carbunculos facit. Aliud euocatorium Oribaſij manifeſtos humores attrahens. Spumæ argenti, ceruſſæ, nitri, ceræ, colophoniæ, ammoniaci thymiamatis, ſing. unc. iiij. olei antiqui lib. iij. ſpumam argenti, ceruſſam, nitrum, oleum cum lixiuij è cinere ligni ficulni lib. ij. decoquito, quouſq; nõ amplius inquinent, deinde ammoniacum tritum, poſtea cerã, poſtea colophoniam adijcito, & ſi nitri loco aphronitrum habueris præferendum erit. Aliud ad ſtrumas, ganglia, parotidas induratas, & mammillarũ abſceſſus, præ reliquis inſigne: tumores enim diſſoluit, & impactum humorem per cæcos meatus educit, ſinus agglutinat, fiſtulas & ægilopas abſq; inciſione curat, quod habet: ceræ, terebinthinæ, nitri fului, olei antiqui, ſing. lib. i. aquę heminam unam. Andromachus tamen pro aqua lixiuium imponit. nitrum ad extremam minutiẽ redigito, deinde rurſus ex aqua terito, ut penitus diluat̃, poſtea in fictili olla operta decoquito, ex interuallis uerſando. ubi uero ingens feruor quieuerit, liquabilia infundito, aſſidueq; agitato donec inquinandi finem fecerint, deniq; medicamentum in mortarium coniectum, & refrigeratum exquiſitiſſime commollito. Aliud quo Menecrates utebatur, ad ſtrumas, mammillarumq; durities peculiare pręſidium: tumores enim diſcutit, & fere non frangit, ſed tenuiſſimas quaſdam rimulas infert, per quas ueluti per colum impactus humor excernitur. ſinus etiam agglutinat, & ad cicatricem perducit, quod habet ceræ, terebinthinæ, aphronitri, chalbanæ, reſinæ piceę, olei antiquiſſimi ſing. lib. i. cineris querni & ficulni ſing. ſex. unum. cineris uero ſextarium decem uncias pendet. quæ liquari oportet liquata & excolata paululum decoquito, deinde chalbanam præmollitam adijcito, utq; ab igne ſuſtuleris cineres commiſceto, & diligenter conficito atq; applicato, ac primo quinq; diebus trãſactis, poſtea tribus, exoluito, donec tumor perforetur, deinceps quotidie locum ſolui curariq; oportet. Aliud euocando diſcutiendoq; efficax, abſceſſuum humorem ſine fractione per cæcos meatus, tanq; per cribrum trajciens, qui uero adhuc permutati non fuerint, per halitum digerens, quod habet, olei antiqui vnc. xxij. ceræ albæ vnc. xv. aphronitri albi unci. iij. terebinthinæ unc. xij. lixiuij è cinere querno uel ficulno ſextarium unum cum piſtillo ad fecis conſiſtentiam diluito, tum ceræ cum oleo colliquatæ terebinthinam admiſceto, & unito, quæ poſtea ut ab igne ſuſtuleris, & aſſidue uerſando refrigeraueris, cum aphronitro exquiſitiſſime conficies, reſiduum lixiuij paulatim inſtillando. Aliud Dionyſias inſcriptũ Heræ cappadocis ad memoratos affectus conferens, ſed ad mammillarum reliquarumq; partium induratas inflammationes præcipuum, quod ita conficitur: ceræ, terebinthinę, pollinis thuris, aphronitri albi ſing. lib. i. olei antiqui lib. ij. lixiuij ſextarium unum, miſyos crudi unc. ij. miſy & aphronitrũ cum lixiuij ſemiſſe terito, deinde ceræ cum oleo liquatæ terebinthinam adijcito, ac paulatim ad temperatam concretionem decoquito, poſtea ubi medicamentum ab igne ſuſtuleris, pollinem thuris inſpergito, & aſſiduo uerſatu refrigerato, poſtremo reliqua prius contrita admiſceto, & conficito, reſiduum lixiuij paulatim inſtillando, quouſque totum abſumptum fuerit. ubi uero inflãmationem diſcuſſam, & dolorem ſublatum percæperis, ac quędam duricies permanſerit, hoc medicamentum à loco remouebis, cuius uice Malinum aut quod Venus inſcribitur, aut aliud molliendi diſcutiendique uiribus pollens applicabis. Aliud euocando

diſcutiendoq;

diſcutiendo ꝗ idoneum longo uſu probatum. Colophonię lib.i. ceræ unc.i.s, nitri unc.vi. olei, hyeme quidem cochleare unum & ſem. æſtate uero ſemi cochleare. Nitrũ prius ex aqua, uel poſca, uel aceto tritum, ſicut res exegerit cũ liquabilibus commiſceto, dudumꝗ manibus ſubigito, obſeruando nitri ratione, ne aquę copia infundatur, ac paſtillum cõficito. facit ad carbunculos, dothienas, ſtrumas, abſceſſus, fiſtulas, & ęgilopas, humorem ꝗ per cęcos meatus ſine fractiõe exugit, ut emplaſtro impactus uideri poſſit. Emplaſtrũ quod captiuum inſcribitur, Nitri. unc.i. ſalis communis, ceruſſæ, ſing. drac. viij. propoleos drac. xxiiii. chalbanę drac. viij. medullę ceruinæ, lib.i. olei antiqui lib.ij. ariſtolochię unc.i. Eritꝗ medicamentum pręſtantius, ſi pro oleo medulla ſumatur, ut ſint medullę lib.iij. Aliud captiuum longo uſu probatum. Nitri drach. xviii. fimi columbini, ſalis communis, ceruſſę ſing. drac. viii. ariſtolochię rotundæ drac. xix. propoleos drach. xxiiii. chalbanę drac. xxviii. medullę taurinæ, olei antiqui, ſing. drac. iij. ceruſſam, oleum, ſal, nitrum, ſingula ſeorſum trita ad emplaſtri conſiſtentiam ſimul decoquito, poſtea propolim chalbanamꝗ conijcito, utꝗ medicamentum ab igne ſuſtuleris, fimum & ariſtolochiam cõmiſcebis. Aliud emplaſtrum ad ſtrumas, reliquaꝗ huiuſmodi expertum, Cerę lib.i. colophoniæ, unc.x. auripigmenti, chalbanę, opopanacis, myrrhę, halcyonij, ſing. unc.i. adarcę unc.ij. floris ſpumę, miſyos, ſing. unc.i.s. atramenti ſutorij, aluminis ſciſſilis, ſing. unc.ij. & ſcrup. vi. aluminis rotundi, aluminis liquidi, ſing. unc.i. & ſcrup. iij. ſulphuris uiui unc.ij. ſcrup. vi. nitri drac. xviii ſalis communis xlii. terebinthinę unc.iij. olei communis libram unam, aquę marinæ libram unam, & unc.ij. colophoniam cum oleo decoquito, quouſque inquinandi finem fecerint, deinde ceram imponito, qua liquefacta terebinthinam addito, finitoꝗ ut ſimul quadantenus bulliant: utꝗ medicamentum ab igne ſuſtuleris omnia arida prius ſeorſum ad ultimam minutiem redacta, admiſceto, cõficito, & illinito, & ubi ſuperficiem accenſam inſpexeris, locusꝗ effractus fuerit, infra ſcriptum emplaſtrum adhibebis, quod habet ſpumę argenti, plumbaginis, ſingu. lib.i. picis aridę, chalbanę, chalcitidis crudæ, ęruginis, ſquammę rubræ, pollinis thuris, ſingu. drac. xxii. ſalis aſſati, uiſci, ſing. drach. lxxii. olei communis lib.ij. ſpumam argenti, plumbaginem, chalcitidem, ſquammam cum oleo decoquito, quouſꝗ inquinandi finem fecerint, ac iam ſolidiora euaſerint, deinde liquabilia admiſceto, finitoꝗ ut ſimul paulatim bulliant, donec inquinationẽ quidem poſuerint, lentorem tamen non amiſerint: poſtea uiſcum inijcito, quod ubi ſolutũ fuerit, tũ demum arida imponentur, ſublatumꝗ ab igne medicamentum conficietur, & dudum manibus ſubigetur, quo uſꝗ ad perfectam ſanitatem utemur.

Emplaſtrum Nechepſonis è cupreſſo ad ſtrumas ramicem gutturis parotidas omnemꝗ duritiem & œdematũ genus. Cap. XIX

CUpreſſi ſolia uirentia quando in uigore fuerint, ad ultimam minutiem redacta uino racemali inſpergito, id eſt, quod à uinaceis poſt primi uini expreſſionem diſtillat, efficitóque ſolidæ fecis craſſitudinem & affectis locis illinito: omnem enim tumorem diſcutiet, & ſi ſtrumis illeueris, non niſi die tertia diſſoluito, ſtrumasꝗ aperte cõtractas, & adiacentes partes deſquammatas inuenies. eas igitur digitis exprimes, & diſſoluentur, poſtea medicamentũ rurſus applicabis: ac die itidẽ tertia diſſolues, iterumꝗ digitis locũ ualidiſſime comprimes, illinesꝗ tertio medicamẽtum, & ſimili modo diſſolues. In ſeptẽ enim aut ad ſummum nouem diebus ſtrumæ abolebuntur. utere autem hoc pręſidio tanquam admirando, & tanquam naturalem quandam proprietatem ad huiuſmodi affectum habente. ſi enim quidpiam admiſcere, aut aliquo pacto ipſum permutare uolueris, magis officies, quàm proficies. confert & ad gutturis ramicem extra fauces

tumeſcentem

tumeſcentem,eſtq́ꝫ prorſus eodem modo adhibendum cum digitorum preſſione, ſicut prædiximus.loca enim quibus applicatur, adſtringit ſimulq́ꝫ diſcutit,& deſiccat,tumoremq́ꝫ delet, ac uaſa ad membrum affectum materiam tranſcolantia conſtipat,eo igitur audacter utaris,nam pollicitationes noſtras experimentũ probabit. Emplaſtrum è capparibus Oribaſij.Plũbaginis,olei antiqui, ſing.lib.ij .ſalis communis lib.i.ceræ unc.vi.reſinæ piceæ unc. iiij. ſquammæ corticum radicis capparum ſing.unc.iij.ariſtolochiæ rotundæ unc.ij.propoleos tantũdem,chalbanæ unc.i. ſquammam & plumbaginem tuſas & cribratas, ac ſal primo ſeorſum, deinde ſimul exquiſitiſſime contritum cum oleo in mortario diligenter ſubigito, poſtea omnia in ſartaginem coniecta decoquito, quouſq́ꝫ inquinandi finem fecerint,tum ceram,reſinam,propolim,chalbanã,liquatas,& excolatas,addito, utq́ꝫ medicamentum ab igne ſuſtuleris cõficito,refrigerato,commollito, & utere.facit ad durities,coxendicum uitia,hemicranias, & hydrocephala infantiũ.ſi enim abraſis capillis capiti applicetur humorem exugit, ſinus etiam agglutinat, ſunt qui ipſum ſine cera conficiant. Emplaſtrum ex agarico utiliſſimum, latentes abſceſſus omnemq́ꝫ humiditatẽ ebibẽs.Ceræ,picis torrefactæ,aphronitri,thuris,agarici, ſing.lib.i.terebinthinæ, uiſci quercini, ſing.unc.vi. ceruinæ medullæ unc.iiij. œſypi unc.iij.grani cnidij,pyrethri,chalbanæ, ſing.unc.ij. quæ liquari oportet,liquatis,excolatis,& ab igne remotis uiſcum adijcito, & ubi liquatum fuerit,arida commiſceto,conficito,& utitor.

Apochymatis præparatio ex Oribaſio. Cap. XX

PIcis aridæ lib.i.picis liquidæ,ceræ,ſing.unc.iiij, reſinæ piceæ unc. vi. omnia liquata & excolata in peluim marinæ aquæ ſiue communis plenam conijcito, dudumq́ꝫ manibus tanq́ꝫ paſtillum ſubigito,& utere. Emplaſtrum eiuſdem ad illiſiones mitigandas, irrigationum uicem ſupplens. Spumæ argenti lib.ij. fecis à uirorum balneis excolatæ lib.vij.marinæ aquæ à pelago hauſtæ,ſextaria duo,colophoniæ unc.xvi.ceræ unc.ij.ſquãmę unc.v.ſpumam argenti,ſquammam,oleũ, marinam aquam uirentibus arundinibus uerſando,ſimul decoquito, quæ ubi inquinandi finem fecerint,ceram & reſinam adijcito,ac rurſus ad probam conſiſtentiam decoquito, & irrigationis uice utitor. Ego uero olei lib.ij. adijcio. At inter mollitoria Oribaſij hæc ſeries inuenitur,Fecis lib.iij.s.marinæ aquę, olei antiqui, ſpumæ argenti,colophoniæ ſing.lib.ij.ceræ lib.i.æris uſti,ammoniaci thymiamatis,ſing.unc.ij.facit inquit ad durities,& præparatur ſicuti dictum eſt.

Cerata utiliſſima & de tetrapharmaco & baſileo. Cap. XXI

MAcedonicum,ceræ,colophoniæ, picis, adipis tauri, æquis portionibus liquatis & tranſcolatis,thuris,par pondus contritiſſimum commiſceto. Macedonicum emplaſtrum Azaniæ efficaciſſimum,& inſigne, picis unciam unam, ceræ unc.iij.ſuilli adipis antiqui,& expurgati unc.vi.adipis taurini, œſypi ſingu. unc.iij.reſinæ piceæ,aut pineæ unc.v. liquato & utere,facit ad omnia malefica ulcera,ad gãgrẹnas,ad fiſtulas,ad uulnera recẽtia,uſtiões ignis acopi modo recreat, eſtq́ꝫ peſſarium molliendo idoneum.confert & ad uteri ulcera, ad panos, ad parotidas.ad ulcerum uero cauitates plurima medicamenti copia illinenda eſt, obſeruando ne tunc oleum commmiſceatur. idem neruis muſculiſq́ꝫ percuſſis præcipuam utilitatem præſtabit.

Heptapharmacum relaxando ſuppurando & incarnando idoneum diuerſimode illitum. Cap. XXII

CEruſſæ,unc. viij.ſpumæ argenti,uncias quatuor,ceræ,picis, colophonię,adipis taurini,thuris,ſing.unc.ij.liquabilia aridis admiſceto,atq́ꝫ uſui tempore

ſumito

ſumito,medicamẽti quidem & ceræ ſing.unc.i. olei uero roſacei unc.iiij. & ſi relaxandi uires augere uolueris oleum irinum, uel ſicyonium,uel gleucinũ eligito, copiamq́ maiorem imponito.

Hori Mendeſij enneapharmacum Cap. XXIII

ID ſuppurando & remittendo efficax eſt, præcipue ubi neruos affectui conſenſuros ueremur:ex eodem peſſarium utiliſſimum ad ſedis uitia conficitur. Adipis anſerini,uitulini,butyri,medullæ ceruinæ,ceræ,terebinthinæ,olei roſacei,ricinini,mellis,ſing.portiones æquas colliquato,& utere.

Emplaſtrum Philoſophi ad calcitrationes & uulnera tumeſcentia. Cap. XXIIII

HAbet id frangendi,pus educendi,& ad cicatricẽ ducendi uires.Hyoſcyami, perdicij,foliorum recentium ſideritidis,portionibus æquis contritis,panem aridum ſiligineum,tuſum, & cribratum admiſceto, qui unius herbæ pondus habeat,omniaq́ ſimul cum axungia porcina conficito, & ad emplaſtri formam redigito,& tanquam admirando utere.

Oeſypi confectio. Cap. XXV

HVius quidem in ſecundo libro optimam præparationem deſcripſimus, ex lanis enim ſuccidis apparatur, ſed ubi id haberi non poſſit, accipe quod pigmentarij hoc modo conficiunt. Meliloti unc.iiij.cardamomi,hyſſopi herbæ ſing. unc.ij.ſuccidæ lanæ ex ouium axillis decerptæ unc.iiij. colophoniæ, ceræ, reſinæ piceæ,ſing.unc.x.olei dulcis lib.ij.aquæ ſextaria tria. Melilotum,cardamomum, lanam,& hyſſopum in aqua per integrũ diem madefacito, deinde uſq; ad tertias decoquito,& excolato,tum ijs quæ liquari debent,liquatis,& per colum traiectis, ſuccum & oleum admiſceto,finitoq́ ut ſimul ad ſucci abſumptionem bulliant.

Emplaſtrum quod quia quinq; rerum genera continet,manus appellatur. Cap. XXVI

COlophoniæ lib.v.ceræ,lib.iiij.reſinæ piceæ,lib.iij.adipis taurini lib.ij.butyri lib.i.colliquato & utere.

Bromium Cap. XXVII

FOenogræci,ſeminis lini,ſucci altheæ,olei ſing.lib.i.omnia ſimul uſq; ad ſucci abſumptionem decoquito,poſtea ſumito,colophoniæ, reſinæ piceæ, ſing. unc.iij.ceræ unc.vi.chalbanæ unc.iiij.quas colliquatas cæteris admiſceto, & utere. Aliud optimum. Seminis lini,altheæ, fœnogræci,ſing.unc.iiij.in duobus aquæ ſextarijs præmadefacito,ſuccoq́ inde expreſſo ſumito, huius & ceræ,ſing. lib.i.reſinæ piceæ,colophoniæ, ſingu.unc.vi. chalbanæ unc.ij.opopanacis unc.i. confice & utere.

Emplaſtrum ex ouis optimum. Cap. XXVIII

SPumæ argenti, ceruſſæ, ſing.unc.iiij. cadmiæ unc.ij. ceræ lib.i. roſacei lib.ij. ouorum albumina x. metallica ex aqua & uino terito, deinde cum ouorũ albuginibus ſubigito,poſtea liquatis,quę liquari oportet admiſceto,unito & utere.

Parhygrum Galeni. Cap.XXIX

SPumæ argenti,ceruſſę,ſing.lib.i.olei puriſſimi & aquæ, ſingu.lib.ij.Sed ego inquit frequenter olei quidem lib.i.adipis uero anſerini unc.vi. immiſceo.uel ſi hoc defuerit gallinaceum, uel hoc quoq; deficiente, ſuillum recentem accipio: omnia ſimul ſuper prunis fumo carentibus citra ſoliditatem decoquuntur,ac nõnunq́ in decoctionis fine,amyli unc. vi. adijcio.ſi ergo adipem ſuſceperit maiores mitigandi uires habet,uulnerumq́ inflammatorum dolores magis extinguit, inducendæ tamen cicatrici inutile eſt,aquam præterea frigiditatem illi addere ſatis conſtat.

Aliud emplaſtrum ex ouis Oribaſij. Cap. XXX

CEræ unc.i.ſpumæ argenti,ceruſſæ,amyli,ſingu.unc.ij. oua iiij. roſacei lib.i. oua in confectione poſtremo imponenda ſunt.

Parhygrum Oribaſij ad ſpontanea delicatorum corporum ulcera. Cap. XXXI

PInguedinis porcinæ recentis unc.xi.ceræ unc.vi.ceruſſæ,ſpumę argenti ſing. unc.xv.liquabilia cum aridis admiſceto. facit ad ſerpentia ulcera, ac roſacco dilutum uuluæ ſedisq; uitijs,& maleficis faciei puſtulis medetur.

Aliud optimum Aſclepiadæ quod roſaceum inſcribitur. Cap. XXXII

ID mammillarum durities diſcutit,eſtq; ad ſedis uitia efficaciſſimũ, ſi myrtino aut roſaceo diluatur,quod ita conficitur.Spumæ argenti,ceruſſæ,adipis porcini recentis,ſingu. unc.vi.olei antiquiſſimi ſing. lib.i.s. myrrhæ drac.iiij. ouorum crudorum uitellos duos. reliqua ad probam conſiſtentiam decoquito,deinde ubi refrixerint, oua ex uino albo trita admiſceto, utereq; interdum ſincero medicamento interdum diluto.

Emplaſtrum phycotyche inſcriptum ad omnia ulcera ſed pręcipue ſedis conueniens. Cap. XXXIII

CRoci unc.i.ceruſſæ,ſpumæ argenti,medullæ ceruinæ,adipis anſerini,ceræ, ſingu.unc.vi.roſacei unc.xxxvi.ouorum albumina xxx. uini quod ſufficit.

Sphærium quod madefactionis uicem ſupplet ad cutis excoriationes,ad intertrigines,aduſtiones ignis,ad flagellatos in iudicio,ad tibiarum illiſiones cõferens. Habet autem ſpumæ argenti, ceruſſæ, calcis uiuæ, ſing.unc.iij. ceræ unc.i.s.nitri unc.i.olei roſacei lib.i.aridis cõtritiſſimis liquabilia admiſceto, & rotulas magnas conficito, uſus uero tempore, olei unc.xvi. roſacei unc.iij. ceræ unc.ij. ſuper carbonibus liquato, deinde medicamenti unc.ij. adijcito, ſpathulaq; agitato nouem aquæ uncias paulatim inſtillando,& conficito.

Pentathetum. Cap. XXXIIII

CEræ,picis,colophoniæ,adipis taurini,calcis uiuæ,portiones æquas. liquatis ijs,quæ liquari oportet,calcem adijcito,atq; uſus tempore ſumito olei unc. xvi.cerę unc.ij.medicamenti tantundem,olei ſicyonij unc.iij.& dilue ut proxime diximus.facit ad uibices flagellorum,ad cutis excoriationes,illiſionesq;,& cętera huiuſmodi. Aliud ex ochra eaſdem cum prædictis facultates habens:ochrę lib. ij.cerę * ſingu.lib.i.colophoniæ, picis, reſinæ piceæ, ſingu.lib.i. ſpumæ argenti,terebinthinæ ſing. unc.viij. olei lib.ij. aridis tritis liquabilia admiſceto,& rotulas conficito,atq; uſus tempore libræ ceræ liquatæ & transcolatæ medicamenti libram admiſceto,quod ubi ſolutum fuerit,uini libram paulatim inſtillato,& utitor,ad eadem,quæ paulo ſupra memorauimus.

Telamonium. Cap. XXXV

CArbonibus medetur, dilutum ſinus deſiccat, & cicatricem inducit. Habet autem,Spumæ argenti,calcis uiuæ,cerę,reſinæ piceæ, ſing.unc.ix. ceruſſæ unc.xxv.olei lib.i.s.ſpumam argenti cum oleo ad conſiſtentiam decoquito,deinde ceram & reſinam conijcito, tum calcem & ceruſſam ad ultimam minutiem in mortario redactas commiſceto,& conficito, quod quidem aduerſus carbunculos panno illitum applicabis, ad reliqua uero roſaceo aut myrtino oleo ad fecis ſubſtantiam ſolutum appones.

Pilarium ex argentiſcoria ad cutis excoriationes,& reliqua huiuſmodi. Cap. XXXVI

SCoriæ argenti unc.vi.ceræ,taurini adipis ſing.unc.x.colophoniæ unc. iiij.picis unc.ij.olei unc.ij.ſ.ſcoriã argenti,interdũ aridã imponimus, interdũ uino aut fœnogręci ſucco diluimus,& ſi argẽti ſcoria defuerit, plumbaginẽ ſumimus.

Medicamentũ è pompholyge lõgo uſu probatum. Cap. XXXVII

ID eunuchorũ,mulierum,puerorũ,reliquorumq; molliũ corporũ ulceribus cõgruit,ubi cicatrix abſq; dolore inducẽda ſit,tutoq; cãceroſis ulceribus adhibet. Quod habet ceruſſæ,ſpumę argẽti,põpholygis, ſing.unc.ij. cadmiæ unc.iiij.medullæ ceruinæ unc.iij.ceræ,olei roſacei,ſing.lib.i.olei myrtini unc.vi. metallica trita & cribrata,ac cũ uino ſubacta liquabilibus admiſceto,& utere. Aliud Archigenis & Oribaſij.Pompholygis,ceruſſæ,ſpumæ argenti,ſing.unc.i.ladani unc.ij. acaciæ unc.iiij.ceræ unc.iij.olei myrtini unc.viii.ouorũ aſſatorum uitellos ix.uini quod ſufficit. Aliud Rutaceum inſcriptum ad ſcabioſas fiſtulas cõferens,quod habet,Cadmiæ,ſpumæ argenti,ſcoriæ eiuſdẽ,ſulphuris uiui,ſing.unc.ij.aluminis ſciſſilis,rutæ uirẽtis,ſing.unc.i.ceræ unc.viii.myrtini olei lib.ij.uini quod ſufficit.

Ceratum è perdicio ad ſinus. Cap. XXXVIII

FOliorum perdicij lib.ij.ceræ,colophoniæ,olei,ſing.lib.i.herbæ exquiſitiſſime tritę liquabilia admiſceto,& in mortario cõficito.hoc in nõnullis ob nimiã repellendi uim adiacentibus locis inflãmationes inferre, atq; ibidem materiã colligere cõſueuit.quod ſi euenerit, loco quidẽ inflãmato ex eodem medicamento apponito,in ipſius uero ſinus orificio emplaſtrũ è lolio, aut quod uenus inſcribitur, aut quodpiã aliud attrahẽdi uiribus pollens applicato.Ceratũ è ſucco betę ad uulnera inflãmata,ad ichoras,ignisq; aduſtiones:ceræ lib.i. olei lib.i.ſ. liquato & excolato,utq; ab igne ſuſtuleris , betæ ſuccum quantũ imbibi poſſit infundito, & in mortario conficito:eritq; longe pręſtantius ſi ſuccum cerato paulatim inſtillabis.

Ceratum ad inflãmationes & ſinus. Cap. XXXIX

CEræ lib.i.olei lib.ij.ſ.ſucci plantaginis quod ſufficit. ceratũ liquatũ & in frigidam aquã cõiectum aqua multoties immutata exactiſſime ablues, quod poſtea in mortario piſtillo ſubigi oportet,ac ſubinde plãtaginis ſuccũ paulatim inſtillari,quantũ imbibi poterit.Ceratum myrteũ ad omnẽ oculorũ inflãmationẽ cicatrici inducẽdæ,intertriginibus,& affectibus ſcabioſis idoneũ, quod habet ceræ lib.i.myrtini olei lib.ij.plumbi uſti unc.vi.ceruſſæ,ſpumæ argẽti,ſyrici,ſing.unc.i uini quantũ ad triturã ſuffecerit.Malinũ ad cicatrices inducendas.Chalcitidis crudæ unc.vi.cadmiæ unc.iij.ceræ lib.i.myrtini olei lib.i.uini quod ſufficit.

Ceratum è ſandyce quod homo appellatur. Cap. XL

AD ulcera diuturna ac malefica,& quę in tibijs eueniũt,ſolum priuatim illitũ ad cicatricẽ perducit.ſandicis lib.i.olei dulcis lib.ij.ſimul decoque,quouſq; inquinandi finẽ fecerint,& fidenter utere. Emplaſtrũ ex allijs euocãdi uires habẽs, & ad quãlibet duriciẽ,abſceſſus,dothienas,ſtrumas,inguina,fiſtulas, uitiligines humidas,mamillas induratas cõueniens,habet aũt. Ceræ lib.ij.colophoniæ unc.vi. medullæ ceruinæ tantundẽ,nitri albi unc.viij.allia xx.olei lib.iiij.Allia decorticata in oleo decoquito donec aſſentur, deinde oleo excolato, liquabilia admiſceto, poſtremo nitrũ in mortario tritũ adijcito,& utere.nos uero ita cõficimus.ceræ,colophoniæ,olei,ſing.unc.v.nitri unc.vi. medullæ ceruinæ unc.ij. alliorum nucleos ccxxx.cõfice & utere,præſertim ad fiſtulas:humorẽ eñi euocat, quẽ ſingulis diebus crebro abſtergere oportet. Id ſolũ nullius indigũ attrahit,incarnat, ad cicatricem ducit. Aliud Oribaſij ad puſtulas,intertrigines, inuſtiones ignis, perniones non ulceratos,ad bullas nondũ apertas,ad cutim tibiarũ diuulſam,ad ulcera antiqua,& quæ ſub cuti ſerpunt:ſi tamen cicatrix obducenda ſit,abſq; adipe preparari oportebit,quod ita conficitur. Scoriæ plumbi unc.iij. aut iiij.cerato admiſceto, quod habeat ceræ unc.viij. aut x. pinguedinis porcinę recentis,olei myrtini,ſing. unc.i.

Emplaſtrum Aſclepiadæ è ſcilla uirenti. Cap. XLI

HOc ad fiſtulas,ſinus,depaſcentias,& putredines confert, ulcerũ eminentias contrahit, flaccidas, marceſcenteſq; aures tabefacit & expurgat.ad fiſtulas uero anguſti orificij uermiculũ è medicamento confectũ pro fiſtulari collyrio ap ponimus, & dilatato orificio idem medicamentũ roſaceo diluimus,quod abluto prius ſinu ſeu fiſtula poſca uel uino mulſo inijcimus, locumq; emplaſtro circum/ munitũ deligamus.ita eñ dilutum incarnat & replet fiſtuloſa capitis ulcera:cõue nit & depaſcentibus,ubi mẽbrana denudata nõ fuerit.eodẽ ſincero ad capitis fra/ cturas, ad aſthmaticos & orthopnoicos uti oportebit, amplis emplaſtris pectori appoſitis:cõuenitq; omnino ubicunq; uolueris ad ſuperficiem materias euocare. habet aũt ſcillæ expurgatę unc.v.ſquãmę,iridis,ſing.unc.iij. myrrhæ drach.xviij. ãmoniaci thymiamatis drac.xii.chalbanę, picis liquidę, ſtyracis,æruginis, reſinæ picec aridæ,ariſtolochiæ,ſing.unc.vi.ceræ unc.xx.terebinthinę unc.iiij.olei anci/ qui lib.ij.aceti acerrimi ſexta. ix.aut quod ſuffecerit.in ſcillam ſub æſtiuo ſole tu/ ſam acetũ paulatim inſtillato,quantũ ad exquiſitã trituram ſuffecerit.in alio uero mortario ſquãmam & ęruginẽ ex aceto diutiſſime terito,deinde arida tenuiſſimo cribro excuſſa conijcito,poſtea ammoniacum,ſtyracem, myrrham, chalbanã ad/ miſceto,& aceti inſperſione ſimul diligenter ſubigito,poſtremo quæ liquari opor tet,liquata,& refrigerata cum reliquis cõponito,& utitor. ad fiſtulas quidẽ & oſ/ ſium corruptiones,uermiculos è medicamento conficiens,& loco imponẽs,quo/ uſq; aliena deciderint. ad ulcera uero repurgãda ſumito medicamenti unc.iiij. cę ræ unc.ij.roſacei unc.iij.ac pro purgationis ratione quidpiam medicamenti auſe/ res,& cerato adijcies,uſq; ad cicatricem, ita ut poſtremo cum iam cicatrix perſi/ cienda ſit accipias medicamenti unc.i.olei myrtini aut roſacei unc.ix.

Emplaſtrũ è pompholige Heræ cappadocis. Cap. XLXII

ID ad dolores inflãmationeſq; ſedandas præcipue maleficorũ ulcerum cancero ſorumq; affectuũ utiliter adhibetur,ulceribus antiquis, & cicatrici renitẽtibus ignis aduſtionibus confert, Roſaceo aut myrtino oleo dilutũ cicatricem inducit, & ſi butyro diluatur incarnat,cum roſaceo uero ad omnia ſedis uitia maxime ac/ cõmodatur,quod habet,Cadmiæ racemoſæ lotæ drac.viij.thuris drac.iiij. ſpumæ argẽti lotæ drac.viii.cerę albę drac.c.terebinthinę chię drac.vii.myrtini olei drac. clxx.arida tenuiſſimo cribro excuſſa in mortario plũbeo cũ piſtillo pariter plum/ beo è quatuor uini ſextarijs conterito.infraſcripta autem polentæ modo contuſa, in uino prę maduiſſe oportet:iridis,meliloti,ariſtolochię, capitulorum papaueris, ſeminis hyoſcyami albi,ſing.drac.viii.hæc inq; craſſiuſcule polentæ modo cõtuſa tota die cum ſua nocte in uino madefacies,& ex hoc uino poſtea per colum traie/ cto metallica ſicut prædiximus conteras, atq; ubi quæ teruntur mellis habuerint conſiſtentiam,oleũ myrtinum in mortariũ conijcito, & ad linimenti cõſiſtentiam ſubigito,deinde omnia ſimul in ollam nouam coniecta placido iugiq; igne ad em plaſtri formam decoquito,poſtremo terebinthina adiecta confeſtim medicamen/ tum ab igne auferto,& aſſiduo uerſatu refrigerato.

Emplaſtrum nigrum quod ſubſtantia appellatur. Cap. XLIII

COnfert hoc ad duricies,ad articulorũ,laterumq; fracturas,ganglia, ſtrumas, & tumefactiones diſſoluit,tibiarũ ulcera chironia,& fiſtulas curat, ferarum morſibus,& aquæ intercuti magna mole infeſtanti medetur,clauos ſanat, ſurcu/ los euocat. Ad lienicos etiam, podagricos, & iocinoroſos præcipue diſtillatione ſimul uexatos ſummo præſidio eſt,habet autem,Spumæ argenti, ceruſſæ, ęrugi/ nis raſilis, ſing.unc.iij. ſquãmæ,æris,unc.ij. thuris maſculi unc.ij.s. bituminis iu/ daici unc.viii.terebinthinę unc.iij.cerę flauæ,picis aridę,ſing.lib.iij. olei antiq lib i.lapidis gagatæ,lapidis ſoreos,lapidis aſij,aluminis ſciſſilis,magnetis uiui,myro/ balanorum

balanorum,ſing.unc.iij. ſpumam argenti, ceruſſam, ſquamam, æruginem, bitumen,& thus cum aridis omnibus tundito, coniectáque in mortarium cum aceto paulatim infuſo ad fecis conſiſtentiam ſubigito, tum ceram, picem, oleum, & quę liquari oportet, liquata admiſceto,& ſimul probe conficito.

AETII AMIDENI DE RE MEDICA LIBRI XV. FINIS.

QVAE IN LIBRO XVI. AETII AMIDENI CONTINENTVR.

De ſitu magnitudine, ac reliqua uteri formatione Cap. i.
Quænam concipiente muliere in utero ſiant Cap. ij
De loculi generatione Cap. iij
Quoto anno mulieres purgari incipiant Cap. iiij
Quibus notis futura purgatio uirginibus indicetur Cap. v
Quo tempore ſemen appareat, & concipiendi tempus adueniat Cap. vi
Quomodo fœcundę mulieres dignoſci queant ex Sorano Cap. vij
Quomodo dignoſcantur quæ iam concæperint Cap. viij
Quænam notæ ſecundum antiquos indicent fœtus, mas an fœmina ſit futurus Cap. ix
De pica ex Galeno Cap. x
De pedum tumoribus qui prægnantibus accidunt Cap. xi
De ſtudio prægnantibus adhibendo ex Aſpaſia Cap. xij
Quænam ſigna partui ſecundum naturam futuro præcedant Cap. xiij
Quæ nam præcipienda ſint ſecundum naturam parientibus Cap. xiiij
De ſtudio ægre parientibus impendendo ex Aſpaſia Cap. xv
Quę tuto non concipiunt, quomodo adiuuandæ ſint Cap. xvi
Peſſi ad ſterilitatem inducendam Cap. xvij
Fœtum corrumpentia ex Aſpaſia Cap. xviij
Quæ nam ſigna futuro aborſui pręcedant Cap. xix
Quomodo corrupti fœtus eiectioni auxiliari oporteat Cap. xx
De his quæ bimeſtrem aut trimeſtrem abortiuntur Cap. xxi
Quot modis pariendi difficultas fiat in ijs quæ præter naturam eueniunt Cap. xxij
De fœtus extractione ſiue ſectione ex Philumeno Cap. xxiij
De educendo loculo ex Philumeno Cap. xxiiij
Curatio poſt fœtus ſectionem ex Aſpaſia Cap. xxv
Cauſæ cur uiri & mulieres non generant, & quomodo curentur ſignaq; conceptionis Cap. xxvi
Frigidioris uteri ſigna & curatio Cap. xxvij
Calidioris uteri ſigna & curatio Cap. xxviij
Curatio earum quæ ob uteri humiditatem non concipiunt Cap. xxix
Curatio earum quæ ob uteri ſiccitatem non concipiunt Cap. xxx
Curatio diuerſorum affectuum, quorū ratione mulieres non concipiunt, ſiue id ob humorum craſſitudinem ſiue ob flatuum multitudinem contigerit, ſiue quod uteri os clauſum, uel hians, aut auerſum fuerit Cap. xxxi
De his quæ non concipiunt, quia medicamentum ad ſterilitatem inducendam ſumpſerint Cap. xxxij

Curatio earum in quibus nihil inſenſum apparet Cap.xxxiij
Potiones peſſuli & ſuffumigia ad conceptum Cap.xxxiiij
Ne lac in mammillis grumeſcat Cap.xxxv
De chondriaſi & ſparganoſi mammillarum Cap. xxxvi
De uitioſo lacte mammas lædente Cap.xxxvij
Ad mammillarum inflammationes ex Philumeno Cap.xxxviij
Ad induratas mammillarum inflammationes ex Philumeno Cap.xxxix
De mammillarum abſceſſibus Cap. xl
De mammarum fiſtulis ex Leonida Cap.xli
De mammarum depaſcentijs Cap.xlij
De phagedænicis mammarum ulceribus Cap. xliij
De cancris mammarum ex Archigene & Leonida, & de ulceribus canceroſis Cap. xliiij
Quinam cancri ſanatu faciles, quinam difficiles Cap.xlv
Chirurgia cancri ex Leonida Cap.xlvi
Curatio poſt amputationem & inuſtionem Cap.xlvij
Cancrorum curatio ſine chirurgia Cap.xlviij
Curatio canceroſorum tumorum ulcere carentium Cap.xlix
Cancri ulcerati curatio Cap. l
De mammilla indurata ex Leonida Cap.li
De menſtruorum retentione ex Ruffo & Aſpaſia Cap. lij
Quænam ſigna mulierem ſequantur quæ non purgatur Cap. liij
Curatio earum quæ nimia caliditate non purgantur ex Ruffo Cap. liiij
Dignotio frigidarum temperaturarum & earum curatio Cap. lv
Peſſuli ſanguinem educentes Cap. lvi
Philoſophi ad menſes educendos Cap. lvij
Curatio earum quæ nimia pinguedine non purgantur Cap. lviij
Curatio earum quæ plenitudinis ratione non purgantur Cap. lix
Curatio earum quæ ob innutritionem non purgantur Cap.lx
Curatio earum quæ ob humorum prauitatem non purgantur Cap.lxi
Quibus ſanguinis euacuatio alio itinere auertitur, uel per hæmorrhoidas, uel per nares quomodo ſuccurratur Cap. lxij
Curatio earum quæ nimio ocio non purgantur Cap. lxiij
Curatio earum quæ ob quampiam diuerſam cauſam non purgantur Cap.lxiiij
De menſtruorum ſtillicidio Cap. lxv
De exuberante purgatione Cap. lxvi
De muliebri fluxu ex Archigene Cap. lxvij
Curatio earum quæ à rubro fluxu uexantur Cap. lxviij
Albi fluoris curatio Cap. lxix
De uteri ſuffocatione Cap. lxx
Exempla peſſorum ad uteri ſuffocationem conficiendorum Cap.lxxi
Vnctionum confectiones ad eandem ægritudinem ex Philagrio Cap.lxxij
Alia præſidia ad uteri ſuffocationem ex Philagrio Cap. lxxiij
De gonorrhœa, id eſt, ſeminis fluore ex Sorano Cap. lxxiiij
De uteri imbecillitate ex Sorano Cap. lxxv
De uterino furore ex eodem Cap. lxxvi
De uteri reſolutione ex eodem Cap. lxxvij
De uteri procidentia ex eodem Cap. lxxviij
De reuocatione, auerſione, & recurſu uteri ex Aſpaſia Ca. lxxix
De ſpiritu in uulua collecto Cap. lxxx
De utero aqua intercute laborante Cap.lxxxi

De mola quæ à nonnullis affectus hydropicus appellatur Cap. lxxxij
De œdemate uteri ex Sorano Cap. lxxxiij
De ſatyriaſi ex eodem Cap. lxxxiiij
De uteri inflammatione ex Philumeno Cap. lxxxv
De ſcirrho ac ſcirromate uteri ex Sorano Cap. lxxxvi
De abſceſſu uteri ex Archigene Cap. lxxxvij
Quonam manuum artificio ori uuluæ abſceſſum patienti ſit occurrendum Cap. lxxxviij
Curatio abſceſſus in quo inter inteſtina & peritoneum membranam eruptio ſit Cap. lxxxix
De utero ulcerato ex Archigene Cap. xc
Curatio ulcerum uuluæ ad carbunculorum naturam tendentium Cap. xci
Ad ſordida uuluæ ulcera ex Archigene Cap. xcij
Ad humorem à muliebri pudendo defluentem Cap. xciij
Ad uteri depaſcentias ex Aſpaſia Cap. xciiij
Quæ ad cicatricem ducunt ex Aſclepiade Cap. xcv
De cancris uteri ex Archigene Cap. xcvi
De phimoſi uteri Cap. xcvij
De utero imperforato Cap. xcviij
De hæmorrhoidibus uteri ex Aſpaſia Cap. xcix
De calculo uteri Cap. c
De calculis ueſicæ Cap. ci
De aquoſo ramice ex Aſpaſia Cap. cij
De inguinali ramice Cap. ciij
De uaricoſo ramice ex Aſpaſia Cap. ciiij
De nymphotomia Cap. cv
De cauda Cap. cvi
De thymis, formicis, & uerrucis uteri ex Philumeno Cap. cvij
De condylomatibus ex Aſpaſia Cap. cviij
De rhagadibus uteri Cap. cix
De ſcirrhomatis miliaceis uteri Cap. cx
De ſcabioſis uteri puſtulis Cap. cxi
De alarum abſceſſu Cap. cxij
Ad mulieres exomphalas Cap. cxiij
Ad rugas alui, rhagadas, & nigredines prohibendas quæ à partu oriuntur Cap. cxiiij
Lotio admiranda ſuperficiem exterens & ſplendidam reddens Cap. cxv
Aridum quod beredriadem appellant Cap. cxvi
Xeromyrum roſatum Cap. cxvij
Xeromyrum leucophyllum appellatum quo ad collum & axillas utuntur Cap. cxviij
Hygromyrum quo mulieres ad aures utuntur Cap. cxix
Olei ſalca confectio precioſa Cap. cxx
Foliati confectio Cap. cxxi
Spicati præparatio Cap. cxxij
Oenantharij confectio Cap. cxxiij
Abſinthati ſiue rodabſinthati ſalubris confectio pulcherrima Cap. cxxiiij
Roſati confectio Cap. cxxv
Conditi cathartici confectio ad pituitoſos quo hyemis tempore uteris Cap. cxxvi
Abſinthati confectio Cap. cxxvij
Maſtichati, & cyminati præparatio Cap. cxxviij
Citrati confectio Cap. cxxix
Rhodomali confectio Cap. cxxx
Muſtati confectio Cap. cxxxi
Gari confectio pro abſtemijs Cap. cxxxij
Suffumigij muſcati præparatio Cap. cxxxiij
Suffumigij regij confectio Cap. cxxxiiij
Suffumigij muſcati Theopompi confectio Cap. cxxxv
Suffumigij boni roſati confectio Cap. cxxxvi

Suffumigij muſcati in eccleſia recepti confectio Cap. cxxxvii
Suffumigij unguentarij inſignis confectio Cap. cxxxviij
Suffumigij amabilis Præparatio Cap. cxxxix
Suffumigium Dominæ Romuli Cap. cxl
Suffumigium roſatum Embularchi Cap. cxli
Suffumigium Pamphili epiſcopi Cap. cxlii.
Smyrniſis conſeruando cadaueri Cap. xliii

INDICIS FINIS.

AETII AMIDENI MEDICI CLARISSIMI LIB. XVI IOANNE Baptiſta Montano, Medico Veronenſe interprete.

De ſitu magnitudine ac reliqua uteri formatione. Cap. I

VTERVS idem mater, & hyſtera appellatur, mater quidem, quod omnia inde animalia tanq̃ à matre oriantur. Hyſtera aũt quod omnibus uiſceribus hyſtera, id eſt, poſterior ſita ſit. iacet enim uterus inter membranam peritoneũ uocatã, & ueſicã, rectumq́ intestinum. Ac recto quidem inteſtino adhæret, ueſicæ uero circa umbilicũ ubi fundus ipſius eſt ferè ſupereminet, ſicut cõtra propè pudenda, utero ceruix ueſicę pręſtat. magnitudo eius nõ omnibus mulieribus eadẽ eſt, maior enim fœcundarũ, ſterilium minor deprehenditur. ætatis autem ratione minima earum eſt, quæ nondũ uiris concubuerint. lõgitudo inperfectis mulieribus à fundo incipiens qui circa umbilicũ iacet uſq; ad pudendum, undecim ferè digitorum menſura extenditur. latitudo utraq; ilia cornibus ſuis attingit. quantũ ad figurã attinet, tota eius cõcauitas præcipue fundus in cæteris quidẽ ueſicæ aſſimilatur, tranſuerſe uero ab utraq; fundi ſuperiori parte propagines quaſdam habet, quas cornua à ſimilitudine appellãt, primo ſurſum uergẽtes, poſtea deorſum declinantes, & paulatim in anguſtũ tendentes, ut poſtremæ partes iam plane anguſtæ & inferius profectæ uenis aſſimilentur. Hæ igitur anguſtę cornuũ partes ſinuoſis flexibus inferius delatæ teſtibus inſerunt̃, qui utrinq; dextrorſum inquam, & ſiniſtrorſum exterius utero adhęrent, perq; hos ſinuoſos cornuũ ambitus in uiri congreſſu uterus ſemen à teſticulis attrahit: mulierũ uero teſtes paruiſſimi ſunt, neq; ſicut uirorũ ſuccoſi, ſed paſſi et tanq̃ coriacei. ueſicę preterea atq; inteſtino recto uterus per propagines quaſdã fibroſas ſuſpenditur, & oſſi ſacro præcipue ualidis neruoſis muſculoſisq; uinculis maiori ex parte connectit̃. Porrò ſuſpẽſoria nerui ſunt ex ſpinali medulla in ipſum uterum inſerti, qui totũ eius corpus ſubinde cõtexunt, quanq̃ & ab inſitis uaſis, uenis inquam & arterijs ſuſpendat̃. à concaua cũ uena, quæ per ſpinam à gibbò hepatis ducitur, & à magna cordis arteria ſimul cũ concaua uena inferius delata, bina uaſa ad uterũ deferuntur, utrinq; inq̃ uena & arteria: quæ quatuor uaſa ſupius uteri fundo inſerunt̃, atq; inde huc illuc diſperſa

interius

interius & exterius, ſed pręcipue interius totũ uterũ implicant, per quę mẽſtruus ſanguis in uterum deriuatur. ſunt tamẽ aliæ quoq; uenæ & arteriæ utrinq; utero inſertæ, partim ad teſtes, partim ad fundum eius & pudendum pergentes. ipſum uero uteri corpus è duabus tunicis conſtat, quarum exterior neruoſa eſt, quæ etiã ſegregari poteſt, interior uenoſa: atq; exterior quidem ſimplex eſt, interior autem duplex, ut ſi ſuperiorem tunicã excoriare uelis, duo tibi uteri unico collo annexi uideantur. uteri uero collum muſculoſum ex ſolida carne, & tanq; cartilaginoſa cõponitur, quod ſemper temporis progreſſu durius efficitur. Propterea quæcũq; mulieres plurimo partu aut ætate cõfectæ fuerint, collum uteri adeo durũ habẽt, & ad ueram chartilaginis naturam accedens, ut cannę aſperæ aſſimiletur. eſt etiã in uteri collo foramen, per quod & menſes deferuntur, & in concubitu ſemẽ maris attrahitur, & eodem fœtus educitur: ac uix credi poteſt quantum meatus iſte toto quidem tempore adeo anguſtus ſit, ut uix nucleum ſpecilli ſuſcipiat, & prægnante muliere ita exquiſite occludatur, ut nihil prorſus quantum uis puſillũ admittat: prodeunte autem fœtu, quod mirum quoq; auditu eſt, ita dilatatur, ut per eum totus infans egrediatur. Cæterum uteri collum ad muliebrem ſinum deſinit, quem & pudendum uocamus. longitudo pudendi in mulieribus ætate perfectis ſex ferè digitorum menſura producitur, quod tamen in partu, & in cõcubitu breuius efficit, collo ſcilicet uteri extrorſum declinãte. Eſt etiã in puellari ętate delicatius mollius q; pudendum. contra in prouectioribus, & ijs quæ ſępiſſime pepererunt, calloſius euadit, ut chartilagini aſſimiletur: crebro enim congredientiũ attritu, & partuum exeuntiũ colliſione calleſcit, nec minus aſſidua menſium delatiõe indureſcit, haud ſecus quàm ob plurimum acremq; humorem influentem ulcera ad fiſtulas permutari cõſueuerunt. imminente uero menſium tẽpore uterus craſſeſcit, & intumeſcit, alias tenuior aridiorq; apparet. ſed & ijs craſſior eſſe ſolet quę ſæpiſſime pepererunt, ſicut tenuior ijs quæ nondum concęperunt. Atq; idem in primis à concæptu diebus craſſeſcit, ubi uero fœtus adoleuerit, ac iam pariendi tempus appetit, tenuiſſimus redditur. attenuatur autem ſicut ueſicæ flatu repletæ ſolent, craſſitudine in longitudinem recedente. atq; hactenus quidem de ſitu, figura, & uteri magnitudine dictum ſit.

Quænam concipiente muliere in utero fiant. Cap. II

IN concæptionis tẽpore loculus primo totũ fœtum exterius ambiens generat̃, deinceps duæ aliæ membranæ ſuboriuntur: altera ſolida allantoides quaſi dura & inteſtinacea appellata, conuexis fœtus partibus adiacens: altera tenuis amnæa quaſi ad agni molliciem accedens nuncupata, quæ undiq; fœtum complectitur.

De loculi generatione. Cap. III

LOculus hoc modo producit̃. ſingula uenarũ arteriarumq; orificia, quæ intra uterum uarie diſſeminantur, in eorum extremitatibus nodoſas quaſdã eminentias hęmorrhoidibus ani ſimiles habent, quas nõnulli cotyledonas, id eſt, acetabula appellant, in mulieribus paruiores, quàm quæ in capris, bobus, ceruis, & huiuſmodi animalibus inueniuntur. ſed & in brutis flaccidiores mucoſioreſq; ſunt, cotyledonis herbę, id eſt, umbilici ueneris ſolijs figura ſimiles. huiuſmodi igitur eminentię in uteri ſinu diſperſæ, ubi mulier conceptura ſit, aperiuntur: eſtq; ferè conceptionis tempus, uel inchoantibus, uel deſinentibus menſtruis. ac licet in reliquo quoque purgationis tempore apertæ perſiſtant, tunc tamen uiri ſemẽ quod ſibi uulua attraxerit, diu contineri non poteſt, cum influentis cruoris multitudine iugiter eleuatur. at inchoantibus, uel deſinentibus menſtruis præterquam quod uaſa recluduntur, cruor etiam menſtruus neque multus, neque confertim, ſed paucus & paulatim effunditur, ut ſemen, & ob uteri aſperitatem facile adhæreat, & à delati ſanguinis parcitate idoneum ſuſcipiat alimentum. contra, ante

menſium tēpora mulier non cōcipit,quod ſemē & nutrimento careat,& adhærere nō poſſit.tūc enim occluſis uaſis uterus leuigatur,ut inde ſemē tanq̃ color à leuiſſimis partibus elabatur.nā & illituri parietes eos primo aſperiores reddūt, deinde colores oblinūt. ergo iniectum uiri ſemen & in utero detentū acetabulis uel dextri uel ſiniſtri ſinus impingitur, tuncq̃ uulua ſeipſam colligit,ac ſemē undiq̃ circumplectitur.loculi itaq̃ ortus à uaſorū orificijs initiū ſumit,quę in utero diſſeminantur:ab uno quoq̃ enim orificio uas generatur,ab orificio inq̃ arteriæ arteria, à uenæ orificio,uena, quæ deinceps uaſa à tenui quidē, ſed ualida membrana exterius ſita,mutuo cōnectuntur,& ita loculus cōficitur. At eadē in loculo diſſeminata uaſa rurſus inuicē coeuntia binas uenas, binasq̃ arterias perficiūt,quæ in medio fœtus inſeruntur,eius excremēta undecunq̃ ad membrnaā allantoidē trāſferentes,per quam lotiū fœtus excernitur,& ibidem in mēbrana colligitur. quod uero ex his quatuor aut quinq̃ cōponitur umbilicus uocatur:tum rurſus ex duabus uenis una tantū efficitur,quæ per umbilicū delata ſimæ parti iocinoris ipſius fœtus inſeritur, uenaq̃ cōcaua nūcupatur, & per hāc ad fœtus alimentū ſanguis ab utero deriuatur.ubi enim iecur ipſius fœtus ſanguinē delatū ſuſcæperit,in uniuerſas corporis partes diſtribuit. ſimili modo duæ arteriæ in unā tantū coaleſcūt, quæ per tranſuerſas ueſicæ partes delata magnæ arteriæ annectitur,quæ ſpinæ eiuſdem fœtus adhæret,per quā uitalis ſanguis ex uteri arterijs ad fœtū traducit̃. pariendi uero tēpore quando iā magnus perfectusq̃ infans uterū undecunq̃ diſtenderit,loculus pro infantis mole anguſtus efficitur, neq̃ iam ſanguis ab utero miſſus alimento ſufficit:propterea excitatus infans proſilit, ambientesq̃ mēbranas effringit, atq̃ ita arcana quadā ratione aperto uteri hoſtio fœtus excernitur. hæc quidē de fœtus generatione quā lucidiſſime cōpendio explicari potuit, diſſeruimus:ſed ſiqs ea quæ diximus diligētius ſpeculari uoluerit,caprā pręcipue prægnantē uel bouē,uel ceruā,uel damā diſſecet,primo oſſa pubis remouēdo,deinde cutim apte incidendo.uteri eñ cū adiacētibus mēbris cōmunio aperte apparebit.

Quoto anno mulieres purgari incipiant. Cap. IIII

CIrca quartumdecimū annū mēſes in mulieribus apparere incipiūt,quo etiā tēpore pubeſcūt,& māmillę intumeſcūt, nō omnibus tñ eodē momento,ea demue purgatiōis mēſura,aut totidē diebus erūpunt: ſed pleriſq̃ paulo plus, aut minus,duabus heminis,quatuor dierū ſpacio intra uiginti duoſq̃, aut ad ſummū triginta dies uel ſingulis mēſibus deferunt̃,nec prius trigeſimo quinto anno,ſicut nec ſerius quinquageſimo deſinūt.raro enim ſexageſimū menſtruę purgationes attingunt,citiſſimeq̃ in pinguibus corporibus ceſſant. delati uero ſanguinis copia uſq̃ ad ætatis uigorem paulatim augetur,deinde aliquādiu ęqualitatē ſeruās, paululum admodum uel creſcit uel minuitur. at ubi propè finem aduentauerit, rurſus paulatim minuitur quouſq̃ omnino deſiuerit.An uero ordo ſeruetur uel omittatur, & an multitudine,uel paucitate peccetur,ętas,anni tempus,uictus ratio,& reliqua mulierum ſtudia præſtabunt. nec minus ciborum qualitates,peculiaresq̃ facultates,& morbi occurrentes ad idem conferent.

Quibus notis futura purgatio uirginibus indicetur Cap. V

VIrginibus futuram purgationem portendunt mammillarum pruritus,lumborum,pectinis,& capitis dolor,bilis aut pituitæ uomitus. his circa decimū quartum annum apparentibus medicum cōiectare oportet, quomodo purgationem maturet,& leuioribus decoctis ſanguinis delationi auxilietur.

Quo tēpore ſemē appareat,& cōcipiendi tēpus adueniat. Cap. VI

SEmē quoq̃ circa quartumdecimū annum & pleriſq̃ in ipſo pubeſcēdi tempore apparet:generationi uero idoneū decimo octauo ferè anno,ac plurimis uigeſimo efficitur,ſtatimq̃ appetente ſemine coeundi deſideria fragrare incipiūt.

Quomodo

Quomodo fœcundæ mulieres dignoſci queant ex Sorano. Cap. VII

A Quintodecimo ætatis anno ferè uſq; ad quadrageſimum mulieres concipiendo idoneæ ſunt iudicandæ, quæ neq; uiragines, neq; corporis habitu denſæ, duræue fuerint, nec contra humentes, & languidæ, aluiq; iugiter fluentis, ſed recta ratione hilariq; mente fungantur, lumboſque latos habeant, & uentrem amplum, ſintq; illis libera menſtrua, nec morbis præcipue uteri iugiter infeſtentur. aiunt etiam conceptura ne ſit mulier, hoc experimento deprehendi, Inferiores partes pannis undiq; obſeptas reſina ſuffiunt, ut à pudēdo uapor excipiat, & ita eleuato inde ad os odore fœcunditatem, non eleuato ſterilitatem indicari. item allia decorticata, & lanæ inuoluta, mulier dormiendi tempore ſibi tanquam peſſulum imponat, & ſimili modo ab odore utrum ad os peruenerit uel non peruenerit, fœcunditatem iudicato.

Quomodo dignoſcantur quæ iam conceperint Cap. VIII

PRimum quod mulierem cōcæpiſſe arguit eſt, ſi ab obſtetrice interrogata reſpondeat, ſe poſt concubitum uiri ſemen non excreuiſſe, & in ipſo coeundi tempore horroris quendam ſenſum percæpiſſe, moderatoq; dolore circa pudendum & umbilici partes uexari. præterea ſi uuluæ ſinus, & os exareſcat, ſi uteri hoſtium ſine duritie, aut inflāmatione tam interius, quàm exterius ſeparatim claudatur, ſi ueneris appetitus langueſcat, ſi conſueto tempore purgationes non appareant, ſi uenæ pectoris, quodammodo uirere, & mammillæ intumeſcere incipiāt, progreſſuq; temporis lac diſtillet. ſi cauitates oculorum ſubpallidæ fiant: ſi nigreſcentes maculæ in facie, & in quibuſdam lentigines oriantur. ſi pars colli anterior calidior, poſterior frigidior ſentiatur: ſi circa ſecundum menſem præter conſuetudinem acida, aut ſalſa appetantur. nonnullis os nimio humore madeſcit, plurimaq; agendi ſegnities contingit, languiduſq; aſpectus, ac planè effœminatus efficitur, & color ad albeſcentem palliditatem mutatur, præcedente plerumq; rubore, ſi fœminæ uiriliores fuerint. circa ſolita uero purgationum tempora ingraueſcunt prægnantes, & mammillæ plurimo ſpiritu intumeſcunt, lumbi difficulter flectuntur, & ueſica rubrum igneumq; lotium, non ſine dolore excernit, calore detenti menſtrui finium ceruicemq; uuluæ incendente.

Quæ nam notæ ſecundum antiquos indicent fœtus, mas ne an fœmina ſit futurus. Cap. IX

HIpocrates cęteriq; aſſeruerunt marem futurum indicari, ſi prægnantis color iucundior, facilioreſq; motus fuerint, & dextera māma amplior, tumidiorq; ac pręcipue papilla apparuerit. contra pallidus color, mammaq; ſiniſtra & papilla tumidior fœminam indicat. ſed & in maris concæptu dextræ partis uaſa, uenę inquam & arteriæ, magis intumeſcunt, præſertim quæ ſunt in lingua: ſicut in conceptu fœminæ oppoſitum conſpicamur. certiſſimum uero ac minime fallax maſculi fœtus indiciū eſt, ſi prægnans dextræ manus pulſum ualidiorem, uelociorē, maiorem, duriorēmq; habuerit: ac fœminæ, ſi talis ſiniſter fuerit.

De Pica ex Galeno. Cap. X

CIrca ſecundum menſem affectus quidam prægnantibus accidit, qui à pica garruliſſima aue picæ nomē aſſumpſit. ſunt qui ab hederæ ſimilitudine quā cittum uocāt, id morbi genus cittam appellari malunt: nam ſicut illa diuerſis plantis quæcunq; occurrerint uarie implicari ſolet, ita mulieres pica laborantes, diuerſiſſima edulia appetunt, præſertim oppoſita, quæ tum uoluptatem, tum triſtitiam guſtantibus offerunt. Euenit autem ferè pica circa quadrageſimum diem à conceptionis

à conceptionis initio, quæ quidem languor ſtomachi eſt, nauſeam difficultatem, abominationem ciborum, bilis pituitæq́ꝫ uomitum afferens, ſimulq́ꝫ aſſiduę expuitiones, uentriculi eroſiones, alimentorumq́ꝫ faſtidia cōſequuntur, quæ omnia ob ſanguinis redundantiam cōtingunt. qui enim per uteri uaſa ſingulis menſibus excerni conſueuerat, à fœtu cohibitus retro ad ſuperiores regiones cōuertitur, ac ſtomachum maxime, tanq́ꝫ ſenſu uegetiorem perturbat. pro uaria autem deprauati humoris natura, uaria extraneaq́ꝫ appetuntur. nonnullæ enim acida, nōnullæ ſalſa, quædam terram, quædam teſtas oſtreorum, & extinctos carbones deſiderāt, ac ſæpe uſq́ꝫ ad quartum menſem huiuſmodi moleſtia perſiſtit. in principio enim minima ſanguinis portiuncula alendo fœtui diſtribuitur, poſtea creſcente fœtu plus etiam alimenti attrahitur, ac denique, tum quia redundantes materiæ aſſiduo uomitu abſumptæ fuerint, tum quia ſanguis ad uterum nutriendi infantis gratia deferatur, prædicta accidentia remittuntur. in quibus ergo ſanguis maxime redundare apparuerit, parcitatem cibi & uomitum recte imperabimus, & exercitia, quæ mulieribus idonea uidebuntur: ita enim quod ſupereſt, diſcutietur. Quarum uero ſtomachum acris, acidus, ſalſusue humor eroſerit, & incenderit, hæ ad excitandum uomitū tepidam aquam utiliter bibent, ut humor infeſtus omnino excernatur, à dulcibusq́ꝫ obſonijs abſtinebūt, & uinum ruffum, odoratū, antiquum, & ſubaſtringens potabunt, eritq́ꝫ potio moderata, ne alimenta in ſtomacho fluitent. congruit etiam ante cibum oliuas confectas cum pane molliuſculo, uel quinq́ꝫ ſeptemue amigdala amara, uel polentam ſucco citoniorum, aut punicorum aſperſam, uel ſerim, uel paluſtrem aſparagum, uel ſiſſarum offerre. ex àuibus eligito, quæ neq́ꝫ pingues, neq́ꝫ uiroſæ ſint. ſed & pedes, roſtra, uuluæ, uentriculiq́ꝫ porcorum & herinacei marini recentes conueniunt. poſt cibum uero paſſulas, punica mala & pira offeremus, ſint tamē omnia quātitate moderata. at quæ cibos abominantur, obſoniorum uarietate, & iucunditate excitandę ſunt. His aūt quæ terram comedunt, nihil æque prodeſt, quàm amylum recens pro terra oblatum. ſed medicamenta quæ aduerſus picas magis conueniunt, ſunt ſicut portulaca, uel eiuſdem decoctū, cucumeris ſemen decorticatum, & ex aqua potum, polygoni, anethi, reupontici, ſpicinardi, ſingulorum decocta bibita, ſeridis ſuccus, uel ipſamet herba, ſi iugiter, uel cruda, uel cocta comedatur. At ſi craſſius erit, quod euomitur, & ob lētorem difficillime excernatur, ſalſamenta, & thaphanos ex oxymelite comedendas præbeto, omniq́ꝫ ſtudio eniteris, ut infeſtus humor ſine moleſtia & conuulſione educatur. ſtomacho etiam imbecillo hęc exterius applicata nō parum conferēt, Palmularum carnes in uino decoctas aut madefactas cōterimus, & tanq́ꝫ emplaſtrum mollitorium apponimus: aut mala citonia è poſca trita & roſaceo cerato, uel nardino, uel omphacino cū croco aſſumpta adhibemus. aut ſuccidam lanam, uel pannum uino & oleo, uel aceto & oleo, uel roſaceo & aceto, uel nardino & uino madefacito, & ſtomacho applicato: eroſiones em̄ et cardiogmos, id eſt, cordis dolores mitigat, præterea calidam aquam, non tamen feruentem iugiter ſorbere, ſenſimq́ꝫ aſſidue progredi, & hypochondria molli lana tueri, fouere, inungere, & ante cibum inferiora membra pro uirium ratione exercere, omnia ad ſanitatem recuperandam mirum in modum faciunt.

De pedum tumoribus qui prægnantibus accidunt. Cap. XI

PEdes prægnātium qui intumuerint, roſaceo & aceto, nōnunquam ſale etiam adiecto perfricabis. confert & cimolia terra cum aceto illita, & aſſiduæ irrigationes cum medullæ citriorum decocto: præterea anthillis herba aceto madefacta, & cum braſſicæ folijs late diſtenſa utiliter alligatur.

De ſtudio prægnantibus adhibendo ex Aſpa/ſia. Cap. XII

PRægnãtes ubi nup cõcæperint, obſeruabimus ne timore, mœrore, neue ulla ualidiori mentis perturbatione affliɗentur, curruum prętera geſtationes, uiolentaq; exercitia, uehementesq; ſpiritus detentiones, & coxẽdicum percuſſiones prohibebimus, nec graue onus tollere, nec ſaltare, nec duris ſellis inſidere permittemus. ſed nec acria flatuoſaq; edulia, nec clyſteres acutos, nec cibi & potus uel indigentiam, uel redundantiam concedemus. Sanguinis etiam defluxus, ſiue à naribus, ſiue ab hæmorrhoidibus, ſiue ab alio quocunq; loco prægnantibus periculum affert. Alimentis ergo utendum moderatis, & ſtomacho congruis, lecticæ geſtatione, leui deambulatione, molli frictione, lanificio, circa octauum mẽſem, qui omnium moleſtiſſimus eſt, alimentum contrahere oportet, & uehementes motiones præſcribere, & ſi aluus detineatur ob inteſtini recti anguſtias ab utero illatas, edulia offerenda erunt uentri ſubducendo idonea, ueluti ptiſanæ ſuccus, rumex elixus, malua, lactuca, & menſe nono relaxandi corporis gratia balneo frequẽtiſſimo utemur, omninoq; prouidebimus, ut paritura futuros dolores ualidiſſime toleret.

Quæ nam ſigna partui ſecundum naturam futuro præcedant. Cap. XIII

PArituras pectinis, & ſuminis grauitas pudendiq; ardor conſequitur, atq; uterus ad pudendum procumbit, ut obſtetrix tentatura facile attingat, cuius etiã corpus dilatatum tactu leue & humidum percipit. Partu uero appropinquante ſumen contrahitur, & inguina pubesq; intumeſcunt, aſſiduaq; meiendi cupiditas perſeuerat: deinde plurimus humor defertur, nonnullis & plurimus ſanguis tenuioribus ſcilicet uaſis in loculo effractis.

Quæ nam præcipienda ſint ſecundum naturam parientibus. Cap. XIIII

QVæ nam præparari opporteat, & quomodo parientibus ſecundum naturã ſit conſulendum, ſuperuacuum ſcribere duximus, cum longo uſu nõ tantum obſtetrices, ſed reliquę quoq; mulieres iſta edidicerint. Quod uero ſcitu neceſſarium eſt, admonebimus, parituras ſpiritum detinere oportere, atq; ad inferiores partes propellere, non ſicut quędam imperite faciunt, in collo aggregare. inde enim plurimas gutturis ramex, id eſt, eorum locorum aneuriſma, affectus omnino inſanabilis occupauit.

De ſtudio ægre parientibus impendendo, ex Aſpaſia. Cap. XV

PArtus difficultate ingruente, locisq; occluſis perſeuerantibus, ægrota ad balneum ducenda eſt, in labrumq; calida plenum immergenda, & ſępius perfundenda, ſeſſionibusq; & linimentis utendũ lubricitati afferendæ idoneis: quale eſt, oleum tepidum, albumina ouorum contuſa, maluarum, fœnogræci, ſeminũ lini ptiſanæ decocta, ceratum liquidum ex oleo liguſtrino confectum, præcipue uero, pudendis, & inguinibus nidus hirundinum cum oleo dilutus utiliſſime illinitur, partum enim ſummopere accelerat. tradũt etiam tithimali maioris radicem lineo panno inuolutam femori utiliſſime alligari, ac ſimili modo ſtyracem, coriandrum uiride, polygoni radicẽ, halcyonium, cucumeris agreſtis ſemẽ, aiuntq; eiuſmodi cuncta ſtatim poſt partum abijci oportere. at ſi poſt partum loculus non exeat, uiolenter attrahendus non eſt, ſed ſternutatio excitanda, & ſpiritus retinendus, osq;, & nares obturandæ, & ſi perſeuerauerit huic eiciendo auxiliabimur ſicut inferius declarabitur.

Quæ tuto non concipiunt, quomodo adiuuandæ ſint. Cap. XVI

QVædam mulieres quamuis concipiant in partu tamen periclitantur, ſiue quod totus uterus nimium puſillus ſit, ut propterea fœtum perficere nequeat, ſiue quod collum anguſtiſſimum habeat, ſiue quod in eiuſdem hoſtio condyloma, aut tale quidpiam partum impediens ſuperuenerit. hæ quidem optime agent ſi conceptum omnino cauebunt, ſed ubi conceperint, ſatius eſt fœtum corrumpere, quàm incidere: ideo ſeriatim de corrumpentibus fœtum, & ſterilitatem inducentibus pertractabimus. Quod enim ſterilitatem inducit, differt ab eo quod corrumpit: nam illud conceptum fieri prohibet, hoc uero factum corrumpit, & pellit. Ergo ut mulier non concipiat primo cauere oportebit, ne temporibus concipiendo idoneis cum uiro congrediatur, ſicut inchoantibus, uel deſinentibus menſtruis. in ipſo autem concubitus tempore quando uir ſemen iniecturus ſit, ſpiritum detinebit, ne in uteri cauitatem ſemẽ inferatur: ſtatimq́; exurget, ac genibus innixa ſternutationes ciebit, & ſinum pudoris diligentiſſime abſterget. ad prohibendam etiam conceptionem os uteri uel melle, uel opobalſamo, uel cędria priuatim, aut cum ceruſſa, uel cerato myrtino liquido non nihil ceruſſæ habente, uel alumine liquido, uel chalbana & uino utiliter illinitur. talia enim quæ frigida ſunt, emplaſtica, & adſtringentia, ante concubitum os uteri claudunt, neq; ſinunt in eius cauitatem ſemen penetrare. calida uero irritando non tantum uiri ſemen ab utero pellunt, ſed reliquos etiam humores qui ibidem fuerint attrahunt, & exugunt. præterea è genere eorum, quæ conceptionem prohibent, & ſterilitatem inducunt, ſunt & hæc quæ ſequuntur.

Peſſi ad ſterilitatem inducendam. Cap. XVII

COrticum pini, rhu conſectorum corij, ſingu. portiones æquas è uino à uinaceis expreſſo terito, & in lana ante concubitum applicetur, quo deinde poſt duas horas ablato mulier cum uiro congrediatur. Aliud Malicorium recens ex aqua tritum apponito. Aliud Malicorij partes duas, gallarum partem unam terito, & glandulas paruas conficito, quas ubi menſes deſiuerint ſupponere oportet. Aliud Gallarum drach iij. zingiberis drach. ij. cum uino uelutì erui grana formato, & in umbra exiccato, quæ ante congreſſum pro peſſulis ſupponenda exhibebis. Aliud Caricarum carnes cum nitro ſubactas applicato. Aliud Cytinorum drach. ij. gallarum tantundem, abſinthij drach. i. & cum cædria ueluti hordei grana conficito, & duobus ſtatim diebus, poſtea ac menſes ceſſauerint, ſupponito, totoq́; die permittãtur, nec niſi eis amotis ad uenerem accedatur: id nunquam fallere longo uſu probatum eſt. Potio ad eoſdem uſus: ſuccus cyrenenſis ciceris ad magnitudinem è duobus uini cyathis ſingulis menſibus ſemel bibitus conceptionem prohibet, ac menſes ducit. Aliud Succi cyrenenſis, opopanacis, foliorum rutæ, portiones æquas terito & conficito, datóque quantum eſt fabæ magnitudo, deinde uinum mixtum propinato, quod etiam menſes prouocat. Aliud Aloes drach. i. ſeminis uiolarum albarum triobolum, zingiberis drach. iij. piperis gra. ij. id totum in tres partes ſecato, & ſingulis uicibus ſingulas exhibeto, ſtatim ac menſes acceſſerint. ſed & fabrorum aqua, in qua ferrũ extinguitur, ſi iugiter bibatur, ſterilitatem inducit: & radicis populi albæ drachma, quo tempore mulier à uiro ſecubuerit, ex aquæ ſemihemina ſingulis menſibus ſemel bibita. Aliud ad arcendum conceptum. Muſtellæ iecur ſiniſtro pedi alligetur, uel eiuſdem animalis teſtes circa umbilicum geſtentur. Aliud Leoninę uuluæ adeps in uaſculo eburneo feratur, eſt enim efficaciſſimus, aut ceruſſa cum oleo tanquam peſſulus imponatur, aut potius florum mali punici, malicorij, gallarum, ſucci uuæ acerbæ ſing. drach. ij. abſinthij drach. i. cum

cædria aſſumito, & tanq́ hordei grana formato, ac mulieri quæ duobus diebus à uiro ſecubuerit, imponito, neq́ concipiet. Aliud ad idem, quanto tempore uolueris fœminam non concipere, tot hederæ grana nigra è uino propinabis, ſeruato prius uiri ſecubitu. uel hyoſcyami ſemen priuſquam in terram deciderit, ab ipſa herba decerpito, & è lacte aſinino terito, poſtea modicæ myrrhæ, & grano hederæ nigræ, aut corymbo admixtum, leporisq́ uel muli, uel cerui corio inuolutum, geſtandum præbeto, obſeruandumq́ erit, ne prorſus id amuletum terram attingat. uel fabrorum aquam frigidam ieiunæ propinato. decoctum etiam corticis ſalicis cum melle euitandæ amaritudinis gratia iugiter potum, non parum confert. Aiunt præterea infantis dentem deciduum, ſi terram non attigerit, in annulo à muliere efficaciter geſtari, & idem poſſe lumbricum lapidicinæ pro amuleto ſuſpenſum. Aliud uſu probatum. Hyoſcyami ſemẽ cum equæ hinulum alentis lacte ſubactum, & ceruino corio inuolutum ſiniſtro brachio annectito, obſeruando, ne ſolum attingat. ſed & coriandri ſemen toto anno potum ſterilitatem inducit. Aliud Vir aliquo adſtringenti illinatur, quale eſt alumen, malicorium, galla ex aceto trita, priuſquam muria abluatur, neq́ generabit. omnia uero medicamenta lieni conferentia maxima ex parte concæptum arcent. proſunt & mulorũ caſtratorum teſtes cremati, & cum ſalicis decocto poti.

Fœtum corrumpentia ex Aſpaſia. Cap. XVIII

AT ſi mulier fœtui generando inutilis ob negligentiam concæperit, primo quidem uſq́ ad trigeſimum diem oppoſita ijs offeremus, quæ ſuperius de ſtudio prægnantibus adhibendo prædiximus, iubentes ut uehementiſſimis motibus agitetur, ut ſaliat, ut grauiſſima onera geſtare enitatur, utq́ decoctis urinam & menſes cientibus, atq́ aluum ſubducentibus iugiter utatur, & acrioribus clyſteribus uentrem abluat. in balneo etiam ſumen & pubẽ & lumbos ſingulis diebus perfricabit, & in labro tepidiori aqua pleno diutine immorabitur, ſedebitq́ in fœnogræci altheæq́, & artemiſiæ decocto. ac oleo antiquo priuatim, uel cũ rutæ ſucco, & melle perfundetur: & ſi concæptus perſtiterit, hypochõdria & lumbi lupinorum farina cum taurino felle ſubacta illinentur, & epithemata applicabuntur, qualia deſcribentur. Cyclamini, elaterij, artemiſiæ, ſing. drac. v. abſinthij, grani cnidij, ſing. drac. x. nitri drac. viij. radicis agreſtis cucumeris drac. v. opopanacis drac. i. lupinorũ amarorum, radicis chelidonij, ſeminis aut radicis uiolę albę, ſing. drac. vi. liguſtrini olei, quod ad emplaſtri formã efficiendam ſufficerit. id poſt fomentum ex artemiſiæ decocto ſumini applicare oportet, deinde caricas cũ nitro, aut quidpiam ſimile in ſinum pudoris imponere, uel cum oleo antiquo permixta inungere. id uero ſimplex inſigne eſt: cupreſſi folia elixata, & trita, ac poſt balneũ hora cubandi uentri illita tota nocte permittantur, ita ut mulier ſupina interim iaceat. uel opopanacis collyrium imponito, uel allij cortices, & uiri capillos ſuffito. quod ſi huiuſmodi remedijs nihil profeceris, iam ad ualidiora pergere oportet, neq́ id tamen temere faciendum, omnis enim fœtus corruptio periculoſa eſt, præcipue ſi mulier robuſti corporis fuerit, uterumq́ duriorem denſioremq́ habuerit: ideo diligenter animaduertere oportet, ac ſecundum maxime quartumq́ menſem euitare. naturalis enim quædam difficultatis tarditatisq́ ratio utriq́ ineſt, omninoq́ ad firmitatem impares menſes aptiores ſunt. Ergo unicum tertij menſis tempus eligito, neq́ enim prius, neq́ poſterius cõueniet. Mulier autem à qua fœtus pellendus ſit, aliquot antea diebus tenuiſſimo uictu balneisq́ aſſiduis, & peſſulis mollitorijs uti debebit, ac uino abſtinere, deinde uenam ſecabimus & ſanguinem copioſe auferemus. ſanguis enim, inquit Hippocrates, à muliere prægnante miſſus abortum facit. tum poſt duos aut tres dies ubi interim à cœna euomuerit,

foliorum mercurialis fœminæ ius cum oleo & garo conditum ieiuna ſorbeat, aga
ricumq́; ex aqua mulſa deuoret, aut ſeminis uiolæ albæ drac. i. aut artemiſiæ, aut
dictamni, aut gentianæ, aut caſtorij, ſing. drac. i. aut ammoniacum thymiama, aut
myrrham, aut lauri baccas è mulſa, aut corymborum thymi, drac. x. aut fel tauri
cõcretum ad auellanæ magnitudinem in uino odorato dilutum bibat, quę omnia
mortuos etiam fœtus expellunt. atque hęc quidem conceptum abolitura iudica-
mus, ſi tamen non profecerint, oportet ante potiones, & ea quę corrumpendo fœ
tui utero illinuntur ſternutationes ciere, cum ijs quę huic rei peragendæ efficaciſ-
ſima habebimus. Peſſus corruptorius: iridis, chalbanæ, grani cnidij, terebinthinæ,
ſing. drac. i. cum æquis portionibus ſuſini, liguſtrini, & roſacei olei cõficito, & mu
lieri prius lotæ imponito, totaq́; nocte permittito. mane uero in fœnogræci & ar-
temiſiæ decocto ſedeat, & ſi non ſucceſſerit, idem rurſus poſt balneum repetatur.

Aliud Violæ albæ ſemen, nitrum, & abſinthium in uino aſſumito. Aliud

Foliorum rutæ, baccarum lauri, myrrhæ, ſing. drac. ij. è uino applicato. Collyri
um ſine moleſtia trimeſtrem fœtum expellens: ſeminum naſturtij, & uiolæ albæ,
myrrhę, abſinthij, ſing. drac. i. cum aqua conficito, & mulieri prius lotæ imponito,
& inter ponendum pulegij decoctum propinato. Aliud inſigne. Abrotani quan
tum uolueris in aqua ad totius aquæ abſumptionẽ decoquito, quo expreſſo inue
nies melleum quendam humorem tenui liquore ſubſidere, id lana exceptum im
ponendum præbeto. Vtere etiam præſidijs & epithematis ad menſes retentos de
ſcribendis. Tradunt & columbaceum fimum ſuffitum fœtum extrahere, ac erra-
tici cucumeris grana ſponte decidua in ueſtem excepta, priuſquam terram attige
rint, magnam uim ad corrumpendum fœtum habere.

Quæ nam ſigna futuro aborſui præcedant. Cap. XIX

FVturo aborſui aquea primo euacuatio, deinde ſanioſa, aut cruenta, & tanq̃
carnium lotura pręcedit: ubi uero plane exolutio aduẽta uerit, purus ſanguis,
poſtea grumi, ac demum fœtus ipſe uel formatus uel informis excernitur. pluri-
mas etiam lumborum coxendicumq́; grauitas ſequitur, nec minus ſuminis, capi-
tis, oculorum dolor, ſtomachi eroſio, extremorum refrigeratio, animi deliquium,
febris horrida: quibuſdam conuulſiones opiſthotonicæ, & epilepticæ ſuperueni-
unt, atque hæc præcipue contingunt medicamentorum uiolentia abortientibus.
nam quæ ſine medicamentis abortiuntur, præueniũt ſicut teſtatur Hippocrates,
mammillarum gracilitas præter rationem eueniens, femorum refrigeratio, graui
tas, lumbos & femora obſidens: omninoq́; aborſu minus læduntur, quæ ſaniores
& quæ alui natura laxioris fuerint, & quæ uteri partes humidiores habuerint.
Quæq́; frequenter magnos infantes ſine moleſtia parere conſueuerint, atq́; ætate
prouectæ pauci ſanguinis, & minime pingues.

Quomodo corrupti fœtus eiectioni auxiliari oporteat. Cap. XX

VBi fœtus abruptus fuerit, ſi in uteri collo detineatur, liguſtrino oleo terebin
thinæ admixto in totum corpus, ſed præcipue in partes utero adiacentes
perfundi oportet, eodem liguſtrino oleo etiam excreto fœtu aſſidue loca irrigãda
ſunt. ſi uero id parum ſucceſſerit, mulier aromatũ decocto inſidebit, atq́; interim
ſternutare cogetur, ac reſina arida, bitumine, propoli, & cancris fluuialibus aridis
ſuffietur. hęc & alia huiuſmodi facienda erunt, ſi inflammatio non obſtiterit: nam
ea infeſtante intra ſeſſiones, quæ remittendi, mitigandiq́; uires habeant contine-
bimur, & ſi fœtus detineatur quod uterus abſq́; inflãmatione occluſus perſiſtat,
papyrum quoq́; & ſpongias exarẽtes, peſſuli modo primo tenuiores, poſtea craſ-
ſiores imponemus, atq́; extrema opopanace, uel radice eius è melle uel terebin-
thina trita illinemus. excreto autem fœtu, ſi loculus adhuc non abſceſſerit, uiolẽte
euellendus

euellendus nõ eſt, neq; tamen umbilicus incidendus, & loculus dimittẽdus: ſummæ enim ſuffocationes, & certa pernicies ſi id feceris conſequentur. ſed ſi tam graue incommodum protrahatur, umbilicum inciſum femori mulieris alligare oportebit, omniq; ſtudio conari, ut loculus abſcindatur, quemadmodum inferius loco de fœtus ſectione explicabitur.

De his quæ bimeſtrem aut trimeſtrem abortiuntur. Cap. XXI

QVæcunq; temperati corporis mulieres bimeſtrem aut trimeſtrem ſine manifeſta cauſa abortiuntur, his uuluæ acetabula muco referta ſunt, ideo fœtus retineri nequit, ſed elabitur, ut inquit Hippocrates. Eas igitur curare oportet medicamentis pituitam ducentibus totum corpus euacuando: qui enim ante totius corporis purgationem, & antequam humoris defluxum prohibeat, ſtatim à principio loca exinanire ſtuduerit, ei ſimilis erit, qui perennem putei aquam exhaurire laboret, aſſidue in locum exhauſtæ ſcaturiẽtibus riuulis. toto uero corpore euacuato, tunc demum cum his quæ pituitam ducunt, etiam uterum purgabimus, quales peſſuli ſunt è colocynthide confecti, qui aduerſus ſterilitatem ex redundãtia humoris contingentem inferius deſcribentur. optima aũt lotio catharrtica ad pituitam ex utero pellendam hoc modo conficitur. Colocynthidis amplioris faſtigium perforato, & omnibus ſeminibus exemptis dimiſſa tantum medulla oleum irinum injicito: deinde colocynthidem parte eius quã amputaueras, operculi uice conſtipato, ſinitoq; diem ac noctem madeſieri: tum ſuper calido cinere affatim decoquito, & totum oleum per colum traiectum, & tepefactum in uuluã inſtillato, quod quidem plurimas è ſterilibus fœcũdas reddidit, detracta ſcilicet ab alto receſſu pituita, quæ concæptum impediebat. eiſdem uictus ratio adhibenda eſt, quæ calefaciat & exiccet, moderataq; exercitia & frictiones concedendæ, omniſq; refrigerandi modus euitandus. His uero quæ ob naturalem retentricis facultatis imbecillitatem abortiuntur, innata quadam proprietate herinacei terreſtris corium crematum opitulatur, ſi aqua aut uino dilutum propinetur, & pudendi mulieris orificio illinatur. idem poteſt & marinus, ac mitulæ uiuentes uſtæ. Item myrti baccæ è uino lentiſcinoue oleo, aut ſuſino illitæ: rubi etiam, myrti, & ſimilium decoctis loca utiliter irrigantur. Aetites præterea lapis ſuper uentre geſtatus prægnantes fœtuſq; conſeruat, nec ſinit uuluam emolleſcere. Item tritici granum intra panem inuentum ſiniſtro brachio alligatum, uel ſardonius lapis prægnantis ſumini uſq; ad pariendi dolores cum ſilo ſuſpendatur, & ubi partus acceſſerit auferatur, uel lapis in uulua aut corde aut inteſtinis ceruarum repertus pro amuleto geſtetur. eſt enim ad retinendos fœtus remedium efficaciſſimum. eaſdem uires habet lapis trunco arboris cunei more impactus.

Quot modis pariendi difficultas fiat in ijs, quæ præter naturam eueniunt. Cap. XXII

PAriendi difficultas uarijs modis contingit, uel quod puerpera animo aut corpore, aut utroq; imbecilla ſit, uel propter uuluæ puſillitatem, uel meatus anguſtiam. ferè autem quæcunque ratione ætatis breuioris ſtaturæ ſunt, uterum reliquis corporis partibus correſpondentem habent. poteſt etiam difficultas partus contingere, uel ob ceruicis uteri obliquitatem, uel carnem eidem ceruici, aut orificio eius adnatam, uel quod ibidem ſit inflammatio uel abſceſſus uel durities, aut quod tunicam ambientem tanquam ſolidiorem fœtus diſrumpere nequeat, aut quod humor in uulua collectus ante congruum tempus excretus fuerit, uel quod puerpera ueſicæ calculo laboret, quo uteri collum premente difficultas eueniat, uel ob nimiam mulieris carnem, uel pinguedinem, ſed & oſſa pubis nimis confer-

ta pariendi difficultatem efficiunt,cum in partu dilatari nequeunt:neque enim in
mulieribus,quemadmodum in uiris oſſa pubis mutua propoitione conſeruntur,
ſed inuicem ualida copula colligantur.Euenit etiam pariendi difficultas ob nimi-
am lumborum cauitatem quæ uterum opprimit, uel ob excrementorum copiam
rectum inteſtinum aut ueſicam replentium.Nonnullę prouectu ætatis debilitatę
ægre pariunt.aliæ quòd nunc primo parere incipiant,anguntur, ac propter impe
ritiam corpus apte parare ignorant.præterea cum fœtus totus,uel pars magnitu-
dine excellit partus difficilis redditur. ſępe enim caput uel thorax,uel uenter plus
æquo excreuerunt.uel quod gemini prodeant, & repente uterq; ſimul collo uteri
impingatur, uel quod fœtus interierit & nihil opis parturienti præſtet, uel quod
mortuus intumeſcat,& pretet naturam iaceat:ſitus enim prodeuntis fœtus natu
ræ congruus eſt,ut recta in caput manibus ſuper utroq; fœmore extenſis oriatur:
prępter naturam uero caput in dextram uel ſiniſtram uteri partem declinat.uel al-
tera,aut utraq; manus exeritur cruraq; interius à ſe inuicem diducũtur. Reliquis
tamen figuris minus ſuſpecta eſt,quæ in pedes euenit,præcipue quæ manibus ſu
per utroq; femore extenſis recta defertur.fœtus autem qui altero pede prodeunt,
altero interius retento,aut qui duplicati alicui uuluæ parti innitunt̃, directione in
digent,ſicut & qui manus expanſas habent.At qui obliqui egrediũtur minus im-
probandi ſunt, quod quidẽ tripliciter euenire poteſt.aut enim in alterutrũ latus,
aut in uentrẽ progrediuntur,ſed tutius eſt in alterũ latus progredi, nam ita obſte-
tricis manui locus permittitur,ut in caput aut in pedes naſcentẽ dirigat. at qui du
plicati prodeunt in peſſimã figuram inciderunt, præcipue ſi in coxarũ uertebras
deferãtur.tripliciter enim duplicari ſolent,nam uel capite & cruribus, uel uentre
uel coxarũ uertebris hoſtio uteri innitunt̃.Sed ſatius eſt uentrẽ impingere, ſumi-
ne enim à nobis diſſecto,& uiſceribus exemptis cõcidente corpuſculo,facilis ſub-
inde eſt figuræ tranſmutatio.Ab extrinſecis uero cauſis pariẽdi difficultas efficit̃,
ut ſi anni tẽpus frigidũ & hiemale meatus cõſtipauerit, aut calidũ æſtiuumq; ex-
ſoluerit.Hæc omnia de muliere ægre pariẽte medicũ ab obſtetrice percunctari o-
portet,nec temere ad manuũ artificiũ proficiſci, nõ ideo tamen obſtetrix uterum
dilacerare diutius permittenda eſt. ſi ergo ob lumborũ cauitatẽ pariendi difficul-
tas cõtigerit,puerperã flexo genu collocabimus, ut uulua ad ſuminis locũ decum
bẽs,ceruici eius recto tramite accõmodetur, eodemq; modo pingues & carnoſas
ſtatuemus.At ſi uteri hoſtiũ clauſum perſiſtat,pinguibus medicamentis emollie-
mus,& relaxabimus.quod ſi calculus difficultatem præſtiterit, eum extra ueſicæ
collũ tubulo impellemus,& ſi ueſica lotio plena fuerit, eodẽ tubulo lotium educe
mus.ſin rectum inteſtinum excrementis repletũ ſit,clyſteri abluemus.ſi ob inflam
mationẽ,ulcus,œdema,duritiem,aut quidpiã ſimile mulier parere nequeat, inſe-
ſtantibus morbis occurremus.ſi ob carnem collo uteri innatã, aut tunicam obſtru
entẽ pariendi difficultas eueniat,ſicut nõ perforatis mulieribus accidit,quodcũq;
impedimẽto fuerit,amputabimus.ſin abrumpenda fœtus tunica ſolidior ſit q̃ ut
abrũpi poſſit,diſſecabimus.Quibus aũt humor in tunicis cõtentus,ante congruũ
tẽpus effluxerit,ita ut loca exaruerint,ouorũ albuminibus cũ maluæ aut fœnogrę
ci decocto excolato, aut ptiſanæ cremore tepido ꝑfundemus.Sed ſi uuluæ parui-
tas in cauſa fuerit,loca pingui quopiã inungenda,& fouẽda erũt,osq; uuluæ digi
tis dilatandũ,ac fœtus uiolẽter extrahẽdus,idemq; ſi id nõ ſucceſſerit, diſſecãdus.
quod præcipue facere oportet,ſi fœtus pręmagnus fuerit, uel interiuerit. an uero
interiuerit,deprehẽdemus,quod & tactui frigidus occurret, & motu carebit. at ſi
gemini,aut terni fuerint,collũq; uteri obſederint, reliquos ꝑpellere ad fundũ uteri
oportet, & eũ qui magis paratus uidebitur, prius educere. ſin ob capitis uel thora

cis uel

cis uel uentris magnitudinẽ partus difficilis ſiat,omnino neceſſarium eſt fœtũ ſe/
care.

De fœtus extractione ſiue ſectione ex Philumeno. Cap. XXIII

MEdicũ in huiuſmodi ſectiõibus peragẽdis prius ſpectare oportet, febricitet
ne mulier,an nõ febricitet,& ſit ne pręſidij capax,an deplorata:letali em̃ af
fectu periclitãtes lethargico ſopore occupanť,febricitãt,propeq́; mutæ euadũt.&
dũ maximis clamoribus uocãtur,uix incertũ quidpiã ſuſurrãtes, ruſus in ſoporẽ
deferunť:quędã & uibratim cõuelluntur,aut tremũt,ac pulſus creberrimus, debi
liſſimusq́; ꝑcipitur.quę uero ſalubriter ſe habẽt,nihil tale perpetiũtur.puerpera i/
gitur in lecto ſupina recũbat decliui capite, erectis diductisq́; à ſe inuicẽ & refle/
xis cruribus, detincaturq́; utrinque à peritis robuſtisq́; mulieribus.ac primo duę
tresue panis buccellę uino madefactæ ad arcendũ animi deliquiũ offerãtur. iugi/
terq́; in ipſo opere uino facies reſpergať.chirurgus aũt prius difficultatis cauſam
ſpeculo inſpiciẽs,ſitne thymus an calloſa eminẽtia,uel quidpiã eorũ quę prędixi
mus, quicquid fuerit, uolſella arreptũ ſcalpro polytomo amputabit, ſicut poſtea
docebitur.ſin tunica os uteri obſtruxerit,eã quoq́; ſecabit,ſicut inferius de nõ per
foratis mulieribus declarabitur.ſi uero tunicę abrũpendæ ſoliditas obſtabit,hãc ſi
fieri poſſit uolſella extẽſam enſiculo haſtato quẽ ſcolopomachęriũ uocãt,uel alio
ſimili incidemus,quã deinde inciſam digitis dilatabimus, locumq́; idoneũ prodi/
turo fœtui præparabimus.At ſi caput infantis locũ obſtruxerit,in pedes uertẽdus
eſt,& ita educẽdus.quod ſi adeo inhęſerit,ut nullo pacto ad ꝓfundũ impelli que/
at,uncus inſtrumenti attractorij in oculo, aut ore,aut mento figẽdus eſt, & ita in/
fans extrahendus.inſtrumentũ autẽ attractoriũ dextra manu detentũ immitti o/
portet,uncum uero eius ſiniſtrę digitis occultatũ ſenſim deduci,quouſq́; ad uteri
cauitatẽ ꝑuenerit,poſtea cuipiã prędictorũ locorũ infigi,deinde alterũ inſtrumen
tum ex altera parte oppoſitũ,ſimili prorſus modo imponi, & infigi,ut ęqualis &
in neutrã partẽ declinãs attractio immo & tutior fiat: forte em̃ unũ tantum inſtru
mentũ in attrahendo elabi poſſet, & fœtũ dimittere.ęqualiter uero,nec recte tm̃,
ſed & oblique attrahemus, digitũq́; aliquo pingui illitũ intra uteri os & mẽbrum
obſtructũ immittemus,orbiculatimq́; circũducemus. dimidio autẽ fœtu ꝓdeũte
primũ inſtrumentũ peculiariter ſuperioribus partibus alternatim figendũ eſt. q́
ſi caput uel natura,uel hydrocephali morbo plus æquo intumuerit,enſiculo, quẽ
polytomũ uocãt,uel cõmuni ſcalpro incidemus,deinde contractum extrahemus.
quod ſi ne ita quidem prodierit, totum ſinciput conteremus, & oſſa digitis edu/
cemus.ſi uero aliquod os eminuerit,oſſario aut radicario forcipe auferemus,ac
tum demũ inſtrumentum attractoriũ infigemus,& infantẽ eripiemus. prodeunte
autem capite,ſi thorax uteri hoſtio impingatur,haſtatũ enſiculum,aut ſcalprũ po
lytomũ duobus digitis occulentes,inter coſtalẽ membranã circa clauem pectoris
uſq́; ad profundũ ſecabimus,ut excretis humoribus moles thoracis cõcidat.ſed ſi
egreſſo thorace uẽter mortui fœtus intumuerit, & hydropis formã imbuerit,ea/
dẽ regula utentes uentrem incidemus,& inteſtina eximemus.ſin manus altera ad
ſinũ pudoris exierit, prope humeri articulũ excidetur.oportebit igitur linteo ma/
nui prodeunti implicato uiolẽter attrahere, ut humeri articulus exeratur,tuncq́;
pudendi plicas digitis hincinde deducere, & poſtea articulũ ſcalpro ſecare, dein-
de ſiniſtrã manũ immittere,& capitulũ dirigere,atq́; ita fœtũ educere.utraq́; ue/
ro manu prodeũte utramq́; ſecabimus,deinceps caput conteremus,ac tum demũ
infantẽ extrahemus.quod ſi uenter locũ obſtruxerit,linteo cruribus inuoluto uio
lenter attrahemus,ut loca pubis & ſumen efferať,quod tanq́; mollius incidemus.
ſin alterũ crus in ſinũ pudoris deciderit, linteo implicato ualide attrahẽtes,& pu
dendi plicas diducẽtes,ad inguen crus abſcindemus. ſi duplicatus fœtus occurat,

neq; dirigi poſſit, ſi capitulũ magis paratum fuerit, eius oſſa conteremus cuti nequaq; diſſecta, deinde cuipiã eiuſdem capituli parti attractoriũ inſtrumentũ infigentes attrahemus, tũ crura dirigemus, & ita fœtũ educemus. ſed ſi crura magis expoſita ſint, coxæ articulum abſcindemus, & ita coxas tranſcendemus, ut caput relinquatur facili contritioni paratum. ſi uero obſtructio duplamenti pertinacior fuerit, pedibus magis procidentibus caput in articulatione uertebræ amputare oportet, deinde thoracem tranſcendendo, pedes attrahere, & ſi reliquis membris ablatis, capitulum relabens detineatur, ſiniſtram manum oleo illitam in intimos receſſus immittemus, caputq; perquirentes ſenſim ad os uteri deducemus, cui deinde manu detento unum uel duo attractoria inſtrumenta infigemus: eruntquę loca figendo inſtrumento maxime idonea in capite, oculi, meatus aurium, os, pars menti inferior: in thorace, axillę, claues, hypochõdria, pectus, uertebrarum articuli, iugulum: in cruribus, oſſa pubis, fœminæ infantis pudęndum. Hoſtio tamẽ uteri inflammato nulla uis adhibenda eſt, ſed perfuſionibus pinguibus affatim utendum, eiuſdemq; naturę inſeſſionibus, irrigationibus, cataplaſmatis, ut inflammatione quadantenus remiſſa & uuluæ hoſtio dilatato fœtus ſicuti diximus, deferatur. ubi uero integram fœtus ſectionem perfecerimus, omnia eius membra ſunt componenda, diligenterq; ſpectandum an quodpiam deſit, ut nullum prorſus interius omittatur, deinde loculum protinus educemus.

De educendo loculo ex Philumeno. Cap. XXIIII

IN loculorũ detentione, qui etiã ſecundi appellantur, interdũ uteri os clauſum, interdũ apertum reperit, ac nonnunq; inflãmatũ, nõnunq; inflãmatione carẽs atque loculus ipſe interdum uteri fundo adhuc coniunctus, interdum ſeiunctus eſt. Si ergo os uuluæ apertum & loculum ſeiunctum inueneris, qui alicui uuluæ parti pilæ modo conuolutus inhæſerit, facillima curatio eſt: manum enim ſiniſtram calidam, & pingui illitam, in abditum receſſum immittere oportet, totumq; loculum extrahere. at ſi uteri fundo connexus ſit, ſimili quidem modo manum calidam, & pingui illitam immittemus, ſed apprehenſum loculum non ſtatim recta attrahemus, uuluæ procidentiam uerentes: ſed placide nulla uiolentia adhibita, primo in obliquum ſenſim ducemus, huc & illuc circumuertentes, poſtea aliquanto ualidius attrahemus. Hoc enim pacto obediet, & à connexione ſoluetur. ſi uero os uteri clauſum fuerit, perfuſionibus utemur, & ſiniſtræ manus digitis leniter aperire, & paulatim dilatare conabimur. quod niſi ſucceſſerit, mulieris iacentis ſumini omen lyſin illinere oportet, rurſusq; loca perfundere, & impinguamenta ſomentaq; adhibere: & ſi patiens robuſta ſit, eo tempore etiam ſternutatoria caſtorio & pipere confecta naribus admouebimus, & potiones aliquas earum quæ menſes cient propinabimus, de quibus poſtea dicemus. Quæ quidem omnia primo aut altero die peragenda ſunt. præterea ſuffitu utemur decoctis in olla aromatibus, qualia ſunt, caſia, nardus, iunci odorati flos, artemiſia, iris, ſauina, dictamnus puleium, & huiuſmodi olla ſellæ ſuppoſita, cui mulier inſideat ueſtimentis undiq; circumſepta. poſtea pertentabimus, & ſi os uteri apertum inuenerimus, manum immittemus, & ſicut diximus, fœtum enitemur educere. qui ſi parum obediat, dilacerandus nõ eſt: haud multis enim poſtea diebus marceſcet, & in ſaniem ſolutus excidet. Quoniam uero nimio fœtore caput replet, & ſtomachum euertit, odoramẽta iugiter ſuffienda ſunt, quæ poſſint huiuſmodi calamitatibus repugnare, & loculũ ſubducere. ad quos uſus excellunt, cardamomũ, & caricæ, ſi apte ſuffiant, & bdelliũ cum ſauina, thus cũ ſtyrace, unguis aromaticus, ladanũ. ijſdem caſtorij drachmã, & puleij tantundem, ex mulſa propinato. cõueniunt & leniora ex his quæ menſes ducunt, artemiſiæ decoctũ, lauri baccæ, myrrha, & cyclaminus

cum

cum unguento mixta, ouis & capræ loculi arefacti è uino triti, & propinati, aut cũ unguento impoſiti, aut pro amuleto geſtati. Aliud Carniũ paſſularũ, cymini, reſinæ, terebinthinæ, aphronitri, ſing. drac. x. cũ melle conficito, & apponito. idẽ poſſunt inſeſſiones in artemiſię, baccarũ lauri, anethi & chamęmali decoctis.

Curatio poſt fœtus ſectionem ex Aſpaſia. Cap. XXV

VBi loculus ſiue ſtatim ab exempto fœtu, ſiue poſtea eductus fuerit, neque aliquid ſuperuacuum in utero omiſſum ſit, crura colligenda erũt, ut partes diſtractæ conueniant, ac ſi loca ſatis purgata nouerimus, maluæ aut fœnogræci decocto abluemus, & oleo calido perfundemus, eodemq́; lumbos, & pubem irrigabimus, mollicq́; lana calenti oleo madefacta exquiſite muniemus, ſorbiliaq́; alimenta offeremus, & aquæ potum cauebimus. ſin purgationes non ſuffecerint inſeſſiones ex fœnogræci, artemiſiæ, altheæ, puleij, decoctis faciendas iubebimus, eiuſdemq́; puleij aut fœnogræci ius propinabimus. at ſi purgationes ultra uires proceſſerint, irrigationes moderate adſtringentes & inſeſſiones adhibebimus, & uentrem prolixa faſcia uinciemus, adſtringentiaq́; alimenta offeremus. ſi inflammatio ſuperuenerit, inflammationi occurrendum eſt: ſin copioſa eruptio ſanguinis, eruptioni ſanguinis cum iis quæ poſtea docebuntur, medebimur: ſi nihil horum contigerit, uteri collum, & os atq́; loca pudoris pingui aliquo tantum inunguemus, & fouebimus.

Cauſæ cur uiri & mulieres non generant, & quomodo curentur ſignaq́; conceptionis. Cap. XXVI

STerilitas aut uiri, aut mulieris, aut utrinq́; ratione contingit: à uiro quidẽ eſt, cum ſemen eius, uel feruidum, & ueluti torrefactum, uel frigidũ, tenue, aquoſum, languidum, quale decrepitorum eſt, uel craſſius quàm oportet, emittitur, uel quod uiri ſemiſpadones ſint, penemq́; breuiſſimum habeãt, ut in uuluæ receſſum ſemen iaculari nequeant. quod etiã interdum nimia obeſitate cõtingit, tales enim adeo uentrioſi euadunt, ut ſeminis iaculatio ad profundiores uteri partes impediatur. Mulier uero ſua ipſius ratione non concipit, quod uterum habeat, uel calidum & igneum, uel frigidum & humidum, uel ſqualentem & aridum, uel carnoſum & pinguẽ, uel excarnatum & gracilem, uel debilem, uel anguſtũ, uel breuẽ, aut quod uaſa eius clauſa obſtructaq́; ſint, aut cicatricis ſuperuentu excæcata, aut quod membranæ hoſtium uteri obſtruentes nullũ foramen relinquant, aut quod eiuſdem uteri ceruix in obliquum ducatur, aut quod hoſtium ſit, uel nimis anguſtum, uel nimis amplum, aut quod quiſpiam alius affectus eorum qui infra dicent̃ uuluam impediat. ſed & inuiti concubitus inanes ac ſteriles ſunt, amor enim genituram conciliat, ideo fœminæ amantes creberrime pariunt. Aetas etiã uel iunior, uel prouectior conceptum intercipit. propterea nunc primum pubeſcentes à uenere arcere oportet, ita ut uir trigeſimũ annum, mulier decimum octauum attingat. præcipue uero inepta mulieris forma ſterilitati occaſionem præſtat. fœcunda enim mulier habere debet, proceritatem corporis moderatam, lumborum & ſuminis latitudinem, nates eminentes, commodam alui molem, pectus anguſtũ, mãmillas amplas: eiuſmodi mulieres fœcundę, his uero oppoſitę ſteriliores ſunt. poteſt quidem pręter enumeratas cauſas alia quæpiam magis recõdita ſupereſſe, ſed totidẽ ferè ſunt, quę noſcũtur. Viri igitur, qui ob deprauatã uiuendi rationem ſemen corrũpunt, ad magis compoſitũ ſalubrioremq́; uictũ cõuerſi genituræ fœcunditatẽ acquirũt. at qui alienis fœminis oblectati proprijs uxoribus nõ conueniunt, ſeruata pudicitia generabũt. qui ſeminis fluore laborãt curati fœcũdi fiũt. qui genitur ę meatus obcęcatos habent, ueluti quidam quibus calculi execti ſunt, pro deploratis habebimus. ſed neq́; ſemiſpadones, ac nimis anguſtis meatibus im

pediti

pediti ſemen excernunt. cæterum ubi uir ſimul ac mulier bene habeant, neque ætas, neq; corporeus habitus, neque aliquis uteri affectus obſtiterit, tali uictus ratione utemur. mulierem neque ingenti labore defatigabimus, neq; prorſus ocioſam ſeruabimus. Hoc enim ſuperuacuis excrementis molem corporis replet, illud ſanguinem deſiccat, & purgationes abſumit. lauacra neque aſſidua eſſe oportet, neque copioſa: potum ac cibum, cõcoctu faciles, & quos uentriculus probe ſuperet, atque conficiat. illud uero præcipuum circa rectam uiuendi formam animaduertere oportet, ut nec uir, nec mulier obeſi reddantur: qui enim tales fuerint, neq; inuicem pudenda apte conferre poſſunt, ac uiri quidem pauciſſimum ſemen generant, mulieribus autem menſes parciſſime deferuntur, cum maxima alimenti pars ad pinguedinem traſmutetur. ſed quemadmodum pingues regendæ ſint loco de carnium minuitione in iiij. lib. docuimus. conuenit & liberis procreandis quædam conſueta eſuq; aut potu grata ante cibum offerri, quę ueneri excitandę, & ſemini generando aptiſſima ſint, qualia creduntur quæ moderate inflant, & calefaciunt. uinum igitur potioni aquæ præferimus, placetq; inter olera orminum, eruca, malua, & reliqua huiuſmodi, iam ſæpe à nobis commemorata. A ruta uero mentha & calamentho, præcipue abſtinere oportet: nam mentha plurimum quidem ſemen, ſed imbecillum, ac languidum gignit, & ruta corrumpit. illud igitur reminiſcendum eſt, menſtrua purgatione appetente opportuniſſimum concipiendi tempus offerri. tunc ergo mulieri, quæ uberius ali conſueuit, quidpiam è cibo ſubtrahemus, eumq; moderatum, attenuantem, boniq; ſucci exhibebimus. at contra, eam quę parciſſimi cibi fuerit, uberius alemus, ac ſemper quæ uenerem irritent cibarijs admiſcebimus, ſicut olera odorata ſunt, crethmum gingidium, fœniculum, apiũ, ſmirnium, paluſtris aſparagus, & huiuſmodi. probe enim peracta purgatione priuſquam uterus refrigeretur, concæptum futurum ſperamus. quod ſi à concubitu concæptionis notæ apparuerint, ſpes certiſſima habebitur. Concæptionis notæ erunt, ſi os uteri claudatur, & deſiccetur, atq; à pudendo recedat. immo peritiores fœminæ poſt ſeminis ingreſſum uterum moueri percipient. mouetur enim genituram circumplexurus. quibuſdam ilia exultant, alijs cordis dolor & exolutio cum quadam uoluptate ſuperuenit. nec paruum præter reliqua indicium eſt, ſi mulier quopiam urinæ ſtillicidio uexabitur, quod pręcipue patiuntur, quæ tunc primo concipiunt, & quæ menſtruas purgationes integre non exegerant, quamuis idem cæteris quoque uſque ad vij. diem quadantenus accidat. poſt ſeptimum uero obſcura quædam picæ ſigna ſuboriuntur, acidorum ſalſorumq; deſideria, uertigines, pallor, ſomni longiſſimi. conſtat & eodem tempore menſes ſine moleſtia detineri. Mas autem uehemẽtius & uelocius magis in parte dextra mouetur, fœmina imbecillius & tardius in ſiniſtra. Hactenus de pręſeruatione dictum ſit, nunc quomodo unuſquiſq; affectus concæptum impediens curetur, dicendum eſt.

Frigidioris uteri ſigna & curatio. Cap. XXVII

SI mulier ob uteri frigiditatem non concipiat, cũ ad reuocandum calorẽ fomenta cæteraq; huius generis omnia attentauerit, nõ erit ei moleſtũ caſtorium, cyminum, aniſum, puleiũ, & reliqua huiuſmodi bibere, ac ſingulis piper admiſcere, utilius tamen hoc medicamento purgabiť: epithymi, euphorbij, piperis, dauci, petroſelini, ſingulorũ partes æquas bibendas dato, ut totũ drac. ij. menſurã expleat. hoc ſimul aluũ ducit & uuluã calefacit, ut plurimis iã, cũ prius nõ purgarenť, menſes eruperint. quod ſi purgatio ꝑ inferna nõ ſuffecerit, uomitũ quoq; origani aut thymi decocto ante cibũ, & quãdoq; poſt cibũ, ꝓuocabimus, atq; omni ſtudio enitemur, ut pituita ducať; à uomitu uero caſtoriũ & pręd icta ſemina ꝓpinabimus.

cæterum uteri fomenta fiunt per arundinem ollæ operculo perforato inſertam, uaporem in ſinum pudoris excipiendo, eodemq́ decocto abluendo. Artemiſiam autem, rutam, cyminum, puleium, cyperum, acorum, in aqua elixabimus, atque harum herbarum ſingulas & quicquid calefaciendi uim habeat ſumini illinemus. Confert & epithema polyarchium, & quod Amithaoni inſcribitur, ac reliqua huiuſmodi. ſumen præterea, ac lumbos, irino, amaracino, & liguſtrino unguento pertricabimus, peſſulumq́ è myrrha, ruta, chalbana, & caſtorio confectũ uuluæ imponemus, adiectis nonnunquam etiam ualidioribus, ſicut pipere, ſale, felle bubulo. ualidum quidem eſt & elaterium, ſed minime moleſtum: ex aqua etiã mulſa aut marina priuatim, uel aceto admixta fomenta interdum fieri oportet. Prædicta tamen medicamenta molli lana inuoluenda ſunt, ut ſine corporis eroſione attractionem perficiant, neq́ difficile eſt eorum quantitatem metiri: pro affectuũ enim magnitudine & diuturnitate medicamentorum uires augebimus, eiſdemq́ inſiſtemus uel contra minuemus, breuiq́ tempore applicabimus. uterorũ uero frigiditatem ex menſium detentione conijcimus, neque enim præ nimia craſſitudine commode deferuntur, ſed & ſtupidus ſenſus circa ſumen, lumbos, & crura percipitur, nouiq́ ego nonnullas etiam crurum impotẽtia laborare: & quæ prorſus refrixerint, ueneris uſum aſpernantur, atque hoſtium uuluæ contractum habent. hæc igitur de uteri frigiditate ſufficiant.

Calidioris uteri ſigna & curatio. Cap. XXVIII

VTerorum caliditas ex reliqui corporis caliditate conijcitur, quodq́ pauca menſtrua & cũ dolore deferuntur, ut mordicata loca interdũ exulcerentur, ſed & quæ educuntur nigriora ſunt, ac nimiæ punctionis cauſa nullũ prodeundi ordinem ſeruant. hanc etiam temperaturam inſignis ſalacitas, & totius corporis ſiccitas ſequitur. ijs ergo humidiora alimenta conueniẽt, ut maluæ, lactucæ, blita cucurbitæ, atriplex, portulaca, cucumeres, uinum album & dilutum, ſomnus, ac dulcium aquarum balnea. lumbis uero ac ſumini refrigerantia adhibenda ſunt, ut ſolani aut umbilici ueneris ſuccus roſaceo admixtus, ac lana excæptus, quem etiam in ſinum pudoris utiliter imponemus, mercurialis præterea lumbis & pubi illita calidioribus uteris confert. idem poteſt ſpuma argenti, & ceruſſa, ſi ex aqua terantur, quorum omnium quantitatem recte metieris, ſi ſemper ſingula quæque multum poſſe arbitreris, ita enim refrigerationis nimietatem cauebis.

Curatio earum quæ ob uteri humiditatem non concipiunt. Cap. XXIX

QVæ ob uteri humiditatem non cõcipiũt aridioribus alimentis uti oportebit, plurimum exerceri ac perfricari, & euacuationis auerſioniſq́ cauſa interdum pranſas, interdum ieiunas, euomere, & cibi parſimonia deſiccari, carneſq́ potius toſtas uigentium ętate animalium, ac piſces ſolidiores comedere, uinumq́ potens meracius quidem, ſed parcius bibere. arida pręterea fomenta crebro, at balnea per quàm raro adhibenda ſunt. qui uero ſtatim à principio deſiccantia & adſtringentia utero apponũt, non parum lædunt. cohibita enim materia ad principes partes recurrit, ſed ubi totum corpus purgatum fuerit, tutius deinceps utero adſtringentia & firmantia medicamenta applicabimus, qualia ſunt, lentiſci, myrti roſarum, foliorum rubi, polygoni fœminæ decocta. Mas enim gramini magis aſſimilatur, flore luteo, folijs rutę ſimilibus, ſemine ſub folijs puſillo. poterit tamen & hoc idoneum medicamentum fieri ſi decoctum eius ieiunæ propinaueris. ſed & ad nimiam uteri humiditatem huiuſcemodi potiones conueniunt. myrthi, uel mali punici dulcis corticem è uino nigro tritum præbeto: uel auellanas uſtas, ac ſimili modo è uino tritas propinato. Hoc etiã epithemate uteris; pſyllium contuſum,

& in

& in palmularum carne è melicrato trita exceptum apponito, aut poma cydonia palmulis ſimili modo excipiens, applicato.

Curatio earum quæ ob uteri ſiccitatem non concipiunt Cap. XXX

MVlieri autem quæ ſiccitatis ratione non conceperit conſtat humidiora alimenta offerenda eſſe, toto enim corpore humefacto uterus quoq; eiuſdẽ qualitatis particeps erit.

Curatio diuerſorum affectuum quorum ratione mulieres non concipiunt, ſiue id ob humorum craſſitudinem, ſiue ob flatuum multitudinem contigerit, ſiue quod uteri os clauſum, uel hians, aut auerſum fuerit. Cap. XXXI

AT ſi ob humorum craſſitudinem mulier non concipiat, humorem ſpectare oportet: ac mordicantem quidem ſero lactis purgabis, heminas v. paulatim exhibendo, ciboſq; boni ſucci offeres, uomitumq; ex interuallis prouocabis: pituitam uero & aquoſitatem laboribus plurimis, & in ſudorẽ reſoluentibus, crebroq; uomitu abſumes, atq; ęgrę interim ſufficiet caſtorium iugiter bibere, ac ſuffimentis foueri. ſed quoniam flatus quoq; uteri conceptionem impediunt, & flatus ab imperfecta coctione fiunt, primo quidem parcitas cibi adhibenda eſt, deinde quæ expellendo flatui conueniunt, ſicut ruta, cyminum, ac reliqua conſueta ſemina, & aromata, quæ etiam ſupponi poſſunt, præcipue ruta cum melle, & modico nitro, atq; ex iiſdem fomenta confici, & cataplaſmata ac cerata pubi applicanda, à leguminibus autem, dulcibuſq; eduliis, & flatuoſis omnibus abſtinendũ eſt. cęterũ clauſos uteros odoratorũ perfuſionibus, & mollitoriis ex anſerino adipe cõfectis aperire oportebit, prius tamen à mollioribus inſeſſionibus, & ablutiõibus inchoabimus, ſicut è fœnogræco, ſemine lini, oleo probo, interdũ & melle, prę paratis: poſtea ad ualidiora pergemus, ut artemiſiam, conyzã, calamentũ, puleiũ, amaracũ, his etiam adiicientes irinũ liguſtrinumq; unguentũ, & mel. myrrha aũt troglodytica, terebinthina, nitrum, caſia, caricarũ carnes, unguentũ amaracinum, & huiuſmodi ſupponãtur. At his quæ ob uteri os nimium fatiſcens non cõcipiunt, aridus uictus, aridaq; fomenta cõueniunt, medicamẽtaq; adſtringentia, quę ſupponant, ut hians oſtiũ occludatur, qualia ſunt, gallarũ decoctũ, cytini, lentiſcus, rubi radix, myrtus, & eiuſmodi. poſtremo uteri auerſiones mollientibus fomẽtis dirigemus. id enim fomenta maxime poſſunt, ſed & mollitorii peſſuli utiliter ſupponentur. immo ſpecillo & digito correctionẽ tentabimus, præcipue uero pulegii & artemiſiæ decocta, & caſtoriũ è poſca bibitũ utero auerſo cõferre ſolent, omninoq; tota curatio declinationis uteri, quam inferius dicemus, huic uſui accõmodabitur. ſed ſi medicamentorũ uiolentia ſterilitas inducta fuerit, eius medicamẽti facultas noſcenda eſt, nũquid humidi attractione ſemen eluerit an flatuum multitudine eiecerit, an multa adſtrictione os uteri obſtruxerit, genituræq; aditum interceperit, & inde ſingulis erroribus occurrendũ, perfuſionibus, & inſeſſionibus, pro ut unicuiq; cõgruunt, quæ pręcipue utiles erunt, ſi os uuluæ & acetabula adſtricta ſint. pinguia etiam cuncta & fomenta adhiberi oportet, ac quæcunq; humiditates attrahere poſſunt.

De his quæ non concipiunt, quia medicamentum ad ſterilitatem inducendam ſumpſerint. Cap. XXXII

MEdicamenta ſterilitatem inducentia cum uaſa uteri excęcent, inſanabilem plerunq; morbum efficiunt. Ea tamen medicamenta non ſtatim omnes penitus uires adimunt: quædam enim potiones locis demptibilem cæcitatẽ afferũt, cui ſi ꝓtinus occurras interdũ mederi poteris. quemadmodũ enim letalia uenena

uomitu

uomitu,aut clyſteri aut congruo ad eos uſus medicamento exoluuntur,temporis uero progreſſu nullo conſilio emendari queunt:ita & quæ ualidæ ſterilitatem inducũt,ſi illico aggrediaris,licebit quandoq; depellere,ſin diutius perſeuerauerint, inſanabilia reddẽtur. ulcera autem uuluæ & inflãmationes quemadmodũ curari oporteat, & quomodo carnis excreſcentias,thymos,& tuniculas auferre,ſingula in proprijs locis ſeriatim declarabuntur.ſuperuacuum enim eſt eadem ſæpius repetere.

Curatio earum in quibus nihil infenſum apparet. Cap. XXXIII

SI uero nulla re infeſta uel in utero uel in reliquo corpore apparente, incompertum ſit,cur mulier non cõcipiat, eam aſinino lacte purgabimus, cibiſq; boni ſucci alemus, ac fomentis ſuffumigijſq; odoratis,& peſſulis, os uteri aperiemus, & ſanguinem euacuabimus, ueneremque per duos aut tres menſes prohibebimus.

Potiones peſſuli & ſuffumigia ad concæptum. Cap. XXXIIII

MErcurialem uero cum caſtorio & abſinthiũ tribus aut quatuor diebus conſueto menſtruorum tempore propinabimus. ſed & hæc potio ad concæptum efficaciſſima eſt:ſalis ammoniaci drach.ij.ſaluiæ, cymini, ſingu. drac.i. omnia ſimul tribus diebus,poſteaquam menſes ceſſauerint è uino præbeto. Aliud nigellæ,ſalis ammoniaci,ſingu.drach.i.cyperi drac.vi. ſimul terito, & in quatuor portiones diuidito, quarum unam ſingulis diebus è uino dulci albo propinabis, quo tempore menſtrua deſiuerint,ac deinceps uiro congrediatur. ſed & uirũ ſtrenue egiſſe oportet, totumq; interea tempus à uenere abſtinuiſſe,pariterq; lacte purgatum ac cibis boni ſucci nutritum eſſe. peſſuli uero ijs,quæ ob ignotam cauſam non concipiunt, infraſcripti conuenient, præcipue ſi humorum mucoſitate infœcundæ fiant,poterisq; ex his quæ de uno quoq; affectu prędiximus,ſingulis quibuſq; congruum medicamentum eligere. Aſclepiadę peſſulus purgando utero idoneus,Cyperi,nitri,aluminis ſciſſilis,myrrhæ,thuris,croci, ſpumæ mellis,portiones æquas, piperis portiunculam, omnia ſimul terito, & cum melle conficito; peſſulumq; inde in tenui lintheo aut lana pura inuolutum, roſaceoq; madefactũ mulieri prius ablutæ impones. utere etiam admirando carthartico, quod ſuperius ad bimeſtrẽ fœtum uel trimeſtrem non cõtinentes deſcripſimus, ex colocynthide & irino unguento confectum. Alius peſſulus catharticus:ſucci cyclamini, medullæ colocynthidis,nitri rubei,mercurialis,ſing.drac.iiij.myrrhæ drac.ij.in ſeminis lini decocto excipito, & utere poſt mẽſtruam purgationem ſicuti dictum eſt.

Alius Medullæ colocynthidis,myrrhæ,nitri,cymini æthiopici, ſing. unc.i. cũ carne caricarum excipito, & poſt menſtruam purgationem adhibeto. Alius

Aniſorum,cardamomi,nitri,ariſtolochiæ, pulei, fœnogræci, carnis caricarum pinguium,ſingu.drachmas duas,arida terito, & cribrato, carnes uero caricarum cum paſſo ſubigito,atq; in eis arida excipito, in corneaq; pyxide ſeruato, deinde uſus tempore quantum eſt columbinum ouum aſſumito,& irino unguento madefactum ad os uteri imponito.iſte & reliqui huiuſmodi peſſuli mucoſorum humorum copiam educunt:idonea autem purgatione peracta, inſeſſionibus loca fouere oportet. Cæterum quoniam non hæc tantum quæ uterum purgant concæptioni conferunt,ſed alia quoq; medicamenta ad fœcunditatem parandam ab antiquis deſcripta ſunt, ea prætermittenda non eſſe iudicauimus. Alius peſſulus concæptioni inducendæ idoneus: coaguli leporis partes duas, aluminis ſciſſilis partem unam cum melle diluito,& peſſum conficito. Alius Seminis * ſatorij,mellis,ſing.unc.ij. uel ſelleam ueſicam damæ aut hirci euacuato, & ex eo quod uiſcidum interius inueneris,peſſulum conficito, & paulo ante congreſſum

imponito, aut penis glandem illinito. uel purpuram ueram hircino ſelle madefactam muliebri umbilico diebus ſeptem imponito, & deinde creſcente luna uiro congrediatur. Alius quo Aſclepiades in nobilibus fœminis utebatur. Myrrhæ drach. iiij. iridis, muſci, gummi, ſing. drac. ij. cum aqua collyria conficito, & ſuppo nito, ubi menſes deſiuerint, poſtea cum uiro concumbat. Alius Aluminis ſciſſilis, rhu rubei, ſing. drac. ij. myrrhæ drac. i. croci obolos duos terito, & in melle aſſumito. uſus uero tempore medicamentum ad gallæ puſillæ quantitatem ſumito, & molli lana inuolutum, roſaceoq́ inſperſum poſt menſium declinationem imponito, ac tribus diebus permittito, donec tota purgatio peracta fuerit. tertia uero die lauetur mulier, lociſq́ roſaceo illitis cum uiro concumbat. Alius Leonis, aut urſi, aut hyenę, uel ſaltem taurini fellis ueſicam euacuato, & ibidem unguẽti nardini, irini, roſacei, mellis partes æquas inijcito, cumq́ omnia ſimul ſuper calido cinere uniueris, ſeruato, & utere, poſt menſium purgationem ante concubitũ.

Alius Fel piſcis priuatim uel cum melle imponatur, uel uerbanacæ ſuccum cum butyro peracta menſium purgatione ſubijcito. Alius mitiſſimus, radicis altheæ expurgatæ, & lotæ unc. iij. diligenter contuſas in olei ſextario torrefacito, deinde abiectis radicibus adipis coturnicis unc. vi. ceræ unc. ij. admiſceto. ego uero cerę unc. iiij. admiſceo, ac ſimili modo in peſſulo adhibeo. Naturale amuletum. oſſa in corde ceruis inuenta ſiniſtro brachio ſuſpẽſa arcana quadam ui conceptũ iuuare aſſeruntur. Suffumigium ad concęptum efficax, Bitumen, pilos leporis, rutam aridam, ſimul terito, & cum cera præmollita paſtillos conficito, ac ſuper bubulo fimo ſuffito. Aliud obſtetricis: ſandaracham tritam, cupreſſi ramentis admixtam cum cera quæ ſufficere uidetur aſſumito, & paſtillos conficito, quos deinde ſuper bubulo fimo, ſtatim poſt menſium purgationem quatuor diebus ſuffumigabis. Aliud eiuſdem, caprini cornu ramenta oleo inſperſa peractis menſtruis ſuffito, ſicuti diximus, & locis adhuc calentibus mulier cum uiro concumbat.

Ad mares generandos.

SI uir dextro pede faſcia candida uincto concumbat, marem, ut aiunt, generabit: fœminam contra, ſi pedem ſiniſtrum colorata faſcia deligabit. tradunt & ſatyrij ac ſerapiadis ſolidiorẽ radicem ſalacitatem inducere, & maſculos gignere, flaccidiorem uero oppoſitum efficere.

Ne lac in mammillis grumeſcat. Cap. XXXV

NE lac uero in puerperarum mammillis grumeſcat, ab adultis peritiſq́ mulieribus leuiter exugendum eſt, mammæq́ inungendæ liguſtrino oleo cum ouo, & croco, uel fœnogræci ſucco, uel cymini decocto croci portiũcula adiecta.

Aliud efficax: ceræ unc. i. portulacæ unc. i. s. utere hoc cum oleo ſeſamino tanquam probatiſſimo. lac præterea in mammillis ad caſei naturam tranſire non ſinit cera alba in pillulas redacta, & ſingulis diebus ad trium granorum erui põdus exhibita. Soranus tamen mammillas iugiter dolentes neq́ à mulieribus, neq́ ab infantibus exugi oportere affirmat, ſuctione enim inquit plus materiæ ad locũ attrahitur. Benefacit & cimolia terra ex aceto, aut aqua, & oleo roſaceo, aut candidi marmoris candidorumue lapidum ramenta ſimili modo illita. quod ſi uiolentior plenitudo fuerit, ut ideo mulier grauetur, & doleat, lentes in marina aqua, aut muria elixato, ac decocto quidem mammas colluito, lentes uero cõtuſas illinito. apiũ etiam & mentha, & fel præcipue bubulum illitum confert. Aliud optimum.

Fucum marinum à tinctoribus expetitum terito, & in cerato aſſumito, ſintq́ fuci contritiſſimi unc. iiij. cerę unc. ſij. myrtini olei unc. x. quod applicabis ſingulis diebus bis permutando. Aliud Pollinis thuris drach. x. ceræ unc. x. pumicis unc. xx. roſacei olei unc. xx. utere eodem modo. Aliud inſigne: lapidis aſij, ceræ

ſingulorum

ſingulorum uncias duas, olei roſacei, aut ricinini unc. viij. cōfice & utere ut dictū eſt. Lac enim deſtruit, & inflammationes ſedat, & ſi lapis aſius deſecerit, pyritem ſumito. aqua præterea marina, aut muria iugiter ſoucantur.

De chondriaſi & ſparganoſi mammillarum Cap. XXXVI

QVando ob lactis redundantiam mammillæ tumefactæ grauantur, & dolent, chondriaſis appellatur. ubi uero replentur & extendūtur ſparganoſis: ſin lac in caſei formā tranſeat, thromboſis, id eſt, grumeſcentia dicet. in principio igitur uti oportebit ijs quæ leuiter reprimunt, ſicut ſpongia pura oxycrato madefacta, aut palmulis cum pane & oxycrato tritis, deinde uincire & moderate conſtringere. quod ſi lac reſtinguere malueris, alumen & pſyllium cum aceto & coriandri ſucco, uel lapidem pyritem cum roſaceo, & aceto applicabis. Ad chondriaſim autem qua frequenter puerperarum mammillæ laborant, cum primo lac gignere incipiunt, furfurem in aceto elixatum cum rutæ decocto illines. Idem poteſt mentha polentæ admixta, uel iuglans cum ruta, & melle, uel ricini folia trita, uel cyminum priuatim, aut cum polēta, uel capitula papaueris cum melle, uel muria fomento adhibita, uel apium uirens illitum, quod etiam grumos lactis diſſoluit, ſed & ceratis utemur, quæ ſuperius ad grumos lactis deſcripta ſunt.

De uitioſo lacte mammas lædente. Cap. XXXVII

DEprauatum lac interdum quoque priuata mammarum uaſcula exulcerat, quemadmodum igitur reliquæ humorum deprauationes peculiaria deſtillationum genera efficiūt, Salſa enim lachryma oculum mordet, & acre excrementum inteſtina erodit: ita & lactis intra mammillas contenti malitia, latentes morbi cauſas indicabit, ſicut ſcabiei, furunculorum, cæterarumq; eiuſmodi efferueſcentium puſtularum. Vlcera ergo quæ in hoc morbo contigerint, ſimili modo hiſq; prorſus præſidijs curabimus, quæ de cæteris totius corporis ulceribus alibi diximus. Ipſi tamen lactis deprauationi, qualiſcunq; fuerit, primo occurremus, cuius improbos colores, ſubcandidum, nigreſcentem, flauum, ſubrubrum, aut uiridem hoc artificio deprehendemus. tenuia candidiſſimaq; linteorum fruſta eo lacte madefacta in umbra exiccabimus, & ibi poſtea quantum lac à natiuo colore receſſerit, ſpeculabimur, ſed uiroſum ne ſit, an alio fœtore contaminatum odoratu indagabimus, ſicut ſalſedinem, amaritudinem, aciditatem, inſipiditatem guſtu dignoſcemus. liquoris autem tenuitatem, craſſitudinem, lubricitatem, lentorē, ex ungue tuto probabimus. Si enim gutta ungui inſtillata minime decurret, & in unguis declinatione non defluat, neque tanquam mel, aut glutinum impingatur, lac illud idoneum iudicamus. ſunt qui capillo lactis probitatem experiantur, nam ſi capillus lacte madeſcens ſuſpendatur, uel lac delabetur, & imo tantum capiti guttula hærebit, quod quidem reprobari oportebit: uel totum capilli ductum circumſidebit quod optimum eſſe fatendum eſt. alij lac coagulo cōcretum digitis exprimūt, deinde ſeri & caſei menſuras perpendunt. ubi igitur cuiuſque lactis malitiam intellexerimus, recta uiuendi ratione emendabimus, purgationesq; prorſus recuſabimus, præcipue ſi nutrices eo ſemper morbo laborare nouerimus, quouſq; lactauerint. priuatim uero eas, quæ ſalſo humore abundauerint, balneis & uini diluti potione curamus, deinde lactis copiam uino mulſo & oxymelite reuocamus, in ciboq; offerimus lac ex alijs animalibus probatiſſimum, quod formæ & ſimilitudinis ratione facillime humani lactis ſpeciem adſciſcat: omninoq; recte uiuendi rationi eo impēſius innitemur, quod ſciuerimus id uitij genus ſolo alimēto haud ægre emendari poſſe. neq; uero curationem negligere oportet, nam ſæpe infantes eiuſmodi lacte deprauati etiam uſq; ad ultimam perniciem rediguntur. Ad panos & ſcabiem mammillarum myrrham ex oleo ſampſuchino tritam tanquam

M 2 maximum

maximum præſidium illinito. Ad cohercendas uirginum ac reliquarum mammillas, ferri æruginem cum oleo omphacino, aut uino ſubactam applicato, uel cicutæ ſemen cum folijs illinito.

Ad mammillarum inflammationes ex Philumeno. Cap. XXXVIII

SEſamum contritiſſimum, butyro admixtum & moderate tepefactum bis ſingulis diebus illinito, ac ſi inflammatio perſeuerauerit, ſumito medullæ panis in aqua madefactæ, & contritæ partes duas, perdicij herbæ ſeorſum contuſæ partem unam, cerati liquidi partem unam, & ſem. omnia ſimul conficito, & bis in die applicato, quod etiam poſt fractionem uſq; ad ſanitatẽ adeptam conuenlet. utere & hoc tanquam probatiſſimo: foliorum hyoſcyami recentium, ceræ, colophoniæ, adipis porcini recentis, olei partem unam. quæ liquari oportet, liquato, & folijs tritis admiſceto. Medicamentum Iuniadæ ad omnes inflammationes, præcipue mammillarum, Olei antiqui lib. iij. ceræ unc. iij. colophoniæ, adipis porcini ſingu. lib. i. s. ſpumæ argenti lib. i. pollinis tritici, ſeminis lini, ceruſſę, ſingu. unc. vi. thuris unc. i. s. Aliud eiuſdem, Spumæ argenti, ceruſſæ, ſingu. drach. vi. thuris unc. i. s. ceræ, colophoniæ, ſingu. unc. vi. gallinacei adipis lib. i. pollinis hordeacei unc. i. s. ſucci ſeminum lini unc. x. olei communis unc. iiij. ſpumam argenti, ceruſſam & thus cum modico ſucco ſubigito, deinde cum reſiduo hordeaceum pollinem rigato, atque ita duobus aut tribus diebus permittito, poſtea omnia ſimul admiſceto, & cum cerato conficito. Aliud ad inflammationes plurimum prurientes, Ceruſſæ, ſpumæ argenti, mellis, butyri, ceræ, adipis gallinacei, ſingu. unc. vi. thuris unc. ij. roſacei unc. i. ſpumam argenti & ceruſſam cum roſaceo paululũ decoquito, & mel adijcito, ſtatimq; ut ab igne ſuſtuleris, thus imponito, & utere.

Aliud ad inflammationes quo utor, Tenera ſolani folia quæ ſufficere uidebuntur decoquito, deinde terito & ſex mellis uncias admiſceto, poſtea ſumito cerati parhygri, ceræ, ſingu. unc. vi. olei unc. i. omniáque ſimul confecta cum reliquis unito, & loco prius abluto apponito. Id mammarum inflammationes per ſudores plurimos diſcutit. utere & medicamento è ſeride ad ſedis uitia confecto, & alijs huiuſmodi. ſed & hoc optime facit ad igneas mammillarum inflammationes: ceræ, colophoniæ, olei, lib. i. foliorum cornuti papaueris unc. iij. liquabilia folijs contritis admiſceto. Tradunt etiam leporis coagulum ex aqua tritum ſi illinatur, ad omnes mammarum tumores, & affectus præcipue lactis copia euenientes conferre. Ad profundas mammarum duricies, Spondylium herbam, & aſphodeli radices in uino decoctas illinito: uel terræ lumbricos cum cydonijs, uel cancros fluuiatiles cum ouo applicato, quod & lac reſtinguit.

Ad induratas mammillarum inflammationes ex Philumeno Cap. XXXIX

LIni ſemen, uel fœnogræcum in oxymelite decoctum illinito, uel ſeſamum ſiliquum modice torrefactum cum melle terito, & calidum apponito, uel canis ſimum terebinthina excæptum apponito. Aliud optimum ex fece balnei. ſpumæ argenti lib. ij. fecis balnei in quo uiri tantum lauantur lib. iiij. colophoniæ, ceræ, ſing. unc. viij. ſquammæ unc. ij. s. aquæ marinæ, aut muriæ lib. i. ſquammam marina aqua quot diebus ſuffecerit terito, deinde adiecta ſpuma argenti, & fece in ſartagine uſq; ad probam conſiſtentiam decoquito, tum ceram & colophoniã colliquatas imponito, poſtea medicamentum ab igne ſublatum, refrigerato, manibus ſubigito, & utere. inter coquendum uero cum arundinis radice uerſato, quouſq; inquinandi finem fecerit. confert & ad illiſiones, fractiones, antiqua ulcera, condylomata, ſi diluatur, & pro fomento applicetur. utere etiam medicamento Dionyſiade, quod in præcedenti libro deſcripſimus, habens, terebinthinæ, pollinis thuris

thuris,aphronitri,olei antiqui,ceræ,miſyos,pondera quanta ibi inuenies. nec minus conuenit Alicticum.

De mammillarum abſceſſibus. Cap. XL

INflãmatione, & duritie perſiſtentibus, & in abſceſſum pergentibus ſi ſpes diſcutiendi ſublata fuerit, maturatione auxiliabimur.nos tamen mammillarum inflammationes iam tranſmutatas Dionyſiade emplaſtro paulo ſupra memorato frequenter diſcuſſimus:totus enim humor per cæcos meatus difflatur,& duricies euaneſcit.benefacit etiam Aliei ruffum quod ſine aceto conficitur, & Aſclepiadę nigrum, quæ omnia ſi parum profecerint, chirurgico artificio indigebimus. reliquas igitur mammillæ partes tuto circumſecabis, ſi corpora putrida inuenies,locum uero prope papillam lunari ſectiõe accuratiſſime incides,ut inciſione abſceſſus quidem profunditas denudetur,ſed papilla conſeruetur,ne manibus forma adimatur, ac fœminis præter formam etiam lactandi facultas intercipiatur. peracta chirurgia ſectioni linamenta imponantur eritq; in omnibus obſeruandum, ſed in mammis præcipue,ne linamentis plaga nimium obſtipetur, ſæpe enim inde fiſtula inducitur.deinde à tertio die puri faciendo ſtudebimus, mox ea quæ abſtergendi ui pollent applicabimus.cui rei benefacit Aliei Ruffum quod antea ad maleſica ulcera ex Galeno deſcripſimus,cui ſpongia è uino expreſſa ſuperponenda eſt. præterea poſt chirurgiam nigrum è lolio confectum mirum in modum confert, euacuat enim & agglutinat.Magiſtriani ad mammillarum abſceſſus,Ter:ę lumbricos cum polenta tritos a pponito.

De mammarum fiſtulis ex Leonida. Cap. XLI

NOnnunquam diſrupto abſceſſu mamma à chirurgo temere tractata ad fiſtulam trahitur,fiſtulæq; ibi euenientes plerunq; ad carnem deſinunt, pauciſſimæ ad os, niſi quæ diutius perſeuerauerint.Has ergo primo congruis medicamentis curare enitemur,inter quæ quod è lolio conficitur optima ſpe applicabimus,ſed id emplaſtrum peculiariter conferet, quod ad mammarum abſceſſus, & omne panorum genus pus per cęcos meatus educit: diſcutit enim etiã iam propè incidendos abſceſſus,atq; extra illitum fiſtulas efficaciſſime deſiccat. ſemper autem papillam ab eo medicamento immunem ſeruare oportet, quod habet,Spumæ argenti,olei,ſing.lib.i. aquæ unc. vi. ammoniaci thymiamatis, pyrethri ſing. unc.vi.reſinæ piceæ unc.iiij.colophoniæ unc.i.ſpumam argenti, oleum, & aquã ſimul ſuper prunis decoquito, quouſq; inquinãdi finem fecerint, deinde ammoniacum cribratum inſpergito,quo ſoluto reſinas adijcito: utq; medicamentum ab igne ſuſtuleris,pyrethrum imponito, & commollito, quod poſtea loco illines, ac ſupra lanam aridam alligabis,papilla ſicuti diximus immuni relicta.perſeuerante autem ægritudine fiſtulæ ductum nucleo ſpecilli attollere & incidere oportet,ſpecilli filum uſq; ad profundum ſequendo,deinde quicquid durũ calloſumq; inerit, amputare:facta inciſione emplaſtrum applicabimus,quod repurgandi ui polleat, poſtea quod deſiccet,& ad cicatricem perducat.

De mammarum depaſcentijs. Cap. XLII

QVæ mammas depaſcunt perfuſionibus & cataplaſmatis curantur, quæ ad reliquas depaſcentias deſcribũtur.priuatim uero ad muliebrium mammillarum pudendorumq; depaſcentias & eroſiones,id eſt, putredines & cætera huiuſmodi confert medicamentum, quod habet, rhu confectorum corij lib.i.pillularum nouellarum cupreſſi tantundem, gallæ immaturæ lib.i.s.uini auſteri lib.xx. ſolida tribus diebus leuiter madefacito, deinde cupreſſini rami uerſatu ad ſemiſſem decoquito, poſtea ubi integram horam quieuerint tranſcolato, ac rurſus ad mellis conſiſtentiam decoquito, atque ita confectum medicamentum in uitreo

uaſe ſeruato, & uſus tempore, ſi abſterſione indigueris melli admiſceto, ſin uim emplaſticam augere maluetis, lac adijcies.

De phagedænicis mammarum ulceribus. Cap. XLIII

PHagedænicum ulcus à cãceroſo differt, quod circumiacẽtes partes nõ adeo duras, neq; uenas uaricoſas habeat, neq; uſq; ad baſim ꝑueniat. prętérea omnis phagedæna medicamento paret, maleſica uero & efferata ulcera medicamentorum applicatione magis irritantur. phagedęnico itaq; affectu infeſtante ad breuem compendiariamq; curationem feſtinare oportet, ad calloſorum inquam labiorum exciſionem, deinde eadem labia ignitis cauterijs inurenda ſunt; nam ita & ſuſpectam ſanguinis eruptionem cohercebimus, & tutiorem medicationem peragemus, tum medicamenta mammarum eroſionibus congrua inferius ad cancros deſcribenda applicabimus.

De cancris mammarum ex Archigene & Leonida, & de ulceratorum cancrorum notis. Cap. XLIIII

CAnceroſi tumores circa mammillas frequentiſſime generantur, crebriusq; mulieres quàm uiros inuadunt, quæ amplas carnoſasq; mammas habent. Antiqui uero canceroſum ulcus maleficum & ferum uocabant, canceroſum quidem appellatione à cancro animali tranſumpta, ea enim animalia aſpera ſunt, & pertinaciter dura, & ſi quidpiam chelis cæperint, haud facile auelluntur. his canceroſus tumor aſſimilatur, nam & prominet, & tactui reſiſtit, & difficulter tractatur, qua ratione inſanabilis redditur. maleficum uero & ferum ulcus cognominatur à feris maleficisq; animalibus. eſt enim id morbi genus proteruum, quod curatione efferatur, & manuum tractatu exacuitur. Duæ autem cancrorum ſupremæ differentiæ ſunt, nam quidã eorũ ulcere carent, quidã exulcerantur. qui ulcere carent ab omnibus ferè antiquis occulti appellantur. Philoxenus tamen eum priuatim cancrum occultum nominauit, qui in utero, aut inteſtinis cõtingeret. Cancro igitur non ulcerato in mamma exiſtente, tumor uiſitur magnitudine inſignis, tactui reſiſtens, inæqualis, agreſtis feræ ſęuitiem habens, uſq; ad intimum receſſum pertinaciter inſertus, longe lateq; radices extendens, & uenis adiacentibus tanq; alligatus, quas in toto ambitu uaricoſas habet, colore cinericius, ad purpuram uergens, ſubliuidus, ac ſpectantibus quidem mollis apparet, tangentibus uero duriſſimus, ideo opinioni uiſu concæptæ credendum non eſt. idem pungentes dolores ac late diffuſos infert, ut ſæpe cõſenſus ratione inguina maleſica in axillis exciter, quæ uſq; ad ſpathulas & clauem attingunt. At ſi exulceretur iugiter erodit, & profundum ſuffodit, nec ſiſti poteſt, ſaniemq; emittit quocunq; ferarum ueneno nequiorem, copia & odore abominandam, cui pariter dolores pungentes aſſidẽt, atq; is præcipue medicamentis, & manuum tractatu exacuitur.

Quinam cancri ſanatu faciles, qui nam difficiles. Cap. XLV

OMnino uero cancros pectori innatos deplorare oportet, quemadmodũ qui in capite, collo, humeris, axillis, & inguinibus eueniunt, ſunt enim & iſti inſanabiles: nam præterq; quod perfecte abſcindi nequeunt, uerendum eſt, ne ob nimiam ſanguinis eruptionem inter ipſas manus ęger occumbat. Qui uero papillę ſummitatem inuadunt, affectæ partis amputatione facile ſanabuntur.

Chirurgia cancri ex Leonida. Cap. XLVI

EGo quidẽ in cancris pectori innatis chirurgia uti cõſueui quæ ita perficitur. ægram ſupinã ſtatuo, deinde ſupra cancrũ partem mãmillæ ſanam incido, & inciſam cauterijs ſuburo, quouſq; cruſta inducta eruptionem ſanguinis reprimat, mox iterum incido, ſcarificando ſimul, & profundum mammæ diſſecando, ac rurſus partes inciſas uro, ſæpiſſimeq; idẽ repeto, & ſecans, & ſiſtẽdi ſanguinis gratia

inurens. ita enim eruptionis ſanguinis periculum euitamus, poſt amputationem uero integre peractam, uſque ad deſiccationẽ partes omnes inuro. Ac primæ quidem inuſtiones pro reprimendo ſanguine fiunt. poſtremæ autem ad omnes morbi reliquias abolendas, ſæpe & opus ſine uſtione perficere conſueui, ubi ſtrumoſus tumor cancri generationẽ minitans in mammilla conſtiterit. Tali enim morbi natura exiſtente amputatio uſque ad partem ſanam ſufficiet, cum nullum hic eruptionis ſanguinis diſcrimen immineat.

Curatio poſt amputationem & inuſtionem. Cap. XLVII

POſt amputationẽ ſi inuſtio admiſſa non fuerit linamenta ulceri imponemus, deinde puri efficiendo ſtudebimus, & ſeriatim ad reliquam curationem deſiccatoriam pergemus. Si uero poſt chirurgiã loca inuſſerimus, interdum ſolo cataplaſmate è plantagine, aut polygono, aut è ſeſamo trito utimur, interdum & panis medullam alicui prædictorũ adijcimus, atq; extra cataplaſma linteum aqua madefactum apponimus. prodeſt etiam ac ſine dolore cruſtas aufert lac melli admixtum & linamentis illitum. ſed præter hanc medicationẽ ægrotæ in calida domo contineãtur: eis enim refrigeratio omnis infeſta eſt, pręcipue quo tempore ulcera repurgãtur, nam tunc potiſſime conuulſionis periculum imminet. Secunda uero aut tertia die exoluto medicamento tepida aqua locum perfundimus, & lenticulam elixam cum minima mellis portiuncula illinimus, uim mellis irritatoriam formidantes. deinde folijs uitis, aut lactucæ exterius applicatis congruo ligamento utimur, neq; ab his abſcedimus, quouſq; cruſtæ deciderint. poſtea linamenta imponimus, atq; in his tum acriora, tum pinguiora medicamenta euitamus, utraq; enim morbum reducunt. propterea conſueui muliebri aut aſinino lacti roſaceum admiſcere, & eo linamenta madefacere, & applicare, ac pro linamenti cuſtodia linteum leue ac ſimplex eodem lacte madefactum exterius alligare. plurium enim linteorũ pondus in hoc affectu moleſtum eſt. Atq; in ſuppurationis quidem tempore roſaceum ſuperſit, dum uero repurgamus lac excellere oportet. Quod ſi res urgeat, cataplaſmati exterius melilotum cum roſaceo & aqua, aut lacte muliebri applicetur. Nam ceromata & nimis elaborata cataplaſmata, huiuſmodi morbis infeſta ſunt, & ſi quopiam arido indigueris cinerem pompholygis exquiſitiſsime lotum & exiccatum, aut cadmiam ter uſtam, & roſaceo extinctam, ac poſtea exactiſſime lotam & arefactam apponito. Medicationis autem tempore à uino & cibis coctu difficilibus & frigidæ aquæ potione abſtinendum eſt. at dum ulcus ad cicatricem ducitur, diligenter ſtudebimus, ut totius corporis habitus firmetur, & bono ſucco impleatur, quod laudabilibus alimentis, exercitijs, geſtationibus, ac reliquis huiuſmodi reficiendo corpori idoneis fieri oportet.

Cancrorum curatio ſine chirurgia. Cap. XLVIII

PRimo quemadmodũ ſæpiſſime diximus, ante cuiuſq; malefici ulceris medicationem, uniuerſum corpus curare oportet, deinde localia præſidia admouere. ergo aluus congruis alimentis & aloe uel amaro medicamento ex eadem confecto ſoluenda eſt, dandaq; aſſidue quæ uenenoſis potionibus aduerſantur, qualis theriaca eſt, & mithridaticum, & antidotũ è ſanguinibus. è ſimplicioribus uero anſeris, aut anatis nuperrime iugulatæ calidus ſanguis propinetur, aut trifolij bituminoſi contritiſsimi cochleare unum aut duo ex tribus aquæ cyathis, aut ſeminis rutæ agreſtis unc. i. aut puleij antiqui drach. i. cum maluæ decocto. prodeſt & mirum in modum cancrorũ fluuiatilium ius è lacte aſinino quinq; diebus exhibitum, ita ut totidem ſubinde diebus ipſimet cancri comedantur. talis enim periodus ſepties peracta mammillarũ cancros efficit placidiſsimos, ut deinceps ſimpliciorum epithematum uſu priſtina ſanitas comparetur.

Curatio canceroſorum tumorum ulcere carentium. Cap. XLIX.

PRiuatim uero tumoribus non ulceratis panem cum modico ſymphyto apponito, ita quantitatem moderando, ne aggrauet. in acceſſionibus autem, roſas, melilotum, papaueris ſemen omnia cum paſſo trita paululum decoquito, deinde cum ouorū uitellis ſubacta applicato, uel altheæ folia elixa priuatim uel cum pane cōmixta illinito. ſed & hoc in acceſſionibus efficax eſt, plantaginis, capitulorū papaueris cum ſeminibus, pſyllij, portiones æquas ſumito, ac reliqua quidem terito, & cribrato. pſyllium autem paſſo cretico madefactū & cum palmulis pinguibus ſubactum aridis cōmiſceto, anſerini adipis nonnihil adijciens, quod medicamentū calefactum ſecure applicato. quod ſi frigidum potius morbi natura poſtulauerit, omnia prædicta cum palmularū carne & modico pane madefacto excipies, ac frigida appones. confert & ad canceroſos affectus, eryſimi ſemen cum œſypo, & mulſa confectum, quod calidum illini oportet. fraxini præterea arboris folia molliuſcula in aqua elixata deinde trita & priuatim calida appoſita, dolores maleficorum ulcerū leniunt. & ſi quis in eorum uſu perſtiterit mirum in modum diſcutiet. ego uero eorūdem foliorū decocto huiuſmodi loca feliciſſime fouere ſoleo. arbor ea ſterilis eſt, & materiæ apta. Deinceps cataplaſma è plantagine rurſus adhibeat & emplaſtrū Hiceſio inſcriptum, aut panacæum nigrum, quod tactu molliſsimū ſit, aut quodpiam huiuſmodi applicetur, niſi ulcus obſtiterit.

Cancri ulcerati curatio. Cap. L.

VLceratis cancris placidiſſima epithemata æqualiter ſunt imponenda, quorū fundamentū, ut inquit Archigenes, huiuſmodi eſt, Spumæ argenti, adipis porcini recētis, ceræ albæ ſing. lib. i. olei probi lib. xvi. uitellos ouorū aſſos xij. cum moderata quantitate aquæ ſpumam argenti terito, deinde olei nōnihil infundens, etiam uitellos cōmiſceto, adipem uero exemptis fibris in mortario terito, ac cum cera leuiter liquefacito & tranſcolato, quibus poſtea refrigeratis reſiduū olei paulatim infundes, & omnia ſimul in mortario exquiſitiſsime ſubiges. poſtremo reliqua trita admiſcebis. hoc medicamentū uſus tempore roſaceo dilues, & molli lana excepto pro linamento uteris, & ſi ulcus dolore caruerit adijcito etiam iridis, myrrhæ, ariſtolochiæ ſing. drach. iij. Idem ſi cancris quoq; non ulceratis illeueris, utile eſſe comperies. Aliud quod ulceratis cancris blande medetur, & non ulceratos impenſe mitigat. ceræ hetruſcę, terebinthinę, adipis tauri, medullę ceruinę, aut uitulinæ recentis, ricinini olei & roſacei nouorū, adipis anſerini recētis, mellis electi, thuris, diphrygis ſing. partē unam, œſypi triplum. ſine thure tamen mitius eſt, & ulceribus utilius, ſed cum thure magis diſcutit, ac magis maturat, cancriſq; non ulceratis magis congruit. & ſi abſq; thure medicamentū conficies, diphryges è uino teres: ſin cum thure, utrunq; diphryges inquam & thus aridum liquaris ijs quæ liquari oportet adijcies, & deinceps addito melle ſecure applicabis. Aliud è Theodori monumētis ad malefica. ſpodij cyprij loti & exiccati, plumbi uſti & loti, ſucci roſarū ſing. drach. iiij. cōfice & utere cum roſaceo. hoc quidem magis mitigatoriū eſt, ſed ſi multa ac depaſcens eroſio fuerit, uix credi poſſit quantū efficax ſit ad totam malitiam eradicandā, quod habet, rhu confectorū corij ſext. xij. pilularū cupreſſi lib. i. gallarū immaturarū, caſiæ ſing. unc. vi. omnia ſimul confracta in uini Adriani, id eſt, adſtringentis odorati, & antiqui ſext. xx. tribus diebus madefacito, & uſq; ad tertiā aut quartā ebullitionē cupreſſinę ſpathulę uerſatu elixato: deinde ubi omnia diligenter expreſſeris & abieceris, ſuccum uſq; ad mellis cōſiſtentiam decoques, quem poſtea in uitreo uaſe ſeruabis. Hoc medicamēto ad depaſcentias ſincero impermixtoq; uteris, addita interdū uini portiuncula, ſi craſſius uideatur, idem uero exquiſitiſſime dilues ſi in muliebri pudoris ſinu ægritudo ſit medicanda.

ſed &

ſed & aſinino lacte ſolutũ doloris mitigatoriũ eſt,ac prӕterea reliquis depaſcentijs ſine inflãmatione medetur, aures diuturne & pertinaciter purulentas, gingiuas〈q〉 marcore flacceſcentes deſiccat,ulcera difficilia,& quӕ ӕgre ad cicatricem ducuntur ſanat,ſi moderate applicetur, & cum ratione diluatur. Quomodo enim ei benigna reluctabuntur, cui fera & agreſtia pareant? illud aduertendũ non prius ulcera ad cicatricem ducenda eſſe,quàm omnis durities ſoluta fuerit,interdum linamentis maturatorijs,interdum ſplenijs adhibitis, quale eſt Serapiadis, aut Hiceſij malinũ,aut panacӕum.Ego uero ſӕpe declinationis tempore etiam theriaca uſus ſum,lacte & roſaceo diluens,atq; in molli lana ulceri apponens, imò & eandem è paſſo propino.ad huiuſmodi enim morbos efficaciſſima eſt, ſicut & reliqua antidota ad reptilium ictus & uenenoſas potiones confecta. His ergo audacter utitor ſubſannatores deſpiciens,qui affectionis naturam minime intelligunt.

De mammilla indurata ex Leonida. Cap. LI

IN alijs quidem corporis partibus prius oſtendimus induratũ tumorem ſine dolore exiſtere, in mamma tamen non morbi natura ſed detractӕ papillӕ grauitate dolorificus eſt. ſi ergo tota mamma indurata fuerit,atque ita ſcirrhus thoraci annectatur, ut à ſanis partibus amputari ſine periculo nequeat,manuum opus ne attentari quidem debet.ſin mammӕ ſummitas tantũ indurata ſit,aut dimidiã mor bus non excedat,ſummitatis amputatio ſine uſtione eligenda eſt. neque enim in ſcirrho ſicut in cancro ſanguinis eruptionem uereri oportet. poſt amputationem uero linamenta imponemus,& reliquam ulcerum curationem adhibebimus.

De menſtruorũ retentione ex Ruffo & Aſpaſia. Cap. LII

MVlieres quaſdã menſtrua purgatione omnino carere uel naturale,uel prӕter naturã eſt.an uero naturale ſit deprehendimus, ſi mulier nulla inde moleſtia,uel totius corporis uel uteri afficiatur.ergo ӕtatis ratione infra quartumdecimum annũ,aut ſupra quinquageſimũ purgationes menſtruӕ non accedunt:ſed & ſteriles fœminӕ uel in utero habentes,uel cantrices ſaltatrices ue naturaliter nõ purgantur,nam quicquid in eis recrementi eſt nimia exercitationis uehemẽtia abſumitur.ut〈q〉; ſummatim dicam,mulieres calidioris tẽperaturӕ ualidis〈q〉; exercitijs addictӕ & agreſtes parum admodũ purganť. ubi igitur mulier longe plus ӕquo calidior fuerit,ſiue ob naturale temperamentũ,ſiue ob exercitiorũ exceſſum menſtruis purgationibus carebit.Immenſo enim calore corpora exareſcunt,imò & calida temperatura cibos optime conficiens,nihil in tota corporis mole ſuperuacuũ omittit. Eſt autẽ eiuſmodi mulier omnino uirilis,colore fuſca,cõpacta, neruis robuſta,uenoſa,lumbos & nates ampliores habẽs, pectore & humeris latioribus & piloſis:talis uel nihil prorſus uel pauciſſime purgatur. Nõnunq̃ etiã menſes nimia uel pinguedine uel gracilitate detineri ſolent. Pingues enim exanguiores reliquis ſunt,minimas〈q〉; uenulas habẽt,quip〈q〉; illis ineſt pauciſſimus ſanguis ferè in pinguedinẽ tranſit.id〈q〉; ita eſſe indicatur,ꝙ tales minime omniũ concipiũt, & ſi quãdo〈q〉; cõceperint,fœtus graciles,admodum〈q〉; imbecillos pariunt.quomodo ergo purgabuntur,quӕ ne〈q〉; ſanguinẽ,ne〈q〉; uenarũ amplitudinẽ habent? graciliores uero ob quampiã ſcilicet diuturnã ӕgritudinẽ attenuatӕ,nihil prorſus ſuperuacui ſanguinis continẽt. prӕterea menſes non defluunt quibus ſanguis uel craſſus,uel lentus, uel per aliã loca delatus fuerit,ſicuti per nares,aut ſedẽ.alijs,ꝙ è thorace ſanguinẽ eiectauerint,alijs ꝙ à diſſecta uena ultimã ſanguinis inanitionẽ tolerauerint menſes ſuppreſſi ſunt.ſed & reliqua excretionũ genera idem ſӕpe effecerũt,ut ſudoris multitudo,aſſidui uomitus,alui ꝓfluuia,puris copia alicũde emanãs,ac puſtularũ omne genus quӕ in cute efflořeſcunt.nec minus prӕter has omnes cauſas menſes detineri ſolẽt ob acutas maximas〈q〉; ӕgritudines,& ob alimẽta quӕ uel paucitate,

uel multitudine exceſſerint. A pauco enim alimento paululum quidpiam confe/ ſtim expirat, à multo uero meatus conſtipantur & excretio intercipitur. his per/ ſpectis modus quoq; curandi ſatis conſtabit. Quæ enim plenitudinis ratione non purgantũ, ſanguinis miſſione ſtatim ſanantur. cibaria uero craſſa, & pituitoſa pur/ gationibus aduerſantur, ſed acriora ſanguinem fluxilem reddunt. præterea uina craſſa & noua, aquas frigidas & crudas, labores ſupra uires, ocia prolixa euitare oportet. Hæc in toto corpore circa uiuendi rationem conſiderabimus. Quantum uero uuluæ attinet, clauſiones, auerſiones ceruicis, duricies, inflãmationes, innu/ tritiones, reſolutiones, refrigerationes, diſtenſiones, aliĳq; huiuſmodi affectus ſunt attendendi. præterea obſeruandum ne quidpiam os uteri obturans ſanguinis exi/ tum intercipiat: ibi enim calloſitates exortæ, aut aliquæ carnis excreſcentiæ, aut pinguedinis copia, ſępe purgationem impediunt. quibuſdam etiam ſtatim à prin/ cipio membrana quædam circa uteri collum aut orificiũ adnaſcitur, quemadmo/ dum ĳs accidit, quæ imperforatæ appellãtur: has nullo artificio curare poſſumus, niſi membrana locum obſtruens perforetur. Aliĳs cicatrices ulcerum, quæ in ute/ ro præceſſerunt, uaſorum orificia excæcarunt, à quibus ſanguis in uterum fereba/ tur, quæ prorſus inſanabiles ſunt. nonnullis poſt aborſum uuluæ ore exulcerato, ac deinceps ad cicatricẽ ducto, compactio uel obſtructio ſuperuenit, quæ præter/ quam quod alias omnes uuluæ tranſpirationes prohibuit, etiam ſanguinis excre/ tionem ſuſtulit. ſed & curæ pertinaces, formidoq; immodica, & mœror ingens, menſes intercipiunt.

Quænam ſigna mulierem ſequantur, quæ non purgatur. Cap. LIII

MVlieribus igitur quæ pro conſuetudine non purgantur ſcreatus ſanguinis & apoplexiæ periculũ imminet. eas enim detentis excretionibus moleſta accidentia conſequũtur, totius inquam corporis grauitas, nauſeæ, faſtidia, & hor/ ridi quidam diſcurſus, quales concipientibus accidunt: non æque tamen ſicut con cipientibus, ceruix uteri occluditur. illis enim occluſio cum quadam duricie ineſt. dolores pręterea circa lumbos, femora, collum, ſinciput & fundamenta oculorum aſſident, febresq; aſſidue comitantur, & urinæ atræ cum rubea quadam ſanie. diſ/ ficultatem etiam & deſtillationẽ urinæ perpetiuntur, ac nõnullæ in melancholiam aut furorem delabuntur.

Curatio earũ quæ nimia caliditate non purgantur ex Ruffo. Cap. LIIII

REctius quidem foret ad integram ſanitatis tutelam uictus rationem excogita re, à qua ita mulieris corpus deſiccaretur, ut menſtruæ purgationis non indi/ geret, ſed hoc conceptioni prorſus aduerſaretur. neq; enim concipiunt, quæ non purgantur. cauſa ergo concipiendi, & quoniam omnes ferè mulieres inconſulto uictitant, purgationes ſunt neceſſarię: proprerea congruit curationem quoq; ſub/ ſcribere, qua menſes intercepti euocantur. calidiores itaq; & plurimũ exercitatas mulieres quammaxime humectare oportet, dulcium aquarũ balneis, uberiori hu/ midioriq; cibo ac potu, quales ptiſanæ & chondri ſorbitiones ſunt, & quæ ex lacte pręparãtur, & ex oleribus lactuca, cucurbita & huiuſmodi, è carnibus agni, hœdi, ac nouelli ſues, præſertim cicures & fœminæ, è piſcibus quicunq; teneras carnes habent, ex auibus altiles, è fructibus ficus recentes, uuæ maturæ, pepones, cucu/ meres, è potionibus uinum tenue candidum non adeo antiquum & diſutum.

Dignotio frigidarũ temperaturarũ & earum curatio. Cap. LV

FRigidioris uero tẽperaturę fœminas, tum ex ĳs quæ dicta ſunt dignoſcemus, tum q ſomnolentiores ad omnemq; modum ſegniores ſunt, ac colore candi/ diores ſeu plumbeæ, uenulis ſubnigreſcentibus, lotio aquoſo, pituitamq; iugiter excreãt, interdum & pituitoſos humores euomunt. harum medicationẽ oppoſitã ei quam

ei quã de calidioribus diximus eſſe oportet: plurimos enim labores imperabimus, & edulia calidiora exhibebimus, uinumq́ ruffum, odoratũ, antiquũ, eorum quæ penitus dulcedine careant. confert eiſdem uinum aqua marina dilutum. Medicamenta uero, ut ſummatim dicam, eligenda ſunt, quæcunq́ ſuo calore diſſoluendi ſanguinis facultatẽ habeant, ut puleĳ, thymi, calamenti, dictamni, abrotoni, iridis, radicũ aſphodeli, corticũ radicis mori, mercurialis, caſiæ, carpeſĳ, floris iunci odorati, ſpicarũ nardi & celticæ, acori, mei, phu, ſauinæ, aſari, & ſimilium decocta. ſingula enim iſtorũ in uino albo antiquo affatim decoquunt̃, ac deinceps uinum merum calidum poſt balneũ ieiunis propinatur, atq́ ita menſes ĳs cientur, quæ frigidioris tẽperaturæ ſunt. benefacit & ſuccus cyrenaicus ad erui quantitatẽ bibitus, aut opopanacis unc. una, uel ſagapeni tantundem, uel myrrha ad fabæ magnitudinem, uel caſtorĳ, drach. una. Idem poſſunt ſeminum nobis conſuetorũ decocta, ut fœniculi, cymini, petroſelini, ſĳ, dauci, ammeos, cicerũ. Eſt & hoc efficaciſſimũ atque acerrimum: puleĳ, artemiſiæ, rutæ, ſaluiæ, anethi, ſing. m. i. piperis gra. xx. aquæ ſext. duo. piper confractũ & herbis admixtũ tota nocte in aqua madefacito, mane uero uſq́ ad dimidias decoquito, & ubi excolaueris adĳce mellis quod ſufficit, cyathosq́ duos ieiunæ exhibeto, ſenſimq́ progredi iubeto, & lectica geſtari. ſumendis autẽ medicamentis tempus idoneũ eſt, ſi mulier poſt fomentationẽ, inunctionẽ, aut balneum, protinus biberit, ut calido adhuc & ſoluto corpori medicamentũ occurrens uires ſuas efficacius oſtendat. ſed ſiquis uniuerſa præſidia huic uſui cõgrua recenſere uoluerit, plurimo is ocio indigebit: ſufficere tamen poterũt, quæ hactenus dicta ſunt. nam ſi nullum iſtorũ menſes attraxerit, alius attrahendi modus potentior requiretur. Ego quidem cum his medicamẽtis adhibitis fruſtratus eſſem, iuſſi mulierẽ ſolutoriũ potare, quæ ſumpto euphorbio cum petroſelino non multo poſtea per aluũ purgata eſt, ac deinde menſtruorũ excretio ſucceſſit. Quod ſi redundans humor potius melancholicus ſit, dato epithymi drach. v. cum diluti oxymelitis hemina, ſalis nõnihil adĳciens. fece enim ſanguinis educta aptius deinceps pars ſubtilior elabetur. multis etiam ita ſe habentibus uomitus contulit, uomereq́ eas oportet ebibito prius thymi, uel origani, uel hyſſopi decocto, deinde poſt uomitũ centaurĳ aut abſinthĳ dilutum potare. ſed & uulua ſuppoſitorĳs irritanda eſt, ut uictus quidem ratione calidus ac tenuis ſanguis reddat̃, ſuppoſitorĳs uero excretio prouocetur. Fortiora tamen euitabimus, qualia ſunt ex elaterio, cantharidibus, cyclamino, felle bubulo, & elleboro cõfecta. imminet enim periculũ, ne eiuſmodi medicamentorũ uehementia inflãmationes, ulcera, & febres inuadant.

Peſſuli ſanguinem educentes. Cap. LVI

ERgo mitiora applicare oportet, qualia ſunt ruta, lauri baccę, artemiſia, conyza tenuioribus folĳs, pulcium, mercurialis. ſingula iſtorũ cum irino unguento apponantur. quod ſi ualidiora res exiget, fumito myrrhæ drach. i. aluminis ſciſſilis drach. ĳ. quæ è uino trita, & roſaceo admixta ſuppones: uel terebinthinã cum myrrha, melle, & croco conficito. Hoc uero ualidius eſt pelecini ſemen cum myrrha & melle, uel bdellium, aut chalbana, aut ſtyrax cum abſinthio, & lupinorũ decocto. uel caricas pingues exemptis acinulis cum thure & nitro ſingulorũ quantum eſt fabæ magnitudo imponito. uuluam etiam quopiam calido unguento perfundemus, ſicut ſuſino, liguſtrino, irino, ſampſuchino, laurino, amaracino, narciſſino, iugiterq́ ſtyrace, chalbana, ac thure ſuffiemus. benefacit & gagates lapis. Suffumigium probatiſſimũ: radicis ariſtolochiæ, reſinæ aridæ, ſandarachæ, ſuſi agreſtis, fimi uulturis, bdellĳ, ſauinæ, cardamomi, artemiſiæ, ſingu. drachmam unam, oſſium piſcium ſalſorum ad ultimam minutiem redactorum drachm. iĳ. nigellæ, ſtyracis ſingu. drach. iiĳ. paſtillos cum aqua conficito, atque uſus tempore ſuper

bubulo ſimo bis in die mane inquam & ſero ſuffumigato. pręcipue uero odoratis fomentis uterum fouebimus, amaracum, ſerpillum, pulcium, calamenthum, cyperum, irim, chamæmalum, coſtum, aniſum, & ſimilia in aqua decoquentes, eritq; fouendi modus huiuſmodi. ollã operculo perforato operire oportet, arundinemq; foramini inſertam undiq; circumlinere, deinde ſedens mulier excæpta inferius arundine foueatur. Alius modus fouendi eſt, ut mulier alicui ex prædictis decoctis uſq; ad umbilicum inſideat, poſtea aqua calida dulci abluatur, & inde ſuppoſitoria paulo antea memorata ſibi admoueat. Peſſus optimus ſanguinem ducẽs: carpobalſami, caryophillorum, olei amaricini aut ſuſini ſing. drac. viij. paſſularum pinguium exemptis acinis libram unam, carnes palmularum xij. ſalis communis unc. xvi. mellis cochlearia iiij. confice & poſt balneum aut fomentum utere. cataplaſmata præterea adhibebimus, omæ lyſi artemiſiam, amaracum, irim, aut quidpiam eorum quæ diximus admiſcentes. liquor uero cataplaſmatis conficiendi ſit uinum odoratum, mel, amaracinum, irinum, anethinum unguentum, deinde cataplaſmatis, lanam quopiam dictorũ unguentorum madefactã ſuperponemus. confert etiam bdellium cum ſtyrace, aut thus cum uino, & quopiam odorato unguento ſubactum fumini ac lumbis illinere. Epithema ad ſanguinem euocandum: elaterij, myrrhæ, chalbanæ, farinæ hordeaceæ ſing. drach. iiij. foliorum rutæ recentiũ drach. ij. taurini fellis quod ſufficit. Reliquis priuatim ad ultimam minutiem redactis & unitis fel admiſcebis, & ſimul cõficies. uſus aũt tẽpore lumbis ac ſumini illinito, menſes enim ducit ſedisq; hæmorrhoidas prouocat. utere & alijs epithematibus quæ tertio libro deſcripſimus.

Philoſophi ad menſes educendos. Cap. LVII

CAncrũ fluuiatilẽ in uinũ coniectũ ſuffocato, deinde uinũ id merum calefacito, & totum propinato, atq; ubi tibi ſatis ſanguinis purgatum uidebitur, cancrum quem ſuffocaſti, comedendum præbeto. Suppoſitorium menſtrua educens ut admireris, facit & ad uteri ſuffocationes præcipue diuturnas: fellis taurini, ſucci abſinthij, & comæ eiuſdem, radicis ſtruthij, myrrhę ſingu. drach. iiij. caſtorij, opobalſami ſing. drach. i. ſucci cymini drach. x. omnia in ſucco artemiſiæ excipito, & glandulas paruas ſuo tempore ſupponendas conflato. ſed & fex uini antiqui arefacta & apij ſucco excæpta utiliter imponitur. Peſſus eodem ipſo die plerunq; ſanguinem ducens: folia artemiſię & nitrum pari pondere irino unguento aut roſaceo excipito, ac poſt balneum ſupponito.

Curatio earum que nimia pinguedine non purgantur. Cap. LVIII

PInguiores mulieres uictus ratione regemus, quæ ſummas attenuandi uires habet, in ſecundo uero & tertio libro prædiximus de alimentorum facultatibus & de macie corpori reddenda, neq; tamen interim fomenta, & potiones prætermittemus. ſi enim materia inferius declinabit, haud ægre euacuabũtur, & corpus gracilius euadet: & quamuis per inferiorem aluum purgatio non admodum tuta ſit, cum inde corpus tabeſiat, mulieri tamen ita ſe habenti hæc quoque adhibenda eſt. ſæpe enim ſola purgantis medicamenti potio menſtruis euocandis ſufficit. catharticorum ergo acerrima & fragrantiſſima pinguibus maxime idonea ſunt, ſicut granum cnidium, ſcammonia, & cortex radicis myrtei tithymali, ſingulisq; petroſelinum, aut daucum, aut apium, aut aniſum iucunditatis gratia & ad attenuandum excernendumq; ſanguinẽ admiſcere oportebit. ſuppoſitoria quoq; in his ualidiora eligemus, ſicut pulpam colocynthidis, nigellam, myrrham, ſimul cum uino dulci trita & appoſita, uel nitrum cum cyclamino, felle bubulo, & melle, uel caricarum carnes cum nitro, melle & ruta. Item fomenta & epithemata quę ad frigidiores temperaturas prædiximus, huc transferenda ſunt.

Curatio

Curatio earum quæ plenitudinis ratione non purgantur. Cap. LIX

QVæ plenitudinis cauſa non purgantur, congruo menſtruorū tempore magis grauantur, doloresq; circa lumbos & ſumen percipiunt, flatuq; replentur, quem ſaltus diſtenſiones horroresq; totius corporis neceſſario conſequūtur, ſed præcipue inſigni uenarum tumore dignoſcuntur. Atque iſtæ quidem copioſa ſanguinis miſſione ſanantur. Cubiti igitur ac malleoli uenas ſecare oportet, deinceps euacuato ſanguine, cætera peragere, quæ ſuperius memorauimus, potiones & fomenta locis adhibendo. ubi uero menſes effluere incœperint, mulieri omnimoda quies imperanda eſt, & in lectulo continenda. ac primo quidem die à balneis, & cibis arcenda: proximo autē ptiſanæ cremor cum anetho paratus pro cibo exhibendus, deinde olerum portiuncula, quæ huic uſui idonea uidebuntur. tertio die lauanda ac conſueta uictus ratione regenda erit.

Curatio earum quæ ob innutritionem non purgantur. Cap. LX

QVæcunq; autem ob innutritionem, gracilitatemq; non purgantur, ſiue id morbo, ſiue alia ratione contigerit, eas primo reficere oportet, & corpori carnem congruo exercitio moderatoq; labore ac uberioribus cibis reſtituere. ſi enim carnoſæ euaſerint, maxima inde ſpes erit mēſes ſponte erupturos eſſe, quod ſi non euenerit tunc eos cōmodius potionibus & peſſulis prouocabimus.

Curatio earum quæ ob humorū prauitatem non purgantur. Cap. LXI

BIlioſos uero & pituitoſos humores & quicunque alij ſanguini admixti menſtruam purgationem impediunt, totius habitus deprauatione dignoſcemus, & reliquis notis quæ ſæpiſſime à nobis repetitæ ſunt, ac nonnunquam ex ijs quæ contingere circa uterum ſolent. Pauca enim menſtrua quæ deferūtur ſi bilioſa fuerint, uuluam mordent abraduntq;, colore uſque ad ſatietatem fuluo: ſin pituitoſa, ſegnius prodeunt, craſſa, candida, ſubfrigida, ſtuporem inferentia. quando ergo huiuſcemodi ſigna apparuerint, prçſtantiſsimū eſt totum corpus congruis medicamentis purgare, deinde muliebria loca colluere, & fouere, cibariaq; dulcia ac boni ſucci offerre, uinumq; aut mel potui dare. eſt etiam lac aſininum cum melle exhibendum, & aqua in qua puleium ferbuerit uino dulci admixta propinanda. hoc & menſes prouocat, & nullum excrementū in ſanguine omittit. præterea his quæ comeduntur, ac bibuntur, ſemper quippiam odoratū permiſcebimus, ex oleribus crithmum, gingidium, & daucum, ſingula ad flacciditatem cocta, & fœniculum eligemus: neq; interim unquam ſuppoſitoria negligemus, quæ qualia eſſe oporteat partim prædiximus, partim proxime dicemus. ſi bilioſa enim ducere uolueris elaterium cum carica pingui interdum & cyclaminum è uino ſuppones. pituitam uero ex utero trahunt anemonæ folia, iris cū melle, loliacea farina lolio prius paululum torrefacto cum modico pipere & melle, colocynthis cum carica, aquoſa euocat porrum cum melle. poſt peſſulos autē mulier in aqua calida ſedeat & roſaceo unguento aut cerato, uel adipe gallinaceo os uteri inungat.

Quibus ſanguinis euacuatio alio itinere auertitur uel per hæmorrhoidas, uel per nares, quomodo ſuccurratur. Cap. LXII

IN his à quacunq; parte fluxerit ſanguis eſt reprimendus, & ad uuluæ iter congruis pręſidijs reuocandus, ne forte inde repulſus ad aliquod nobile membrum uertatur. Proinde & ſudoribus uomitu reliquiſq; huiuſmodi excretiōibus corpus euacuabimus. illud uero noſcendum, haud multo affici nocumento quæ ob tales cauſas non purgātur, ſicut nec quæ ob alimenti penuriam, uel ob laborum exceſſum. concipere tamen nequeunt, cum uteri purgationes defecerint.

Curatio earum quæ nimio ocio non purgantur. Cap. LXIII

COnſtat eas quæ ocij nimietate non purgantur laboribus addicendas eſſe. la-

bra anſerum duorũ,adipum anſeris,phaſiani,gallinæ ſing. unc.i.ceræ unc.iij.con-
fice & utere. Peſſum præterea è thure confectũ & enneapharmacũ,& alios tales
ſupponito, qui ad uteri inflãmationes & durities inferius deſcribentur. Item epi-
themata adhibeto,primo tetrapharmacum,bromium, diachylon ſolutum, poſtea
polyarchium,uel quod è meliloto,uel quod è ſeminibus conficitur,quemadmodũ
uſus poſtulauerit.Si uero ob morbi malitiam moleſtus quiſpiam euentus obſtite-
rit, uel per certos circuitus, uel incerto ordine inuadens, qui memoratis præſidijs
non obediat, ad ualidiora pergendum eſt, & cucurbitulæ pectini atq; inguinibus
apponendæ, primo quidem tres aut quatuor ſine ſcarificatione, deinde ſi morbus
perſtiterit etiam ſcarificabimus, & moderatam ſanguinis quantitatem euacuabi-
mus. conferunt & irudines poſt cucurbitulas applicatæ,nihil minus cucurbitulis
attrahentes.Deinceps epithematibus & dropacismis utemur,ac cutim rubificabi-
mus, locaq; molliter & aſſidue oleo & ſale contritiſſimo perfricabimus, tempera-
tumq; exercitium imperabimus, ac potius geſtationem,quàm deambulationẽ eli-
gemus. poſtremo balnea naturalia exhibebimus, ac marina aqua frigida iugiter
ábluemus.

De exuberante purgatione. Cap. LXVI

EXuberare purgationẽ in fœminis dicimus quando conferta ſanguinis men-
ſtrui copia pluribus diebus defluxerit,quod rarius ac non niſi in uehementio-
ribus motibus euenire ſolet:ſæpe & à partu cõtingit,per quam plurimo ſanguine
poſt exitum fœtus protinus erumpente, ut eo euacuato plerunq; caligent oculi,
idq; præceps interdum periculũ affert.primo igitur ſpectanda eſt erumpentis ſan
guinis quantitas. Amplioribus enim uaſis fractis aut apertis, magna & conferta
ſanguinis copia defluit. A paruioribus uero oppoſitum accidit,ſicut ab eroſione,
paulatim & cum maximo dolore delabitur.Sanguinis autẽ redundantes eruptio-
nes decoloratio conſequitur, appetitus deiectio, coctionis difficultas, ſæpe & pe-
dum totiusq; corporis tumores,ac deniq; omnia quæ excedentem hæmorrhoidũ
defluxum conſequi diximus.Artus ergo & ſummitates primo conſtringemus ab
axillis & inguinibus exorſi, poſcamq; non frigidam ſed tepidam propinabimus,
eademq; poſca locorum collutiones fient,plurimaq; lana uino & oleo roſaceo,ſeu
myrtino,ſeu malino,madefacta imponetur. Spongiæ enim è poſca expreſſæ ute-
rum & ueſicam refrigerantes,pro utilitate nocumentũ afferre ſolent.unius etiam
aut alterius diei ieiunium imperabimus, quod ſi tolerare nequeant, panis micas è
poſca exhibebimus,aut chondrum lotum,aut oryzam cum poſca, aut ouum ſor-
bile molle refrigeratũ. Balauſtium præterea cum poſca,aut hypocyſtide, aut aca-
ciæ ſucco,uel lycium,uel ſamiam ſtellam,uel ſuccum acerbæ uuæ arefactum.con
fert & ſeſamum poſca madefacere, ut molliuſculum euadat, atque ita comeden-
dum præbere. poteſt idem ubi maduerit conteri & propinari. Item rheupontici
decoctum exhibebimus, aut idem tritum potioni inſpergemus: uel loti ramenta,
aut eorundem decoctum, uel duas corallorum drachmas, uel peoniæ grana duo-
decim rubra offeremus. Spongia etiam noua pice liquida irrigata & in olla cre-
mata ac trita ſi bibatur, & apponatur efficaciſſima eſt: nam & ijs quæ in uterum
inijciuntur & imponũtur uti debebimus. Memini,inquit Galenus,quatuor iugi-
ter diebus delatum ab utero ſanguinẽ,cum nullo præſidio ſiſti poſſet,plantaginis
ſucco omnino à nobis ſuppreſſum. quantitas autem inijcienda ad cyathi menſu-
ram accedat. Hoc quidem optimum medicamentum eſt ad ſanguinis eruptiones
quæ ab eroſione contigerint, cui interdum quodpiam è ualidioribus permiſcere
ſolent,alias aliud,prout morbi natura poſtulauerit.Si ergo uas unde ſanguis ema
nat magnum & amplum uehementer aperiatur,auſteris medicamentis indigebi-
mus,ut balauſtio,acacia,hypocyſtide,ſucco uuæ acerbæ,gallis,malicorio,& ſimi-

libus.ſin contra uas paruū mediocriter apertum ſit,quod ut prædiximus facile dignoſcetur ex modico ſanguine ſine dolore deſtillante,cōferent aloe, pollen thuris, piceæ cortex, lemnium ſigillum, ſpinæ ægyptiæ ſemen, crocus, lapis hæmatites,& reliqua huiuſmodi cum ſucco plantaginis, aut uino nigro auſtero, aut ſenecionis ſucco appoſita & iniecta. At ſi ab eroſione ſanguis effluxerit, plerunq; ſicut diximus non confertim,ſed modicus & paulatim fertur. Ideo Andronis aut Paſionis aut Polyidæ, aut Muſæ paſtillo, aut eo qui ex charta conficitur, curari oportebit. omnes enim huiuſmodi cum ad depaſcentias conueniant, eroſionem emendant, ſanguinisq; eruptionē reprimunt, qui quidem quopiam liquore ex ijs quos prædiximus diluentur. Peſſi uero ad ſanguinē ab utero erumpentē,tales conueniunt: aluminis ſciſſilis,acaciæ,medullæ gallarū, pollinis thuris ſing. drach. i. arida è plantaginis ſucco teruntur, quibus deinde quatuor ouorū uitelli permiſcentur. uſus autem tempore in peſſum lanę excipiuntur, qui poſtea roſaceo intinctus imponitur, ſuntq; peſſi omnes intime uſq; ad os uteri immittendi. eſt uero peſſus lana inuoluta teres,q; ad digiti formam redacta in qua medicamenta excipiuntur. Alius, Medullæ gallarū,& thuris par pondus cum aqua ſubactum applicato, aut è polygono trito peſſum conficito. Eas præterea in huiuſmodi decocto iugiter inſidere iubeto. capitulorū iunci acuti, myrti, roſarū, foliorū rhamni ſing. parem menſuram in aqua decoquito. Alius peſſus, Cytinorum, foliorum cupreſſi, oleæ, & rubi ſingu. portiones æquas confice & utere. Exterius uero adſtringentia epithemata & cataplaſmata è palmulis & cytonijs utiliter applicantur, & ea quæ admittunt, balauſtium acaciam, hypocyſtidem, alumen,& ſimilia. conferunt ijſdem glutinatoria emplaſtra quale eſt Galeni ruffum & Hiceſij,& quod è ſalicibus conficitur, quodq; Armonia & quod Pallas inſcribitur, lumbis & ſumini appoſita, ſimiliq; modo tauri glutinū aceto ſolutum, nouoq; panno illitum efficaciter iuuat: ſed & cucurbitulæ humeris & mammillis utiliſsime affiguntur.

De muliebri fluxu ex Archigene. Cap. LXVII

FLuxus qui muliebris uocatur, eſt diuturna uteri deſtillatio ab eruptione ſanguinis differēs, nam in ea ſincerus ſanguis emanat. Hic uero fluxus corruptus apparet, atq; interdum ruber, eſtq; ipſius ſanguinis ſanies, interdum albus, cremori ptiſanæ ſimilis, à ſanguine uidelicet pituitoſo excolatus, interdum palleſcit, ubi bilis amara redundauerit, ſæpe aquæ modo liqueſcit, quod à ſeroſo excremēto fit. qui igitur exquiſitiſsime coloratus effluit, redundantem humorem facile à colore indicabit. Eius uero qui ſubobſcure tingit, cauſam ita inueſtigabimus. linteum eo inquinatum ubi exaruerit, ſimplici aqua abluemus, & inde à maculæ colore peccantis humoris naturam ſpectabimus. unuſquiſq; horum plerunq; ſine dolore defluit, nonnunquā tamen utero exulcerato etiam cum dolore emanat. Si ergo aliqua pars doluerit,& humor delatus plane cruentus fuerit, membri fractionem aut eroſionem indicabit, quod maxime in collo uteri eueniet, poteritq; facile id morbi genus immiſſo digito etiam tactu percipi. inferre autem ſolet fluxus iſte imbecillitatem, decolorationem, omnimodam appetendi euerſionem, ineffabilem mœſtitiam, pedum tumorem: atque in nonnullis perpetua deſtillatio perſeuerat, in nonnullis per quædam interualla ſuperuenit. Et ætate quidem uigentes rubra fluxio fere comitatur, declinantes autem candida: quarum utraq; ſi ſuis ætatibus contigerit, facile curatur, ſin alienis, difficulter. In omni uero defluxu os uteri aperitur, & ueluti relaxatur. quibuſdam etiam uterus ipſe decidit, ut uſque ad muliebre pudendum progrediatur.

Curatio earum quæ à rubro fluxu uexantur. Cap. LXVIII

MVlierem rubro fluore uexatam curaturi, primo ad ſanguinis miſſionē uertemur

ſemur, quæ non tantũ materiæ ad uterum confluenti aduerſatur, ſed detentionem
conſtrictionemꝗ tutam efficit: nam multa ſequerentur incõmoda, ſi repente ſan-
guinis uel cuiuſꝗ defluxus impetũ localibus præſidijs reprimeremus, ita ut qui-
dam inde in hydropem, alij in neruorũ morbos, aut oris uentriculi, uel capitis im-
probos affectus inciderint. igitur ſi nihil obſtiterit, id eſt, ſi quæ obſtant non ualde
fuerint inſignia, ſanguis mittendus eſt, pręcipue ſi ætas uenæ ſectionem non pro-
hibeat. Sed paulo ſupra docuimus iuniores ferè rubro fluore uexari. ablationem
uero ſicut in ijs qui ſanguinem excreant, partiri oportebit, ut paulatim prolixiori
tempore reuulſio perſeueret. Dilataꝗ uenæ cubiti ſectione à fronte, uel à naribus
uel à ſcapulis ſanguinem trahemus: trita etiam & mollia linteola lumbis & femo-
ribus ſunt apponenda, ut moderate refrigerentur. Conſtat autem mulierem coxis
accliuibus collocãdam eſſe, cruraꝗ ad partes uteri colligendas extendenda & in-
uicem complicanda. quod ſi ſanguis copioſe deferatur, coxas, pecten, & lumbos
ſpongijs poſca madefactis operiemus. ſin modice deſtillet, ſuccida lana uino & ro
ſaceo madente fouebimus, ſũmitateſꝗ uinculis deligabimus, quæ præſidia haud
tantũ inchoante morbo probamus. Sed & poſt aliquot periodos ante acceſſionem
in ipſaꝗ acceſſione adhiberi poſſunt. Vtemur quoꝗ inſeſſionibus in myrti, radi-
cum rubi, malicorij & ſimilium decoctis, ſæpe & adiecto aceto patientes uſꝗ ad
umbilicũ immergimus. præterea collutiones adſtringentes & moderate refrige-
rantes omittendę nõ ſunt, ſicut plantaginis ſuccus, polygoni, ſtratiotę, cydoniorũ,
& meſpilorũ, ſed & ſideritidis herbę ſuccus extreme confert: uuumquodꝗ tamen
iſtorum cum roſaceo aut myrtino oleo perfundatur. Item uinum dulce in mali pu
nici cortice decoctum & excolatum tepidumꝗ utiliſſime inijcitur. omnium uero
efficaciſſime fluorem compeſcit, ſpongiæ liquida pice illitę & crematę cinis ſimili
modo iniectus, ac leporis pili cremati, conſueuimus & pannum alumine madefa-
ctum & exiccatum ſimiliter applicare. ſed aſininũ lac, ſi eius copia adſit pręſertim
aſinæ in paſcuis nutritæ reliquis ſuccis pręfertur, ubi fluxus cum dolore defertur.
Eiuſdem etiam aſinæ fimi ſuccus mirum in modũ poteſt, confert & alicæ aut pti-
ſanæ cremor & roſaceum priuatim uel cum lacte infuſum. Peſſi ad rubras fluxio-
nes ijdem eſſe debebunt, quos ad ſanguinis eruptiones prædiximus, eoſꝗ in ali-
quo ſuccorum ante memoratorũ madefacies. facit & lycium, acacia, hypociſtidis
ſuccus ſingula bubulo lacte aut ſapa diluta, aut galla cum thure & roſaceo: aut ſpo
dium, & pompholygem cum roſis & paſſo aut cinere ſarmentorũ in peſſum con
ijcito, & quopiam ſuccorum intinctum applicato: aut oui putamen uſtum cum
arida myrrha, paſſo, & ſenecione tritum ſupponito, & propinato. Gallam etiam
uſtam & interdum uino, interdum aceto extinctam, atque in peſſum exceptam
ſubijcimus, poſt quorum deinde ablationem pedes adſtringentibus decoctis mo-
derate frigidis aut tepidis abluemus, & in uterum quempiam prædictorũ ſucco-
rum fundemus: in debilioribus tamen delicatioribuſꝗ fœminis mitiora admoue-
bimus. nõnullis enim cæci uuluæ meatus à ualidioribus medicamẽtis adeo conſti
pantur, ut ulcus aut durities ſuboriatur, prorſuſꝗ concipiendi facultas intercidat.
uentri præterea ac lumbis refrigerantia & adſtringentia illinere oportet, ut portu-
lacam, perdicium herbam, ſolanum, hyoſcyamum priuatim, & cum polenta aceto
& palmulis, aut hordeaceam farinam cum palmulis, cydonijs, meſpilis, ac ſimili-
bus. cerata etiam ex ijſdem confecta, ſumini & lumbis ſunt imponenda, ſed & cu-
curbitulæ dorſo & ſub axillis affixæ conferũt. Ac quæcunꝗ potiones ſanguinem
excreantibus congruunt, ijs quoꝗ accõmodantur, ut è ſimplicibus rheuponticũ,
ſtella ſamia, lemniũ ſigillum cum plantaginis aut polygoni ſucco, ac reliqua tam
ſimplicia quàm cõpoſita quæ ſuo loco explicata ſunt: ſitꝗ uniuerſa uiuendi ratio,

quæ adſtringat, & quadantenus craſſitudinē inferat, & aquæ potio imperetur, ac ſi uires deciderint uinum craſſius exhibendum eſt. ſed ſi plurima quidem excretio abſcindatur pauca uero deferatur, pro refrigerantibus & adſtringentibus media inter hæc adhibenda ſunt, ne fluxu repente detento, quæpiam inflammatio ſuboriatur. utendum & emplaſtris ad cruenta uulnera idoneis, ſicut eo quod è ſalice conficitur, & quod ad Hiceſium refertur, & alijs huiuſmodi.

Albi fluoris curatio. Cap. LXIX

FLuore albo, aut ſanioſo, aut liuido infeſtante in principio quidem reſiſtendū non eſt, ut aliena è corpore excernātur. tranſacto autem principio oleo ſuſino totum corpus affatim inungi oportet, ac geſtationes, uocis exercitationes, frictiones, deambulationes, non in hac tantum fluoris ſpecie, ſed in cæteris quoq; conueniunt. ipſis uero locis moderate adſtringentia applicabimus, quæ ſimul abſtergendi uires habeant, ſaniemq; aqua calida iugiter abluemus, & lana abſtergemus, ne ab humore tranſeunte ulcus inferatur, roſaceumq;, aut myrtinum, aut malinum oleum illinemus. Aquam etiam puram cui nihil adſtringens permixtum ſit, præſertim in principio, ob influentis humoris acrimoniam adhibebimus, eademq; ratione alicæ & oryzæ cremorem infundemus. confert & fœnogręci decoctum plurimo oleo ſuſino contemperatū. ſuſinum enim oleum huic, & alijs quoq; ſuccis utiliter admiſcetur, qui quidem ſucci ſiſtendo efficaciores euadent, ſi quidpiam acaciæ, aut hypocyſtidis, aut ſimilium ſuſceperint, poterimusq; pro ſuſino oleo lentiſcinum, aut œnanthinum capere. fimus præterea caprinus cum myrrha thure & aloe, adiecta roſacei & aceti portiuncula ad hos uſus accōmodatur, poſt quorum ablationē loca uino nigro auſtero abluenda ſunt. ubi uero quæ effluunt perquam fœtida ſunt, poſt uſum eorum quæ prædiximus tetrapharmacū roſaceo dilutum applicabimus, & ex certis interuallis alternatim, tum ad prædicta remedia, tum ad tetrapharmacum reuertemur. At ſi fluxus ſordidus ſit, doloremq; afferat, uitellis ouorū cum modico croco & roſaceo, aut pomo cydonio aſſo ſimiliter præparato utemur, ac lenticulæ decoctum cum plantaginis ſucco infundemus. ſi uero quæ deferuntur ſordida quidem fuerint, ut feci aſſimilentur, dolore tamen careant, loca enematibus ad dyſenteriam idoneis colluemus, Atq; ubi loca probe purgata ſint, & adhuc fœtida emanent, adſtringentibus collutionibus audacter utemur. Locis autem induratis aſininū lac cum roſaceo aut ſuſino oleo infundemus, & in peſſo ſupponemus. quod ſi aſininū defuerit, caprinū ſupplebit. Illud uero lac præcipuū eſt, quod ab animali in paſcuis nutrito demulctū ſit, interdum & amylum ad craſſitudinē addendam lacti admiſcemus. ſuppoſitoria etiam eadem, & cataplaſmata, & emplaſtra quæ ad rubrum fluorem & redundantem purgationem prędiximus, ad hos uſus ſunt transferenda. Rectæ tamen uiuendi rationi pręcipue fidere oportet, nec tantum eduliorum quantitas, ſed & qualitas metienda eſt. Materiaq; huic nutrimento accōmodabitur, quæ craſſitudinē inferendi, ac contemperandi uires habet, ſicut iuſcula è tritico & lacte confecta, non quidē aquoſa & diluta, ſed probe cōpacta, quæ, ſi occaſio tulerit, etiam cum paſſo cretico præparanda ſunt. Carnes uero potiſſime eligantur, quibus deſiccandi facultas ineſt, ut aues montanæ, deinde & agreſtium animaliū. Atq; ubi fluxus ceſſauerit à ueloci deambulatione à multis ſuminis lumborumq; frictionibus, ab acrium eſu, à calefacientibus, à flatuoſis, & ab ijs quæ urinam prouocant diu abſtinere oportebit, balneorūq; uſum raro admittere, neque uentrem mouere, aut ſpiritum retinere. Hæc enim omnia ægritudinē reuocant. membra autem ſuperiora ſenſim & leniter exercenda, perfricandaq; ſunt. Deinceps in aqua non adeo frigida inſidendum, è ſuppoſitorijs uero elaborata, & medicamentoſa euitanda. Sed poſt inſeſſionem roſaceum lana

exceptum

exceptũ ſubijciendũ eſt. in ipſoq; curationis tempore patientes interim bibant ea, quæ ad ſanguinis ſputum prædiximus, aut corallorũ drach. unam, è uino nigro, aut acinos uuæ ſimili modo è uino tritos, aut leporis hędiue coagulũ ad erui quantitatem in poſca dilutum, aut corticis loti arboris decoctum. Aliud Aſpaſiæ ad mulieres quæ ſinum pudoris ualde humectũ habuerint, ut ꝓpterea non concipiãt. Gallas octo diebus in aqua madefacito, neq; aliter expreſſas deſiccari ſinito, quas deinde lana exceptas ſupponendas præbeto, mulierq; perinde ac uirgo reddetur, quod quidem iugiter repetetur. Aliud. ſemen rumicis acidi, cum paucula aqua ſubigito, & ſi uirens ſit priuatim tundito, & ſupponendũ dato, fietq; uirginalis adſtrictio.

De uteri ſuffocatione. Cap. LXX

VTeri ſuffocatio inferius quidem ab utero originẽ trahit. Sed ſuperiores ſubinde partes pręſertim nobiliſſimæ, affectionis conſenſum percipiunt. ad cor enim per arterias, ad cerebrũ per ſpinæ membranas, neruosq; in eadem inſertos, ad hepar per uenas morbus traducitur, uideturq; uterus tanquam retractus ad ſuperiores partes recurriſſe. Accidit patientibus appetente exacerbatione odioſus quidam rationis torpor, tanquam attonite obſtupeſcentis, ſegnities ad agendum, crurum imbecillitas, faciei pallor, mœrens intuitus: poſtea ſuffocatione confertim obruente, inſenſibiles, immobilesq; reddũtur, pulſusq; parui ac debiles fiunt, ſæpe & penitus abolentur, nõnullis neq; reſpiratio ſenſibilis remanet, uidelicet pro efficientis cauſæ differentia, & magnitudine. Quidamq; experiri uolentes an aliqua adhuc reſpiratio quantulacunq; ſeruetur, pexam lanam naribus admouent, atque inde ex lanæ motu colligunt ulla ne inſpiratio, aut reſpiratio ſuperſit. Alij poculũ aquæ plenum in ore ſtomachi ponunt, ſpectantes an aqua quopiam motu agitetur: quorũ utriq; ignorant, interdum ſublata prorſus oris ac narium reſpiratione, eam ſaluari quæ in toto corpore ab arterijs perficitur, quod quidem uenenoſis reptilibus in luſtris degentibus euenire conſpicimus. ueneroſa enim reptilia, genus inquam ſerpentum, tota hyeme mortuis ſimillima latitant in cauernis, per arterias tantum uniuerſi corporis reſpirantia. ita ergo & in uteri ſuffocatione fieri poteſt, ubi totum corpus refrixerit, oris quidem reſpirationẽ prorſus intercidiſſe, factam uero ab arterijs ſupereſſe. Sed & oris ac narium reſpiratio, uſqueadeo minima eſſe poteſt, ut ſenſum lateat. profundiſsimo igitur ſopore corripiuntur huiuſmodi mulieres, uoce, ſenſu, motuq; interceptis. Deinde ſolutis cauſis corpus firmari, malæ rubeſcere, maxillæ aperiri, oculi poſt multam grauitatem attolli incipiunt: cumq; iam patiens ad ſe reditura ſit, humiditas à muliebribus locis excurrens tactu percipitur, immurmurantq; inteſtina, ipſeq; uterus paulatim laxatur, tunc demum exurgit ægra, intelligit, ſentit, mouetur. Superuenit id morbi genus omni quidẽ tempore, ſed hyeme pręcipue & autumno, iunioribus maxime, ſalacibus & ſterilibus, pręſertim ſi ui medicamentorũ ſteriles euaſerint: produciturq; uel refrigerato utero, quo tempore menſtruæ purgationes effluunt, uel ob difficilẽ quempiam aborſum, uel ubi quis ſanguinis eruptionẽ ab utero repente ſiſtere properauerit. Qui quidem ſi inuadere aſſueſcat, epilepſiæ more chronicus efficitur, omnino quidem tutus apparens, ſingulis tamen acceſſionibus præceps periculum afferens, ut non eodem tantũ die, ſed intra paucas horas interimat, tuncq; pulſus ab ordine ſuo primo ad frequentiam permutantur, deinde inordinate trepidant. poſtremo ſubfrigida quædam humiditas cutis ſuperficiem irrorat. Simili modo reſpiratio primo obſcuratur, poſtea exacte intercidit. Eſt autẽ morbus is flatuoſa refrigeratio, non quemadmodũ Soranus arbitrabatur inflãmatio. in iſtis enim ſemen paulatim collectum eodem loco perſiſtens refrigeratur, cerebroq; ſubinde ac cordi frigiditatẽ cõmunicat, atq; ubi ea membra nobilia refrixerint, prædicta inferunt accidentia.

Ego quidem mulierem uidi cum hoc morbo decidiſſet, & ab obſtetrice relaxantia odorataq; præſidia admouerentur, intimiq; pudendi receſſus digitis perfricarentur, tum præſidiorū calore, tum digitorum attactu contraxiſſe ſe cum dolore cuidam uoluptati permixto : deinde excreto multo craſſo uiſcidoq; ſemine, protinus à moleſtijs affligentibus liberatam. neq; mirum uideri debet ex minima humorū mole tam uaſta accidentia fieri : nam ſi paucißima ueneni quantitas, & tantillum reptilium uirus per anguſtißimū foramen eiectum, incōmoda longe his ſæuiora infert, non erit abſurdum, ſi ſemen deprauatum, uel menſtruū detentum & corruptum moleſta inuexerit accidentia. Rei coniecturā à canum rabie facile percipies, tanta enim inde humorum alteratio efficitur, ut ſi eorum canum ſaliua humanum corpus tantum attigerit, confeſtim cōmunicetur rabies. illud nō ignorandū, hunc morbum non tantum ob uteri retractionem fieri, uitioſo humore ſicut diximus in eius uaſis collecto, ſed ſępe ob ſtomachi repletionem utero affectum cōmunicari, interdum & iocinoris lieniſue cauſa uaſa quibus uterus ſuſpenditur retrahuntur. Vbi ergo uterus ſua ipſius ratione laborauerit pro ſeminis uel menſtrui collecti quantitate, uel qualitate, aliud alias accidentium genus inuadet. ſi enim cauſa intenſa refrigerandi uires habeat, ita uniuerſum corpus refrigerabit, ut reſpirationis pulſuūq; ſenſus prorſus aboleatur: ſin humores peccantes craſſi uel acres fuerint, conuulſio ſubſequitur, ſicut melancholicos mœror animi comitatur. Animi uero deliquia ob acceſſionū uehementiam maximasq; refrigerationes, & oris uentriculi uitia ſuperueniūt. Aegrotam igitur ceruice & ſcapulis accliuioribus collocabimus, femoribus uero & inguinibus decliuioribus, inq; ipſis acceſſionibus extremitates deligabimus, cumq; deligationibus pedes tibias totaq; crura ualidißime perfricabimus, & odorata naribus admouebimus, ſicut chalbanam, uel caſtorium utrunq; ex aceto tritum, & naribus illitum, uel acerrimū acetum in quo puleium, calamenthum, thymum, origanum, conyza tenuis, & reliqua huiuſmodi acria decocta ſint. Hæc eīm craſſos uapores in cerebro detentos incidere & attenuare poſſunt, ac ſimul frigiditatem depellere, thoracemq; pulmonem & quæ ſtomacho attinent expurgare. Eiuſmodi uero acetum calefactum naribus admouendum eſt, quo tempore etiam ſternutationes excitabimus, caſtorium, piper, ſtruthium, ſpecilli nucleo naribus admouendo, osq; patientis aperiemus, ac medium digitum ad uomitum prouocandum intromittemus: naresq; caſtorio, bitumine, chalbana, ſulphure, uterus uero aromaticis ſuffietur, quę ſimul remittendi, calefaciēdi, flatumq; educendi uires habeant, quale eſt quod enneapharmacū appellatur, & cætera huiuſmodi ad uteri duricies deſcribenda, amaracino, gleucino, irino, liguſtrino, aut capniſto unguēto diluta, adiecta etiam rutæ aut cymini portiuncula: quæ quidem obſtetrix digitis capiens uſq; ad os uteri immittet, leniterq; ac multum defricabit, ut eo irritamēto craſſus humor qui ſeminarijs uaſis adhæſerit prouocatus ac quadantenus calefactus excernatur : inq; ipſum uterum clyſteri uterario amaracinū, gleucinū, aut foliatum unguentū calidum inijciet, ac ſedi glandes imponet, è ruta, cymino nitro & melle cum quopiam ex prædictis unguentis & butyro confectas. Eſt etiam cucurbitula primo inguinibus & femoribus, deinde utrinq; circa umbilicum cum plurima flamma abſque ſcarificatione affigenda. Et præter hæc omnia mulier maximis uocibus excitetur, propriūq; nomen inclamet. inſeſſiones quoq; eidem parabimus, in decoctis baccarū foliorūq; lauri, puleij calamenthi, marrubij, artemiſię, conyzę, ſauinæ, centaurij, dictamni, ſampſuchi, fœnogræci, althææ, chamæmali, ariſtolochię, iridis, ſerpilli. inſeſſionū tamen tēpore cerebri curā non omittemus, ſed roſaceo & aceto caput irrigabimus, priuſq; in aceto, ſerpillū, ſpondylū, rutā, baccas lauri, interdū & caſtoriū decoquemus, naribusq; prędicta odoramēta

iugiter

iugiter admouebimus, præcipue caſtorium cum aceto, atq; hypochondria faſcijs
uinciemus, diſtenſisq; manibus os uteri comprimemus: deinde ubi patiens ab ex-
acerbatione corripitur, ad uomitum cogatur. omnes enim uomitus leuat, ſed eas
præcipue quæ à cibo infeſtantur. in tertio autē pectini & lumbis cucurbitulæ cum
ſcarificatione applicentur: deinde loca ſcarificata ſale aſpergantur, poſtea ubi ab
huiuſmodi prȩſidijs receſſerimus ad caſtorij potionem uertemur, quod iugiter po
tum frequēter ab hac ægritudine penitus liberat. Dandum ſingulis diebus ad dra-
chmæ pondus, interdum cum mulſa, interdum cum artemiſiæ decocto, cui etiam
bituminis ſcrupulus utiliſſime permiſcebit̄. nec parum ijſdem confert acetum ſcil
liticum aſſidue bibitum. Talis ergo curatio eſt, quæ in huius morbi acceſſionibus
adhibetur. in eo uero qui iam chronicus euaſerit plerunq; à ſanguinis miſſione in
choamus, prȩcipue ſi menſtruȩ purgationes detentȩ fuerint, deinde ad alui quoq;
euacuationē accedimus. Ac hiera quidem colocynthis omnium efficaciſſima eſt,
magis tamen mulieribus & uteri uitijs congruit hiera ex aloe confecta, quam pi-
cram, id eſt, amarā uocant, habens aloes drach. c. aſſari, croci, cinamomi, maſtichȩ,
ſpicæ nardi, xylobalſami ſing. drach. vi. quod quidem medicamentū aridum ſerua
ri debet. uſus uero tempore ad integrā uentris ductionem ex ea drach. iiij. cum ſex
mulſæ cyathis propinabimus. ſed ſi partitā magisq; ocioſam purgationē malueri-
mus duas tantū drachmas ex tribus mulſæ cyathis offeremus. ita enim ſtomachū
firmabit, uires retinebit, & morbum depellet. neq; poſt recuperatā ſanitatem me-
dicamenti conſuetudo protinus deſerenda eſt, ſed quantitas tantum paulatim mi-
nuenda. peracta autē euacuatione cucurbitulæ inanes quidem, ſed cum plurima
flamma affigendæ, & uiolenter detrahendæ ſunt: interdū etiam loca ſcarificabun-
tur, & ſcarificata ſale inſpergētur, deinde liguſtrino cerato ad cicatricē ducentur.
Mox mollitoriū cōmune ſumini applicabitur, quod è ſeminibus conficitur, ſupra
inter licnis præſidia deſcriptū, primo cum cerato temperatū: poſtea cerato paula-
tim adempto ſolum ipſum priuatim illinetur, donec puſtulæ tanquā uari in cutis
ſuperficie excitentur: quæ ubi candido emplaſtro aut alio quopiam eorum, quæ
ad ignis uſtiones præparantur, ſanatæ fuerint, iam locus dabitur ſinapiſmis & dro
paciſmis acopisq; ex euphorbio, pyrethro, adarce, & pipere confectis. nec parum
recta uiuendi ratio medicamentis opitulabitur, deambulationes inquam matuti-
næ geſtationesq; uel in curru, uel naui, uel iumento: deinde à geſtationis motu, uo
ciferatio & lectio clara modulata concinna utilis eſt: unctio prȩterea, frictio, & ex-
ercitatio ex congruis interuallis repetita eiſdem conueniet. Balneum uero rarius,
ac non niſi ſordis abſtergendæ gratia adhiberi oportet, quod tamen bis aut ter in
tota curatione ad morbum uiolenter expellendum admitti poteſt. cæterum om-
nium poſtremū confugium eſt naturalium balneorum primo quidem calidorum,
deinde frigidorū uſus. At recuperata ſanitate nō omnino mulierem negligemus,
ſed præſeruationis gratia ex certis interuallis, præcipue ſuſpectis tēporibus inſeſ-
ſiones ſuperius numeratas applicabimus, atq; ſaluiæ, pulegij, mercurialis decoctis
loca iugiter colluemus. peſſosq; ex ijs quæ calefacere ac mollire poſſunt, prȩcipue
poſt lotiones ſubijciemus. optimum uero eſt menſes ſuo tempore prouocare, &
aſſiduo concubitu delectari. Philoſophus autē ad mulierem, inquit, quæ uteri ſuf-
focatione deciderat, prius plurimis remedijs fruſtra tentatis, duos fili glomeres in
anethino oleo feruenti coniecimus. deinde alterū ualidiſſime expreſſum loco ca-
lidiſſimū applicauimus, & anteq; frigeſceret ſubinde alterū eius loco ſubiecimus,
idem alternatim tandiu repetendo quouſque mulier ſine dolore exurgeret, ſed &
interim ceratū ex araneis umbilico appoſuimus. Aliud ad uteri ſuffocationes
& dolores. terreſtris uel marina teſtudo in peſſo ſuppoſita ſine dubio ſanabit.

Exempla

Exempla peſſorum ad uteri ſuffocationẽ conficiendorũ. Cap. LXXI

PEſſi huic ægritudini idonei tales erunt. Adipis anſeris unc.vi. maſtichę, adipis phaſiani, ſtyracis ſing.unc.iij. ceræ unc.iij. unguenti nardini, ſpicę nardi, croci ſing.unc.i. crocus è uino odorato antiquo teratur, ſitq; uinũ ab omni adſtrictione immune. Aliud. Ceræ unc.vi. ammoniaci, maſtichæ ſing.unc.i. opobalſami, olei irini ſing.unc.iij. Aliud compoſitũ ſtyracis unc.ij. ceræ albæ unc.ix. caſiæ ſpicę nardi, amomi, croci, maſtichę ſing.drach.i. adipis porcini, terebinthinę ſing. unc.vi. thuris unc.i.s. adipis anſeris & phaſiani ſing.unc.iij. opobalſami, olei liliacei, amaracini, liguſtrini, nardini, & irini ſing.unc.i. quod ſi ualidius eſſe malueris, adijce cardamomi drach.iiij. ſeminũ urticæ tantundem. oportet autem aeris conſtitutionem ſpectantes, ea quæ calefaciunt auferre, uel addere.

Vnctionũ confectiones ad eandem ægritudinẽ ex Philagrio. Cap. LXXII

VNctiones uero poſt balnea pręſeruatiõis gratia adhibendę huiuſmodi ſunt, olei dulcis lib.i. ſeminis uiticis, ſeminis rutæ utrorumq; confractorum ſing. unc.iij. caſiæ tritę tantundẽ, omnia ſimul oleo admiſceto & ſub canis æſtu dies xl. inſolato. quod ſi malueris temporis anni, uel regionis, uel muliebris temperaturæ calidioris uel frigidioris ratione, unctionis uim augere uel minuere, addito, & auferto è medicamentis quantum rei prodeſſe conieceris. ac ſi unctio pręparata non aderit, irino unguento rutam, aut caſiam, aut amomũ, aut quidpiam eorum quæ dicta ſunt, admiſceri licet, & uſui accõmodare. poterunt & abſq; balneo hæ ipſæ unctiones ſumini & lumbis illini, quæ etiã efficaciores reddentur, ſi addideris adarcem uſtam uel crudam, aut pyrethrum, aut piper tritiſſimũ, aut oleum laurinũ, aut ricininũ, & reliqua huiuſmodi, ita ut unctio craſſiuſcula preparetr. Alia unctio ad idem. Terebinthinæ, laurini olei ſing.unc.vi. irini olei, anethini ſing.lib.i. ſeminis canabis, adarcę ſing.unc.ij. piperis, ſaluiæ, calamenthi ſing.unc.i. pyrethri unc. ij. nigellæ, caſiæ, ſing.unc.i. arida minutiſſime trita liquabilibus admiſceto, cõficito, & ſeruato. uſus autẽ tempore quopiã in oleis calefacientibus diluito, ſuminiq; ac lumbis illinito. Suffumigium uterale. Canini ſimi candidi & ſauinæ portiones æquas ſuffumigato, ac ſi torſiones interuenient, morbi moleſtiæ ceſſabunt.

Alia præſidia ad uteri ſuffocationẽ ex Philagrio. Cap. LXXIII

MVlieribus quæ uteri ſuffocationi paratæ ſunt, iugiter uti conſulo dioſpolitico medicamento, & diatrion pepereon, & diacalamentho, ſingulisq; eorũ admiſce, quæ ſemen minuant, & aboleãt, qualia ſunt uiticis, rutæ, canabis ſemina, nympheæ radix, ac reliqua huiuſmodi quæ loco de uenereis pędiximus: potentq; aſſidue caſtorij drach.i. adiecta aniſorũ portiuncula. Prægnantibus autem ſi reſpiratio interciderit, exterius quidem ad corporis temperaturã corrigendam pręſidia applicari poſſunt, ſed potiones & quæ utero infunduntur, aut imponũtur, penitus euitare oportet, ſicut & clyſteres, & ſanguinis miſſionẽ: à ſingulis enim iſtorũ abortiendi infertur periculũ. Ac præter hæc omnia etiam meminiſſe oportet, ijs quæ neq; contractionẽ, neq; declinationẽ uteri patiuntur, pro humiditatis eorũ aut ſiccitatis ratione ualida medicamenta neceſſario offerenda eſſe, ſicut rarum & molle corpus habentibus imbecilliora, ac rurſus oppoſitis fortiora. Item iunioribus ſimpliciora, prouectioribus efficaciora, atq; ijs quæ totius corporis extenſionem à ſpiritu flatuoſo percipiunt, flatu carentia exhibenda. Alijs quæ grauitatem corporis ſentiunt, incidentia & attenuantia. ijs demum quæ humorũ acrimonia uexantur, laxantia, & pinguia admouenda. quod ſi declinatio, aut contractio, aut inflãmatio circa uterum fuerit, omnia imbecilliora offeremus. Validiora enim morbum exacuunt, & ſeminis excretionem prohibent. contra quæ pro curati corporis ratione moderata fuerint, & affectui medentur, & ſemini excernendo conferunt.

De gonor-

De gonorrhœa, id eſt, ſeminis fluore ex Sorano. Cap. LXXIIII

MVlieres quoq; non ſecus ac uiri in gonorrhœam delabuntur. Eſt autem gonorrhœa ſeminis ſine impetu & tenſione profluuium, quam uteri remiſſio & impotentia lentaq; totius corporis tabefactio conſequitur. à toto enim materia paulatim ad uterum confluit, atq; ibi modice ſicut in oculis lachryma permutatur, ſæpeq; morbus is chronicus fieri conſueuit. propterea illum adhuc recentem reprimere ac ſedare conabimur, cum ijs quæ ſenſim adſtringunt, ut roſa, myrtus, rubus, lentiſcus & huiuſmodi. Pectiniq; & inguini acaciam, hypocyſtidem, & reliqua talia cum uino auſtero illinemus, ac ceratis cataplaſmatisq; è palmulis cytonijs, & myrto confectis utemur. Laminam præterea plumbeam latam & tenuem lumbis alligabimus, culcitramq; molliſſimam ſubſterni iubebimus. uomitus uero ieiunis præcipuus quidem, non tamen etiam à cibo aſpernandus eſt. Ad hæc ſuperiora membra exercenda & diutine perfricanda ſunt, cauendumq; ne affectæ partes inungantur, aut caleſiant, propinandaq; ſolani radix areſacta, aut uiticis, rutæ, uel canabis ſemen ex aqua ſingula drachmæ unius pondere. Euitare etiam oportet alimenta diluta, & ſorbilia, feminiq; generando, aut ueneri excitandæ idonea, ac maxima ex parte ſolidioribus ueſci, auiumq; aſſarum quidpiam aſſumere, uinum ruſſum potare, demum omnia fugere quæcunq; libidinem irritare queant, ita ut neq; picturæ, formoſaue ſigna ſpectanda ſint, neq; ſermones de concubitu conferendi, ſed tetrica uiuendi ratio, lectionesq;, & colloquia ſeuera eligenda. perſeuerante autem affectu exercitia, ſudorum prouocationes, frictiones, & frigida balnea admouenda ſunt, roſaceumq; pectini & lumbis iugiter illinendū. eruntq; ad hunc uſum transferenda, quæ ad uirorū gonorrhœas, & nocturnas pollutiones ſuperius memorauimus.

De uteri imbecillitate ex Sorano. Cap. LXXV

QVemadmodum & aliæ corporis partes ita & uterus interdum debilitatur, quo morbo laborantibus accidunt ueneris faſtidium, flatuoſi ſpiritus excretio, menſes exuberantes bis aut ter ſingulis menſibus inordinate delati nigri, & aquoſi, neq; ſemen uiri iniectum diutius detinetur, ſed à concubitu defluit, alijs confeſtim, alijs poſt aliquot dies, quædam trimeſtrem fœtum abortiuntur. quæ uero non abortiuntur, gracilem, imbecillumq; fœtum generant. menſtruorū uero tempore ſuminis lumborū, crurumq; grauitas aduenit, ſtomachus male habet, ūde interdum uaporibus ad caput eleuatis delyria ſuperueniūt, ſuntq; iſtarum moleſtiæ ijs prorſus ſimiles, quæ in uteri ſuffocatione contingunt, nonnunq; & melancholice deſipiunt, furoribusq; infeſtantur. id autem morbi genus à partubus aſſiduis atq; uteri diſtenſionibus originem ducit, præſertim ubi fœtus inſignis magnitudinis fuerint. eligenda in curatione ſunt, quæ firmandi & affectas partes roborandi uiribus polleant. Ergo inſeſſiones adſtringentes tactu tepidæ, & uteri collutiones conuenient, ac roſaceum oleum tepidum, uel narciſsinum, uel malinum, uel ſuſinum aut huiuſmodi ſumini & lumbis illinetur, congruisq; motionibus mulier iugiter exercebitur, atque alimentis utetur paucis quidem, ſed carnis copiam cum leni quadam adſtrictione generantibus. Eiuſdemq; adſtrictionis uinum moderate ruffum parciſsime potabit. ſitis enim huic ægritudini magis idonea eſt, Omnem uero lactis uſum, & opſonia quæcunq; è caſeo conficiūtur recuſare oportet, uniuerſasq; purgationes, atque alui ductiones euitare.

De uterino furore ex eodem. Cap. LXXVI

VTerinus furor eſt uteri intemperies ad paſſionis conſenſum cerebrum trahens, quem rabidum delyrium conſequitur, ab uteri ſuffocatione differens primo cauſa: neq; enim hic retractus uterus aliquod membrum nobile ad affectionis conſenſum ducit, uel compreſſione, uel punctione, uel uapore, ſed eodem ipſe

loco

loco perſiſtens per ſpinalem medullam, aut alias ſibi inſertas propagines, deprauatam qualitatem, quæcunq; fuerit, ad cerebrum mittit. deinde etiam ſigno ab uteri ſuffocatione diſtat, quoniam ægrotæ minime in hoc ſicut in illo affectu mutæ, ac ſine ſenſu decumbunt, quin potius garrulæ, iracundę, & inquietę redduntur. Differt etiam à furore non per conſenſum, ſed primarie cerebrũ impetente: nam iſtarum amentia tota in uenere eſt, nihilq; aliud uel imaginantur, uel loquũtur, quàm de concubitu, pruriuntq; frequenter loca pudoris, quorum attactu mirum in modum gaudent. Accidit id morbi genus temperatura calidis, ætate uigentibus, uirginibusq;, ac caſtitatem ſeruantibus, quæ optimis cibis ueſcuntur, atq; in delitijs & animi iucũditate uerſantur, præcipue ſi aliàs libidini uenerię aſſueuerint. tunc enim maxime infeſtantur. nam nihil aliud huiuſmodi ægritudo eſt, quàm ardor & incenſio uteri, cerebro ac toti corpori earum cõmunicata. Ea igitur quibus perfundi, & quæ utero imponi debent, huc à loco transferenda ſunt, quem ſupra de calida uteri intemperie poſuimus. irrigationes autem capitis & reliqua præſidia furori congrua iam ſexto libro capite De furore explicauimus. Huic tamen uſui peculiaris eſt trygonis paſtillus cũ æquis ponderibus crocomagmatis, & cypheos aromatici. confert & hydroroſati potus, & medicamentũ quod habet diaſmyrnij, croci, ſpicæ nardi ſing. unc. unam, conficiuntur cum diacodio aut hydroroſato, ac drach. duarum pondus è coriandri decocto ieiunis propinatur. quod ſi ob deprauati ſeminis redundantiam affectus contigerit, nitrum & cardamomũ cerato aſſumito, & pudendis ſubijcito: quiddã enim ſaliuæ ſimile elicitur, & morbus ſedatur. Ruta uero & caſtoriũ cum myrtino cerato ſuppoſita geniturã contrahunt & furorem leniunt, ſed & diacodiũ aceto aut ſolani ſucco admixtũ & impoſitũ ardorem extinguit.

De uteri reſolutione ex eodem. Cap. LXXVII

VTerus ſæpe & ob alias cauſas, ſed præcipue ob frequentius repetitos aborſus reſoluitur. Accidit patientibus ueneris odium, oris uteri refrigeratio, eiuſdemq; pleniſſima, pinguiſſima, & ueluti infarta habitudo, ceruicisq; laxitas, & inſenſibilitas, ſæpe & menſes penitus ſupprimũtur aut ægre excernũtur. in uiri autem congreſſu uel nihil prorſus ſeminis in uteri uas inijcitur, aut iniectum tanquam inanimato loco confeſtim defluit. Nonnunq; urina quoq; & ſimus importune emittuntur, cuius morbi curatio ſimilis ei eſt, quam de menſtruorũ ſtillicidio diximus, aſſiduaq; caſtorij potatio, & peſſorum calefacientiũ, collutionum, & unctionũ applicatio.

De uteri procidentia ex eodem. Cap. LXXVIII

PRocidere uterũ dicimus, quando ita euertitur ut exterius emineat. neq; enim uterus, ut imperiti ſuſpicantur, à ſuis ſolutus propaginibus totus decumbit: nam ſi ita procideret reſtaurari minime poſſet. quod uero procidit ouo ſtruthocameli ſimile eſt, maioris tantum, aut minoris ratione differens, prout euerſionis uiolentia coegerit: ſuntq; procidendi cauſæ quamplures. Ab alto enim delapſa mulier ſi in coxarum uertebras deciderit, diſruptis membranis quibuſdam, quæ uuluam uicinis membris connectunt, eo morbo corripitur: nec minus corripietur ob uiolentam loculi expulſionẽ, quod præcipue in aborſibus accidit. inconſiderata præterea partus extractio, aut nimia ſpiritus detentio, aut immenſi ponderis eleuatio, aut percuſſio uteri procidentiam inferre ſolent. ſæpe & ob humoris plurimi ac tenacis defluxum partuumq; frequentiam laxantur, ſoluunturq; appendices profundo utero ſuperius inhærentes. ob uehementes etiam animi affectus, ut ſi filiorũ interitus, uel hoſtium incurſus nuncietur, uel in maximã pelagi tempeſtatẽ inciderint, toto corpore mulieres exolui ſolent, ita ut uulua quoq; elabatur, & procidat. nonnunq; & ſine ulla iſtarum cauſarum debilitantur corpora ut membranis muſculisq; uuluam ſuſtinẽtibus exolutis affectus contingat, quod

decidente

decidente ætate fieri ſolet. in principio igitur plurimus ſanguis erumpit, deinde
dolor ilium,lumborum,ſuminis,pudendorum ſubſequitur,imminetq́ periculum
ne refrigeratis locis cõuulſio inferatur. ubi uero temporis diuturnitate ægritudo
inualuerit,ac loca callum induxerint, iam neq́ conuulſionis periculum imminet,
neq́ dolor infeſtat.Cum ergo noua adhuc fuerit ęgritudo,ſtudere oportet,ut uul
ua contrahatur. in principio enim directioni facile paret, & recte locata perſeue/
rat,præcipue ſi ætas cõuenerit: nam in prouectioribus uulua quidem cõtrahitur,
ſed rurſus qualibet leui cauſa relabitur. Si igitur in recto inteſtino durum ſtercus
eſſe ſuſpicaberis, clyſteri educendũ eſt, ſimili modo ſi in ueſica lotium collectum
fuerit,fiſtula ueſicaria euocabis.Euenit enim plerunq́ ut eorũ detentione uterus,
qui inter utrunq́, rectũ inq́ inteſtinum & ueſicã, medius ſtatuitur,cõpreſſus,&
intra locorũ anguſtias coactus,in prolapſu ſuo impediatur, ne repelli & in propri
um ſitum reduci queat. His autẽ rite peractis, ægram ſupinã collocabimus coxis
accliuibus, poplitibus reflexis,& cruribus inuicem dilatatis,deinde prolapſam u/
teri partem,oleo tepido,uel butyro,uel betæ,maluæ,altheæ,fœnogræci,ſeminum
lini,aut ſimiliũ decocto affatim fouentes,haſtulã laneam præparabimus craſſitu/
dine & figura muliebri pudendo cõformem,cui tenuiſſimũ puriſſimumq́ linteo/
lum externus inuoluemus,ac deinceps acacia aut hypocyſtide uino dilutis intinge
mus,tũ uteri partẽ quæ deciderit ſenſim reprimentes, in proprio loco ſtatuemus,
poſtea haſtulam laneã in ſinũ pudoris ſubijciemus, atq́ inde lanam uino adſtrin/
genti madefactam ſuperponemus, & totum pecten lana aut ſpongijs è poſca ex/
preſſis operiemus,& alligabimus,cruraq́ mulieris extẽſa inſertim collocabimus,
ut alterũ alteri inequitet,tutius tamẽ erit pedes ſimul uinciri faſciã uſq́ ad genua
deducendo.Nonnulli uterum qui nuper deciderit cucurbitæ domeſticæ & betæ
decocto cum urina fœtida,aut aceto acri,uel aliqua re fœtenti colluũt.At ſi prola
pſus uterus temporis diuturnitate intumuerit, plurimoq́ humore infartus fuerit,
ita ut tumor reductionem impediat,betarũ decocto ipſum irrigamus,deinde ace/
tum circumfundimus,ſalq́ tenuiſſimũ inſpergimus quem poſtea, ubi detumue/
rit eodem decocto colluentes ſicut prædiximus repellemus, deinde cucurbitulas
umbilico & utriſq́ ilibus cũ plurima flãma affigemus,& odorata naribus iugiter
admouebimus,in tertia uero lana adhuc in pudendo perſiſtente,mulier in uino ni
gro auſtero quadantenus tepefacto, aut in myrti, lentiſci, rubi, malicorij decocto
inſidebit.Ac peracta inſeſſione rurſus ſupina accliuibus coxis locabitur,ſublataq́
è pudendo priori lana,noua iterum eodem medicamento madefacta imponetur:
ſuminiq́ illinantur palmulæ polenta,malicorium, lenticula cum oxymelite, & al
ternis diebus uſq́ ad exactam curationem permutentur. uteri uero crebrius pro/
labentes poſca abluẽdi ſunt, in eademq́ patientem mulierem diutius ſedere opor
tebit,deinde omnia paulo ante memorata peragemus.ſæpe ob locorum ſenſibili/
tatem reiecto aceto terra nigra in lentibus reperta in aqua diluitur, eóque diluto
partem affectã quàm plurimũ fouemus, ac poſt fomentum ad eandem medendi
formulam regrediemur.ubi uero ob humorum lentorem uterus difficulter repel/
litur,uini fecem uſtam,aut nitrum cum lixiuio permiſcentes locis ſuauiter illini/
mus,& cum adſtringentium decocto, aut prædictæ terræ diluto fouemus,inde di
luto plumbi oleo myrtino, aut malino, aut ſimili adſtringenti permixto partem
prolapſam inungentes in ſinum pudoris repellimus.Loca præterea interiora pan
nis undique circumſepta fœtidis rebus ſuffienda ſunt.naribus uero odoratiſſima
quęque admouenda,cibariáque boni ſucci,ac uina odorata tenuiáque offerenda,
Aiunt torpedinis corium nuper decorticatum ſi parti prolapſæ inuoluatur,ipſam
reducere, idemq́ poſſe turturis marinæ aculeum cum ſucco hyoſcyami illitum.

Illud uero obſeruādum ne uenter nimium ſubducatur. exoluuntur enim relaxan turq; propinquæ partes,& uteri loca recidunt. quod ſi pars prolapſa diuturnitate temporis propter incuriam putruerit, ob aſſiduamq; urinæ irrigationem & ſordē inhærentem exulcerata fuerit, amputandum, aut deligandum, aut inurendum, quod inutile iudicaueris, nullum prorſus diſcrimen ueritus. tradunt enim totum uterum putrefactum, quandoq; amputatum fuiſſe, & mulierem ſuperuixiſſe.

De reuocatione, auerſione, & recurſu uteri ex Aſpa/ſia. Cap. LXXIX

DEtentis menſtruis uenas & arterias ad uterum uenientes repleri neceſſe eſt, nam ſanguis uſq; ad uaſorum quidem orificia decurrit. in uteri uero recep/ptaculum prodire non poteſt, ſiue quod nimia craſſitudine orificijs impingatur atq; grumeſcat, ſiue quod ipſamet orificia claudantur, tranſitumq; intercipiant, ita ut uenæ humore redundantes extendantur, propinquasq; uteri appēdices ma deſaciant, quarum ſubinde extenſione uterus retrahitur. Si ergo ex utraq; parte omnino æquilibris retractio fiat, reuocatio, aut reuulſio, aut recurſus uteri effici/tur. ſin in alteram partem maior, in cauſa eſt alterum è uiſceribus, ſplen inquam aut hepar, quorum uenæ ſuperuacuo ſanguine extenſæ à ſuis ſingulæ partibus uterum retrahunt, hepaticæ quidem à dextris, ſplenicæ ueto à ſiniſtris, prout alte ræ alteris magis repletæ fuerint. in utram uero partem declinauerit, digitorum im poſitione & ſignis ſubſequentibus deprehendemus: nam ſi in obliquum uterus decubuerit, proximi femoris extenſio, dolor, refrigeratio, impedimentum, & tor/por indicabunt, interdum & eiuſdem areſactio innitendiq; & deambulandi impo tentia cōſequentur. at ſi retro aut inferius uertatur, torpor difficileſq; utriuſq; cru ris monones, ſæpe & integra immobilitas locorumq; immenſi dolores ſuperue/nient, aluus etiam ſiſtitur, neq; clyſterem admittit, niſi genibus patiens innitatur: flatus præterea detinētur, & dolores ſedendo acuuntur, præſertim ſi uerſus anum retractio declinauerit. ſi uero ad pubem uergat, ſumē extenditur, ibidemq; dolo/res percipiuntur, interdum & urina ſupprimitur. Quodcūq; igitur horū fuerit in exacerbationibus eodem modo ſicut inflāmationes curare oportet. in declinatio nibus autē mollitorijs magis utemur. Ac diutius perſeuerāte morbo metaſyncri/tica, id eſt, recorporatiua adhibebimus. ſed auerſionem uteri uerſus anū ita curabi mus. Primo obſtetrici imperabimus ut digito in anū immiſſo uterū propellat, de/inde glandem ano ſupponat oblongā quatuor digitorū ſpacio productā, ex chal/bana & cera cōfectam, cuius ſummitati funiculus extrahēdi gratia alligabit: aut caſtorium in aqua dilutum & lana exceptū ſimili modo ſupponetur, uel bitumen aridū, uel pix liquida. poſtridie irinū, aut ſuſinum oleum tepidū in uterū, et inteſti num inijcietur, ac loca aromatū, uel marrubij, uel conyzæ decocto fouebūtur, eo/demq; uterus colluetur, poſtea ceratum roſaceū illinetur. quod ſi in obliquum re/tractio declinet, primo eadem fomenta applicabuntur, deinde obſtetrix nucleum ſpecilli digito ſubmittens, collū uteri diriget. Aegrā autem in contrariū parti affe/ctæ latus, aut ſupinam decumbere oportet. Peſſis præterea mollientibus aperien/tibusq; utemur, & quodpiā ex prædictis unguentis admouebimus, pectiniq; lanā uino aut roſaceo madefactam, uel ſuccū ſeminum lini cerato exceptum appone/mus, & caſtoriū cum aniſo, aut cymino, aut nigella, aut radice peoniæ, aut baccis myrti, aut dauci ſemine, aut ariſtolochia, aut gētiana, aut elenio ex oxymelite pro pinabimus. eadem & ad repentinos uteri dolores cōueniunt, non ſingula tantum priuatim, ſed ſimul cōiuncta. Mulier etiā cubet accliui capite, & ſi cōpoſitus ute/rus rurſus retrahatur fœtida cōfeſtim naribus admouenda ſunt, & ſternutationes ciendæ, urinaq; ſi reprimatur ſiſtula ueſicaria euocāda eſt, & ſi ab his exacerbatio

ſoluatur

ſoluatur, quieſcendum. Pro moleſtiæ uero magnitudine ſi ægram adoleſcentem & ſanguineam nacti erimus, deliberabimus an cubiti uena ſecanda ſit. poſtremo quæ menſes prouocant propinabimus, & peſſis mitioribus utemur.

De ſpiritu in uulua collecto. Cap. LXXX

VVlua interdum à partu refrigerata ſpiritu impleri ſolet, ſiue os eius claudatur, ſiue grumeſcente ſanguine obſtruatur. ſpiritus autem ſæpe in uteri cauitate colligitur, ſæpe in ſinu, qui ſenſui patet, nec raro intra cæcos meatus cohercetur. Affectum ſequitur pectinis, totiuſq; ſuminis tanquam tympanitę hydropis tumefactio, doloreſque punctionis ſenſum inferentes, qui uſque ad ſtomachum & ſeptum tranſuerſum perueniunt, ac nihilominus utrinq; in lateribus extenduntur, ſępeque alteri inguini, interdum utrique, interdum & umbilico lumbiſq; ac pectini dolor communicatur, cui caput quoque aſſentitur, nonnunquam ſpiritus efflatio per muliebre pudendum erumpit, ut ab ægris percipiatur. Si ergo ſpiritus in uteri cauitate collectus fuerit, gurgulationes ac ſonitus quidam in corporis flexu audiuntur, quales inteſtinis accidunt, quæ torminibus uexantur, impulſuque digitorũ ſonus tympaniticus redditur. At ubi flatus intra cæcos totius uteri meatus aggregabitur, dolores uehementiores, ac curatu difficiliores infeſtant. Huiuſmodi autem affectus inedia & olei dulcis calidi irrigatione curantur, in quo rutã & anethum decoxeris: ac niſi ætas, regio, & anni tempus obſtiterint, uenam ſecabimus, inſeſſioneſque in rutæ, puleij, calamenthi, praſij, thymi, artemiſiæ, altheę, & caricarum decoctis faciendas iubebimus. Ac hieris Ruffi Archigenis colocynthidis corpus euacuabimus. in exacerbationibus uero uulua cum ijs colluetur, quæ laxandi, remittendi, flatúſque diſcutiendi uires habeant, quale eſt gleucinum oleum eiuſdemq; facultatis peſſus plurimo oleo dilutus, & clyſteri uterario iniectus. cataplaſmata etiam leuia ex caricis, hyſopo, & nitro applicabuntur. at ſi ſpiritus grumorum cauſa includatur, ubi ægra in aliquo prædictorum diutiſſime inſederit, illico poſt inſeſſionem obſtetrix digitum inunctum in ſinũ pudoris imponens, grumũ ſenſim diſſoluet, & educet. Perſeuerante inflatione in exacerbatione efficaciora adhibebimus, interiectoq; interuallo corpora calidioribus linimentis firmabimus, crurumq; & affectorum locorum frictionibus, lumbiſq; ac ſumini dropacem illinemus, aut rubefactorium è ſinapi & caricis, aut farinam hordeaceã cum caricis, ruta, hyſſopo & melle decoctam, aut epithema è ſeminibus, uel è baccis lauri, uel polyarchium liguſtrino cerato exceptum, poſtea & ſolum priuatim applicabimus. oportet etiam peſſos eiuſdem facultatis apponere, è terebinthina, chalbana, iride, ruta, hyſſopo, & qui è puleij, nitri, mellis, fellis taurini portionibus æquis conficitur. Cuiuſmodi eſt qui habet caricarum pinguium, contritarum ita ut non percipiantur acinuli, drachmam unam, radicum cyclamini drachmas ii. aphronitri albi drachmam unam, ad cuius acrimoniam & mordacitatem obtundendam peſſum cum lacte conficito, & ſupponi iubeto. Cucurbitulę quoq; locis in ambitu ſunt affigendæ, & quæ uiolenter attrahant, interdum & ſcarificatio adhibenda eſt, omninóque ijs utendum quæ materiam transferre poſſint, ut thermarum naturalium aquis primo quidem calidis, deinde & frigidis, corpus ad ferendam frigiditatem ſenſim alliciendo, ut affectæ partes paulatim firmentur. Alimenta etiam attenuantia & flatum diſcutientia exhibere oportet, ac dioſpoliticũ interdum & diacalamenthum offerre. prętidia uero magis medicamentoſa & aromatum ſuffumigia, tanquam capiti infenſa recuſamus. ſed & epithemata adſtringentia, qualia ſunt è palmulis & citonijs confecta, barbaraq;, & eiuſmodi huic ægritudini inepta ſunt.

De utero aqua intercute laborante. Cap. LXXXI

MEnſibus quàm plurimo tẽpore detentis, & imprægnatione prohibita, ſæpe numero humoris copia in uuluæ receptaculũ confluit, ac nonnunq; ibidẽ corpuſcula quædã ueſicæ fellis ſimillima generantur, in quibus humor colligitur. Affectũ ſequunt tumor amplus, laxus, flatuoſus, gurgulatiões tanq; inteſtinorũ, in ambulando grauitas, & anhelitus difficultas, alui fœtida excretio, menſtruorũ & conceptuũ detẽtio, & quæ deferunt nullo ſeruato ordine excreta. ubi uero uiolenter excernuntur, fractis interdũ paruis illis corpuſculis quæ ueſicis aſſimilari diximus, uiſcida quædã aquoſaq; erumpunt. in quibus ergo humorẽ in utero collectum proprijs ſignis dignoueris, decubitu, quiete, uomitu, ac ualidis collutiõibus uti oportet, corticemq; radicis myrthei tithimali aridum drac. ij. pondere priuatim aut cum radicis panaceæ obolo propinare, & in uterum inijcere, quę mucoſos humores attrahant, qualia ſunt, cocci gnidij grana x. cum irino unguẽto & modico melle, aut ellebori nigri drac. ij. cũ irino aut liguſtrino, aut narciſſino unguento adiecta mellis portiuncula clyſteri uterario in uterũ fundere. Ante quas lotiones nõ nihil cardamomi cũ ſale, oxymelite, thymo aut puleio, aut calamẽtho, aut quopiã ſimili potandũ prębebimus, deinde humorũ copia p aluũ excreta prędictę lotiones ſunt infundẽdę, aut peſſi eiuſdẽ facultatis imponẽdi, poſtea ſinus pudoris marina aqua colluatur, primo quidem ſola, deinde adiecto aceto, & quopiã corũ quę prædiximus in illa decocto. Collutione peracta, locisq; diligenter abſterſis, pudendo & femoribus liguſtrinũ oleum illinetur. Medicamenta uero quæ eiſdẽ conueniũt huiuſmodi ſunt. Puleij drac. i. adiecta piperis portiuncula, gentianę, aut origani drach. ij. cũ ſemine dauci uel ſmyrnij, ſingula quorũ cũ uino mulſo aut aqua mulſa propinent. præterea ſalis cõmunis loco alimẽtis admiſcendũ erit, quod habet, hyſſopi unc. iiij. puleij unc. iij. origani, cymini ſing. unc. ij. ſeminis ameos, ſpicęnardi ſing. unc. i. ſalis torrefacti unc. iij. ſed et ſinus pudoris cũ reſina, myrrha, & amomo ſuffiẽdus eſt. Peſſisq; huiuſmodi utendũ, nitri, colophoniæ, colocynthidis ſingu. unc. iij. omnia cũ melle ſubigito peſſũq; inde confectũ in oleo liguſtrino intingito & ſupponito. Alius Cymini ac nitri portiones æquas cũ melle ſubigito, interdũ & uiolæ albę ſemẽ his admiſcet. Alius Colocynthidis unc. iij. ſalis unc. i in carne pinguiũ caricarũ excipito, ut ſit iuglãdis quantitas, atq; inde glandẽ confectam ſupponito. Humorem enim fœtidum attrahit, & mirifice iuuat. idem ſedi impoſitum fimi & humorum, & flatuum copiam elicit, atq; uterum leuat. Alius Comæ abſinthij, ammoniaci thymiamatis, ſing. drac. i. æris uſti, nitri, ſing. drac. iij. omnia in melle excępta ſubijcito. id uero placidiſſime, ac ſine ullo prorſus dolore attrahit, quod ita conficitur, cicutæ ſemen, ariſtolochiam cyminũ, ſal, in carne caricarum aſſumito, & utere. Ad aquæ autem cõcęptacula, eas inquam ueſiculas quas in utero generari diximus, fomentis utemur ex aromatibus, quæ mẽſes eliciant, & peſſis trahendo ſanguini idoneis, ex quibus eſt, qui ita parat. Cneori, uel ſi hic defuerit chamelęæ, claterij, caſiæ, ſing. drac. iiij. aluminis ſciſſilis, miſyos, ſandarachæ, myrrhæ, coſti, croci, ſing. drac. ij. in melle aſſumito atq; aluo pridie per clyſterem euacuata peſſum inde cõfectum ſubijcito, integrumq; diem cum ſua nocte permittito, & eundem ſi ſemel parum eduxerit iterum repetito. ſi uero mordicationem induxerit, centaurij pinguis decocto ſinus ſouendus colluendusq; eſt, ac mitigandi gratia peſſulus mollitorius ſupponendus. uel cicutæ ſemen cum ariſtolochia, cymino, ſale & melle ſicut pauloante docuimus ſubijcito. mitiſſimum uero omnium ad huiuſmodi aquoſas coriaceasq; propagines, mercurialis maſculæ ſemen eſt cum modica myrrha, ſale, & melle in lana excæptum, & pluribus diebus appoſitum: poſt quarum eductionem exercitijs, ſudoris prouocationibus,

ualidisq;

ualidisq; frictionibus totius corporis ſed præcipue ſuminis utendum.

De mola quæ à nõnullis affectus hydropicus appellatur. Cap. LXXXII

QVę mola uocatur affectus quidam uteri eſt ad ſcyrrhi naturam tendens,in-
terdum poſt inflammationem præcedentem eueniens,interdum poſt loca-
le ulcus cui caro ſuper excreuerit,à motus autẽ difficultate & grauitate molæ no-
men aſſumpſit. affectum tumor immitis conſequitur cum hypochondriorum re-
tractione,gracilitate,decoloratione,appetendiq; deiectione.ac primo concæptio-
nis opinio ſuboritur:nam & menſes ſupprimuntur,mammæ intumeſcunt,ſtoma-
chus euertitur,lumbi grauantur,uenter attollitur,temporis uero progreſſu diſcer-
nitur,molam enim dolor punctionis ſenſum inferens ſubſequitur,nec in ea motus
ullus, ſicut in uero concæptu percipitur, poſtea toto corpore diminuto & uentre
ampliato certa hydropis imago deprehenditur,à qua tamen diſtinguitᷣ:neq; enim
hic ſicut in hydrope manus impulſu tumor recedit,aut excauatur,aut tympani ſo
num reddit,neq; eiuſdem manus concurſu ulla fluctuatio percipitur,interdum ta
men tempore procedente iecur refrigeratur,& hydrops ſuperuenit. tradunt non-
nulli in quibuſdam mulieribus carunculas ad iuglandis magnitudinẽ per puden-
dum excerni ſolitas, interdum ſingulis menſibus, interdũ bimeſtres & trimeſtres,
hanc ægritudinem alij tanq; inſanabilem penitus reliquerunt, alij inchoantẽ tan-
tum curari poſſe confidunt.negligenda tamen nõ eſt, ſed omnia quęcunq; conue
nire uidebuntur,facere oportet. cataplaſmata igitur quę relaxandi uires habeant,
fomenta, collutiones mitigatorias, peſſos mollitorios qui ad duritíes inferius de-
ſcribentur,inſeſſiones eiuſdem facultatis,& cerata ex althæa & oleo liguſtrino cõ
fecta adhibebimus,malagma etiam diachylon & quod ad Mnaſæam refertur ſup
ponemus,deinde cucurbitulas cũ ſcarificatione apponemus,alimentaq; boni ſuc-
ci offeremus.Hæc quidẽ in ipſis exacerbationibus admittere oportet, in interual-
lis autem corpus reficiemus,ijs quæ ad hunc uſum conueniunt,ut geſtatione, de-
ambulatione,balneis,idoneis cibarijs ac uini potione:partibus etiam affectis dro-
paces illinemus,& nitrum cum ſale inſpergemus, eaſdemq; inſolabimus,& medi
camento è ſinapi & caricis rubificabimus:mollitorijs præterea è ſeminibus,è bac-
cis lauri,& polyarchio ac ſimilibus utemur,ſuffiemusq; uapore marinæ aquę,aut
muriæ,aut decocto foliorũ baccarum ue lauri,puleij,hyſſopi,thymi,ſaluiæ,marru
bij,artemiſiæ, centaurij,dictamni, ſcordij,polij.olla autẽ cuius operculo perforato
arundo commode inſerta fuerit,ſellę ſupponetur, atq; inde per arundinem uapor
excipietur. peſſos etiã ſubijciemus ex œſypo, butyro,adipe porcino,medulla aut
cerebro ceruino,melle,caricis pinguibus, paſſulis cum oleo antiquo liguſtrino,iri
no,ſampſuchino,amaracino,ſuſino. perſeuerante uero ægritudine drimyphagia,
id eſt, acrium ciborum uſus eſt admittendus, inq; fontibus calidarum aquarũ, &
marina aqua innatandum,atq; à ſumptis rhaphanis euomendum. peſſos tamẽ &
inſeſſiones acriores euitare oportet, ne loca aſſiduo eorum uſu ulcerata maleficũ
morbum efficiant, Quibus peractis frequentiſſime plurima atri & grumeſcentis
ſanguinis copia repente excernitur, & morbus diſſoluitur. Philoſophus uero de-
tentis inquit uxoris amici menſtruis primo eam concæpiſſe arbitrabar,poſtea ex-
aucto magis tumore hydropem ſuſpicari cœpi,ꝙ totum corpus ac pedes tumefie
ri cernerem:at tandẽ ubi id eſſe morbi genus deprehendi, quod alij plinthum, alij
molam appellant, rutam, & anethum in uino antiquo ruffo odorato decoxi, atq;
inde herbis abiectis uinum calidum propinaui prope aquæ loco huiuſmodi offe-
rens,ſtatimq; mulier excreta cruoris copia ſalutem adepta eſt.

De œdemate uteri ex Sorano. Cap. LXXXIII

VTeri œdema tumor conſequitur in pallido candidus, ſublaxus,tactu mollis

digitorum preſſioni cedens, ſeq; rurſus paulatim attollens, cutisq; alui manu apprehenſa facile attrahitur. loca igitur oleo communi calido, aut irino, aut liguſtrino irriganda ſunt, peſſisq; utendũ ac reliquis præſidijs quæ ſuperius capite de ſpiritu in utero collecto prædiximus.

De ſatyriaſi ex eodem. Cap. LXXXIIII

Mulieribus quoq; ſatyriaſis accidit qualẽ uiris fieri ſuperius memorauimus: hanc ingens pudendorum pruritus cum dolore conſequitur, ut patiens eis locis aſſidue manus inferat, ideo intolerabili ueneris deſiderio tabeſcit, ſalſiq; humoris effluentis acumen mordicationẽq; percipit, ac loca uuluæ attinentia inflammantur. Illud uero ardens coëundi deſiderium ſæuiorem reddit ægritudinẽ, cum enim affectæ partes diſtenſæ ſint, neq; ſemen excerni poſſit, quoniam meatus inflammatione obſtruuntur, maior materiæ copia fruſtra ad locum attrahitur. Eis ergo ſtatim à principio uena ſecanda eſt, & alimentum contrahendũ, pubiq; ac lumbis illinenda, quę leniter refrigerandi contrahendiq; uires habent, caput oxyrhodino irrigandum, ſerum lactis potu exhibendum, ſorbiliaq; alimenta offerenda, quę flatu prorſus ac ui excitandæ ueneris careant, duobusq; diebus à ſanguinis miſſione interiectis, cucurbitulæ locis cum ſcarificatione affigendę ſunt. Reliqua autem curatio eadem erit cum ea quę proxime de inflammatione dicetur.

De uteri inflammatione ex Philumeno. Cap. LXXXV.

Plurimis de cauſis uterus inflammatur ſicut percuſſione, menſiũ detentione, aborſu, ulceratione, concubitu metas rationis excedente, ſellæ nimis duræ inſeſſione, longiſſima intentiſſimaq; deambulatione, ſæpe & tranſpiratione ob frigus prohibita, uteri inflammatio contingit. hanc indicabunt muliebriũ locorũ, pubis, ſuminis, lumborũ ardentes dolores, & ſi digitus in os uteri imponatur, occurret tangenti durum, clauſum, feruidum, retractum, præcipue ſi in ipſo, aut in collo fuerit inflammatio: nam ſi cauitas, aut fundus uteri inflammatur, ſuminis dolor oſtendit, ut ſæpe ne exterius quidem tangi patiatur. plerunq; etiam uterus ad inflammatum locũ retrahitur, qua de cauſa os & collum eiuſdem auertitur. Differt autem ab ea quam ſuperius uteri retractionẽ proprie appellari diximus, quoniam cũ inflammatione uehemẽs eſt febris, & ardor intenſus. Si ergo pars poſterior inflammabitur, dolor lumbos magis uexabit, duriq; ſtercoris excremẽta detinebuntur, quoniam inteſtinum rectum opprimitur: anteriori uero parte inflammata, urinæ difficultas conſequitur, præcipue ſi regio inferior afficiatur. at ubi obliqua loca inflammatio occupauerit, inguina extenduntur, cruraq; difficulter mouentur, & inualeſcente inflammatione, febres ſuperueniunt, dolor, uibratio ſtomachi, tumor ſuminis, ardor, extenſio, grauitas coxarum, lumborum, iliorum, inguinũ, fœmorum, diſcurrentes, pungentesq; horrores, pedum ſtupor, genuum refrigeratio, ſudor extremitatum, pulſus parui, & denſiſſimi, animi deliquium, exolutio, in augmento uero etiam ſingultus, dolor colli, maxillarum, ſincipitis, oculorum, præcipue in eorum radicibus, urinæ, aut fimi, aut utrorumq; intercæptio. Atq; ubi magis inflammatio increbuerit, febres augebuntur, & delyriũ dentiumq; attritio cõſequetur. In principio igitur curationem aggreſſi, ægrotam in domicilio obſcuro, & moderate tepido collocabimus, quietem imperantes, ac crura eius ab omni motione prohibentes, deinde artus manuum attrectatione demulcebimus, pedumq; ac manuum radices fouebimus, irrigabimus, puraq; lana muniemus, atq; aluum abluemus, & clyſteri molliente euacuabimus, potui uero & ori colluendo calidã aquam, & ptiſanæ cremorem ſorbendum offeremus. At ubi uehementior inflammatio infeſtauerit, ſi neq; ætas, neq; habitus, neq; anni tempus obſtiterit, neq; inflammatio poſt aborſum aut immenſam ſanguinis euacuationem ſuperuenerit, cubiti

cubiti uena ſecanda eſt,ac ſanguis pro uiriũ ratione educendus,licebitq; in ſecun/
da quidem uenam incidere, in tertia uero ſanguinis miſſionem repetere. deinde
chondro è mulſa,aut pane abluto,aut ouis ſorbilibus,patiens alenda, eſſeq; opor/
tebit, quicquid cibo exhibetur, quantitate moderatũ. ferueſcente inflammatione
lana ſuccida uino & oleo,aut oxyrhodino madefacta, ſumini, ac pubi applicanda
eſt, aut palmulæ in uino decoctæ, aut mala cydonia ſimili modo in uino decocta,
& malino cerato,aut roſaceo admixta , cataplaſmaq; illinendũ quod ita cõficitur:
melilotum in paſſo decoquitur donec apte cõminui poſſit, cum quo poſtea com/
minuto oua aſſata ſimul teruntur,& cum oleo malino,uel roſaceo,uel crocino cõ/
ficiuntur, aut palmulis in uino temperato elixatis & deinde contritis polenta cum
oleo roſaceo aut malino admiſcetur. Ad inflammationes autẽ eryſipelatum natu/
ràm cõmunicantes, quę ab igneis doloribus muliebria loca incendentibus digno/
ſcuntur,cataplaſmatis utendũ eſt,quę ex polenta & ſeride,aut perdicio herba,um
bilico ueneris,ſedo,polygono, capreolis uitiũ,portulaca, plantagine, & ſimilibus
cõficiuntur, quopiamq; earundem herbarum ſucco cum roſaceo aut malino oleo
lana madefacta in ſinum pudoris mittenda eſt . quod ſi cataplaſmata à locis non
tolerentur, aquam roſaceo admixtam ex modicis interuallis iugiter infunde/
mus. in exacerbationis uero declinatione totum corpus inungere oportet, iube/
rèq;, ut ægra in aqua tepida uſque ad lumbos inſideat, deinde peſſi imponentur,
qui ex aliquo unguento leuiter adſtringẽti ſicut roſaceo,malino,lentiſcino, œnan
thino confici ſolent,adiectis ouorum uitellis crudis aut aſſatis,& croco: interdum
aliquis quoq; ex memoratis ſuccis admiſcebitur,caput pręterea roſaceo cum mo/
dico aceti irrigabimus.Mitigata inflammatione mulier in aqua oleo admixta inſi
debit, peſſosq; ex narciſſino aut ſuſino unguento admouebit, & lanam oleo cali/
do madefactam pectini ac lumbis applicabit,pubi etiam ac ſumini interdũ & lum
bis cucurbitulæ affigentur, magnoq; exiſtente tumore ſcarificabunt. At ubi iam
inflammatio declinare incœperit,ad ea ueniemus,quę quadantenus, remittẽdi di
ſcutiendiq; uires habeãt.Aegrotã igitur in fœnogręci,altheæ,ſeminũ lini,interdũ
puleĳ marrubĳ,ſaluię,artemiſiæ decoctis ſedere iubebimus,ſuminiq; & pubi hor
deaceam farinam cũ fœnogręco & ſemine lini in mulſa elixatam,aut çaticarũ de/
coctum illinemus.Quę uero cataplaſmatũ grauitatẽ caloremq; tolerare non poſ/
ſunt,in aqua tepida ſedeant,& loca roſaceo inungant, peſſosq; imponant,qui mo
derate refrigerent,ex adipe gallinę roſaceo & uino confectos. Sicut ĳs quæ calo/
rem ferunt ceratũ nardinum illinetur,collutionesq; & peſſi adhibebuntur,ex œſy
po,butyro,medulla ceruina, adipe anſeris,unguento ſuſino,& cera,ubi autẽ cura
tio proceſſerit,tenuis uiuendi ratio & ciborum parcitas auferetur,ut in maniſeſta
declinatione balneum iam & uinum concedi poſſint,& refectoria cibaria exhibe/
ri,malagmataq; applicari, quale eſt quod è meliloto conficitur, & quod ad Mna/
ſæam,quodq; ad Serapionem refertur.Peſſi uero ad ſedandos dolores inflamma/
tionum uteri ſunt huiuſmodi: fœnogræcum madefaciens primam ac ſecundam
aquam abĳcies,deinde ubi in tertia quę dulcis puraq; ſit decoxeris,pèr colũ traĳci
ès,& decocto admiſcebis adipem anſerinũ recentem, uel gallinaceũ, permittesq;
ſimul ſuper ignitis carbonibus colliquari: poſtea ubi refrixerint concretũ adipem
àuferes,& ſeruabis, quem uſus tempore ſpathula ſpecilli in manu ſubactũ in peſ/
ſum excipies,& ſuppones. Alius dolores ſedans,Papaueris capitula in paſſo de/
coquito,donec flacceſcãt,deinde exprimito, & decocto tranſcolato medullam cer
uinam liquatã admiſceto,& utere, & ſi medulla ceruina deſuerit,uitulinã ſumito.

Alius,fœnogręci aridi minutiſſime triti & cribrati drac.iiii. in paſſo cretico aut
ſapa decoquito,& diligenter conficito,deindę ſumito terebinthinæ,adipis anſeris

ſing.drach.iiii.roſacei unc.i.drach.v.s.ac ſimul omnia in ſartagine colliquato,po-
ſtea fœnogræco decocto & confecto admiſceto, atq; in peſſum excipito, datoq;
ſupponendum. Alius peſſus ſoporiferus dolorem mitigans & omnem duritiem
molliens, tria papaueris capitula magnitudine mediocria in quatuor paſſi hæmi-
nis duobus diebus madefacito,deinde ſimul decoquito,donec capitula flacceſcãt,
& paſſum ad tertias decreuerit,tum expreſſis & abiectis capitulis paſſum per co-
lum traijcito,poſtea ſumito chalbanæ,myrrhæ troglodyticæ,thuris,opij ſin. drac.
i.s.caſiæ drach.iii.ſingula ſeorſum deinde ſimul exquiſitiſſime terito,ſemper capi
tulorum decoctũ paulatim inſtillando quouſq; medicamentũ cõminutiſſimũ ap-
parebit,habueritq; mellis craſſioris cõſiſtentiã,tũ œſypi,medullæ ceruinæ,adipis
anſeris ſingulo.drachmas iiii. omnia ſimul colliquata admiſceto,& diligenter cõ-
ficito. uſus autem tempore medicamentum roſaceo dilutum in peſſum excipies
& ſuppones,omnẽ enim dolorem & intenſas inflammationes confeſtim mitigat,
uteri ſuffocationi medetur, durities mollit, & ſomnum conciliat. Alius peſſus
ſomniferus ad inflammationes,Algæ quæ hypnus dicitur in aqua ferueſactæ, ex-
preſſæ,& tritæ,panis in mulſa madefacti, & contuſi,medicamenti baſilici,diachi-
lon,unguenti nardini,adipis gallinacei partes æquas in ſartagine colliquato,couſi
cito & utere.cõfert urinario meatui,& uuluæ inflammatæ retractioniq; eiuſdem.
ego uero panis loco fermentum puriſſimum nec plane acidum ſine ſale madefa-
cio,& utor.Peſſus aureus inſcriptus ad inflammatiões,& uteri retractiones:ouo-
rum aſſatorum uitellos ſex,medullæ ceruinæ drach.iiii.croci drach. ii. œſypi tan-
tundem, ceræ albæ,terebinthinæ,adipis anſerini ſin.drachmam unam cum modi-
co uini dulcis.crocum ſubigito,ſi tundi non poteſt, oua autem terito, tum quæ li-
quari debent in ſartagine liquato, & reliquis admiſceto, atq; uſus tempore medi-
camentum in peſſum excipito, & ſupponito. Alius,ceræ hetruſcæ drac. xxiiii.
adipis anſeris,adipis porcini,terebinthinæ ſing.drach.vi.decocti capitulorum pa-
paueris drach.iiii.roſacei quod ſufficit:aut ſi caleſieri,diſcutiq; oportebit, irini.

Alius,adipis anſeris unc.iiii.cerati roſacei aut ſuſini unc. ii. uitellorũ ouorũ aſ-
ſatorum,croci ſingul.unciam unam, myrrhæ drach. iiii. opij obolos duos,ſeu po-
tius opij loco capitulorum papaueris decoctum. Alius,ceræ hetruſcæ,medullæ
ceruinæ ſing.drach.centum,adipis anſeris,terebinthinæ ſing.drach.iiii. croci obo
los quatuor,opij obolos duos,oui aſſi uitellum,ſuſini unguenti,aut fœnogræcini,
quod ſufficit.Peſſus enneapharmacum inſcriptus ad inflammationes,adipem an-
ſerinum,& bubulũ,ceram albam, terebinthinam, butyrum, medullam ceruinam,
mel, oleum roſaceum, & ricininũ omnia recentia æquis ponderibus in ſartagine
colliquato. Peſſus ad feruentiores inflammationes.diachylon emplaſtrum in ſar-
tagine cum roſaceo liquatum ſucco plantaginis admiſceto,& conficito, ac ſi plan
tago defuerit,ſenecionis aut ſeridis ſuccum capito.at ſi plurimum excandeſcat,&
ad eryſipelatis naturam rendat inflammatio,ſolani folia tenera cum lacte mulieris
trita ſupponito. Alius ad inflammationes.lilij flores contritos in roſaceum cera
tum liquidum aſſumito, medullamq; ceruinam & adipem anſerinum adijcito.

Alius,ſuccum craſſiſſimum è ſemine lini,fœnogræco,& althæa conficies, cro-
cumq; illi admiſcebis, deinde adipem liquefactũ inijcies, omniaq; ſimul ſubiges,
& uteris. butyrum autẽ,medullæ & adipes,quæ peſſis admiſcentur,noua eligen-
da ſunt,antiqua enim ubi in ſartagine liquantur in nidorẽ uerſa,calidiora reddun-
tur,& inflammationes exacuũt.neq; uero in extenſionibus & inflammationibus
uteri,menſes elicere oportet,magis enim loca extenduntur,& cum ob inflamma-
tionem occluſa ſint, ſanguinis tranſitum intercipiunt. ſed & tetrapharmacum ad
inflammationes utiliter imponitur, aut infunditur. quod ſi inflammationi ulcus

adiunctum fuerit,cerato roſaceo ex cera alba cum tertia anſerini adipis parte confecto albumen oui quantum capere poterit,inſtillato & utere:ubi uero inflammatio deſiuerit,menſes prouocandi ſunt.

De ſcirrho ac ſcirrhomate uteri ex Sorano. Cap. LXXXVI

VTerus interdum quidem nullo prius indicante ſigno repente induratur, plerunque tamen præcedente inflammatione,quæ neq; diſcuſſa fuerit, neque in abſceſſum mutata.ſed eſt quoque ſcirrhi ſpecies,quod ſcirrhoma appellatur,ſimilem quidem tumorem habens ſed tactui renitentem, & moderato dolore affligentem:plurimumq; in uteri ceruice ſcirrhomata eueniunt, quæ immiſſis digitis percipi poſſunt,ac plerunque uuluæ collum uerſus ſcirrhoma auertitur. Vbi uero ſcirrhus uteri fundum inuaſerit,tumor uehemens & tactui renitens occurrit, grauitatem,motionesq; difficiles non crurum tantum, ſed totius quoque corporis & ſegnitiem ad omnes uitæ functiones afferens,quo diutius perſeuerante deprauatus corporis habitus & decoloratio,interdum & moles aquoſa ſubſequitur. Quęcunque igitur ſcirrhomata circa os & collum uuluæ conſtiterint, facile curantur, quæ uero circa fundum, difficulter. In principio itaque ſi nihil prohibeat, neque ætas aut uires repugnauerint, mediocrem ſanguinis copiam à cubiti uena auferemus,aut Archigenis hiera purgabimus,inſeſſionibusq; utemur, è ſœnogræci, ſeminum lini,pulegij,artemiſiæ radicis, & foliorum cucumeris agreſtis decoctis, & aromata ſuccendemus:ac ſuſino oleo, narciſſino, irino, gleucino, adipe anſerino, gallinaceo, porcino recenti alicui unguento admixto, lacte bubulo aut caprino cum anſerino adipe uterum colluemus, cataplaſmáque ſumini illinemus è caricis,hyſſopo,nitro, abſinthio & cucurbitulas cum ſcarificatione affigemus. poſtea medicamento polyarchio utemur, & eo quod è ſeminibus quodque è baccis lauri conficitur,de quibus paulo infra dicemus. peſſos etiam mitigatorios & aperientes ſupponemus.confert & qui inferius ad uteri condylomata deſcribetur è lycio & œſypo confectus,& quem ſupra memorauimus è tribus capitulis papaueris, cui ſimilis eſt qui ita conficitur. Duo papaueris capitula in paſſo tribus diebus madefacito, deinde uſque ad tertias decoquito, expreſſis deinde capitulis decocto tranſcolato adijcito, chalbanæ drachmam unam, caſiæ, ſucci mandragoræ,ſingulorum drachmas tres,myrrhæ,thuris,ſingulorum drachmam unam, tum medullæ ceruinæ,œſypi,adipis anſeris ſing. drachmas tres.omnia ſimul colliquata admiſceto,& in plumbeum uas ſeruato,atq; uſus tempore medicamento quantum eſt oliuæ magnitudo,roſaceo diluito, & bis aut ter ſingulis diebus tepidū imponito.benefacit etiam tetrapharmacū, heptapharmacū, enneapharmacum, emplaſtrum Araniæ,dyachilon,omnia oleo ſuſino, aut liguſtrino diluta. Peſſus libanus inſcriptus mollitorius:cerę albę unc.iij.olei nardini,gleucini, ſuſini, medullæ ceruinæ,adipis anſerini,ſing.unc.ij.œſypi,butyri,nitri,ſing.drac. iiij. quidam oui aſſi uitellū adijciunt. Alius titanus uocatus:cerę unc.vi.colophoniæ unc.i. s. adipis taurini unc.iiij.picis,terebinthinę, ſing. unc.ij. medullæ ceruinæ, ammoniaci thymiamatis,ſing.unciam unam,ammoniacū in aqua diluito. Alius peſſus mollitorius:ceræ albę,unguēti nardini,ſing.unc.iij.unguenti irini,gleucini, liguſtrini, adipis urſi,pinguedinis porcinæ,ſing.unc.ij.butyri,medullæ ceruinę,œſypi,terebinthinæ,ſing.unc.iiij. Alius peſſus ad durities,cerę albæ,terebinthinæ,medullæ ceruinæ,adipis gallinacei,anſerini,butyri, unguenti nardini & ſuſini, myrrhæ, partes æquales cum melle conficito & utere, ac ſi oleum ſuſinum defuerit fœnogręcinum ſumito. Alius Ladani,adipis anſeris, medullæ ceruinæ, ſuſini aut fœnogręcini unguenti quod ſufficit. Alius mollitorius aureus uocatus, Ceræ uncias quatuor, medullæ ceruinæ, adipis anſeris, ſingulorum unciam unam,

œſypi drac.iiii. croci drachmã i.myrrhæ, chalbanæ, ſing. drac.i.olei ſuſini quod ſufficit. Alius ad omnes diuturnas uteri ægritudines, Myrrhæ drach.i. bdellij drac.ii.ſpicænardi,croci,ſing.drac.iii.caſię,ladani,ſing.drac.ii.meliloti drach.viii decem palmularum carnes,uini dulcis cyathũ, ſuſini olei, roſacei, liguſtrini ſing. unc.iiii.aridis prius è uino dulcis tritis unguenta admiſceto, poſtea molli igni decoquito & utere.ſumini autem ſicut prædiximus epithemata, polyarchium è ſeminibus, è baccis lauri,è meliloto,ſunt imponenda.benefacit etiam ad durities & uteri inflationes,quod habet, reſinæ piceæ lib.iii. ceræ unc.xx.apochymatis, fermenti acidi,ſing.libram unam,chalbanæ unc.iii.ammoniaci thymiamatis,opopanacis ſing. unc.ii. muriæ acerrimæ quod ſufficit. opopanacem & ammoniacum in muria decoquito,poſtea fermentum adijcito,& quadantenus diſſoluito,inde liquatis,quæ liquare oportet,omnia ſimul conficito,& ſpathula agitato,quouſque refrixerint,tum in mortarium coniecta exquiſitiſſime ſubigito,& utere. Aliud è micis panis laxãdi diffundendiq; uires habens,conferens ad durities quocunq; loco fuerint,& inflammationes duriores diſcutiens, radicis althææ, carnium palmularum,quę Nicolai appellantur ſing.lib.ii.fœnogræci, ſeminum lini, ſing. lib. unam,chamęmali,meliloti,ſingu.unccias vi.uini antiqui adſtringentis ſexta. viri ſpumæ argenti,ceruſſæ,colophoniæ,ſing.lib.ii.ceræ, terebinthinæ; ſingu. libram unam,olei antiqui lib.quinq;.herbas in uino madeſieri oportet,deinde elixari,ſuccumq; inde exprimi, in quo poſtea ſucco panis madeſcit, poſtridie uero ſpuma argenti & ceruſſa ex aqua teruntur,oleoq; eis admixto decoquuntur, quouſque inquinandi finem fecerint,deinde quæ liquari debent, colliquata inijciuntur,utq; medicamentum ab igne ſuſtuleris, panis præmadefactus commollitur, & paulatim cæteris immiſcetur, ſpathulaque ualidiſſime unitur. Quod ergo ad durities ſtomachi,alui fluores & dyſenteriæ principium uulgo præparatur, ita habet, ad quas omnes ægritudines ſecure adhibebis. Ad uteri autem, cæterorumque locorum durities exceptis uiſceribus iſta prædictis adijcimus: æruginis, floris ſalis, thuris,ſing.unc.vi.iridis,ariſtolochię,ſingu.unc.iii.terebinthinę libram unam, ac terebinthinam quidem cum cæteris liquabilibus admiſceto, arida uero trita & cribrata inſpergito, poſtquam medicamentum ab igne ſuſtuleris,poſtremo panem pridie madefactum adijcito,ac probe ſpathula conficito, & ubi refrixerit in mortario tudicula prius, deinde manibus diligenter ſubigito, & utere. Peſſus ad uteri duritias,ceræ, reſinę piceæ, picis, terebinthinæ, butyri, olei roſacei, irini,nardini, mellis.ſingu.libram unam,nitri unc.ii.s. Alius peſſus molliendo efficax. ceræ, olei ſuſini,roſacei, adipis anſeris, ſingu. libram unam, iridis, terebinthinæ, adipis leonis,& urſi,ſing.unc.vi.medullæ ceruinę unc. iiii. Pendit totum libras ſex,unc. iiii.facit ad duricies inflammationes,& diuturnos dolores, Peſſus ex Archigenis monumentis,facit ad duriciẽ,imbecillitatem,innutritionemq; uuluę,pręcũctis inquit,quos ego nouerim,efficaciſſimus, & omni ferè uuluæ ęgritudini,& cuicũq; neruorum difficili affectui commodiſſimus,atq; inter acopa inſignis, habens olei irini,ſuſini,liguſtrini,ceræ,ſingu.libram unam,mellis attici unc.v.unguenti foliati,& nardini,ſingu.unc.quatuor,adipis anſeris unc.tres, medullę ceruinę,œſypi, ſingu.unc.duas,terebinthinę unc.i. s. œſypum & medullam cum melle ſubigito, deinde liquefacito primo ceram, poſtea terebinthinam, & adipem, tum ſeriatim precioſa unguenta nardinum, & foliatum, mox cum cæteris in mortario conficito.hoc ſi uſque ad exactam curationem uteris ſummam laudem conſequeris, immo & adepta ſanitate, aliquanto tempore poſtea maioris tutelæ gratia adhiberi poteſt. Ego uero pro malagmate etiam extrinſecus applico,ac prædictis admiſceo thuris, ceræ, ammoniaci thymiamatis, myrrhæ, floris iunci odorati,

ſingu.

ſingu.drach.viij.picis drach.xvi. chalbanæ opopanacis ſingu.drach.iij. uinũ odoratum adſtringẽs,thus,chalbanam & opopanacem comminuito,atq; œſypo, ceruinæ medullæ,melliq; admiſceto, & omnia rurſus ſimul terito: deinde ubi ceram cum præcioſis unguentis, liquaueris, ammoniacũ tritum, reſinamq; ſubinde ac cætera inijcies: utq; medicamentum ab igne ſublatum refrixerit,myrrham & florem iunci odorati inſpergito,unito,& utitor. Oribaſij epithema è baccis lauri faciens ad duricies.ſumito ceræ, reſinæ piceæ, picis, nitri, baccarum lauri, adipis taurini,ammoniaci thymiamatis portiones æquas.ammoniacum, & baccas lauri ſingula ſcorſum terito, cribrato. Ego uero, inquit Oribaſius, dimidium nitri adijcio.

De abſceſſu uteri ex Archigene. Cap. LXXXVII

ABſceſſus in utero quemadmodum & in cæteris corporis partibus præcedente inflãmatione generatur.primo igitur inflammationis notæ apparebunt, deinde circa puris generationem dolores augentur, febresq; cum horrore plerũq; ueſpertinæ inuadunt, tumoris moles atollitur, dolores pulſatorij fiunt, aluus, aut urina,aut utraq; ſimul ſupprimitur, dolor uero localis affectum locum indicabit: ubi ergo diſcuti non poſſit,feſtina ſuppuratione auxiliabimur.ſemen itaq; lini,fœnogræcum,farinam hordeaceam,caricas clixas,altheę radicem,& terebinthinam ſimul conficiemus, interdum & columbæ fimum cum oleo & melle illinemus. erunt autem ſumini & lumbis cataplaſmata apponenda, & ſinus pudoris ſpõgia iugiter fouendus,uaporesq; per arundinem operculo ollæ perforato inſertam excipiendi,inſeſſionesq; frequentandæ: quæ uero in aqua decoquuntur, attrahendi uires habere oportebit,ſicut puleium,marrubiũ,laurus,ſaluia, artemiſia, dictamnus,centaurium:& ſi uehementior dolor infeſtauerit, papaueris capitula in aqua decoquemus,eademq; contuſa cataplaſmatis adhibebimus, caricas etiam crudas in mortario cum reſina picea, terebinthina, & modico nitro tritas applicabimus. Peſſis autem utemur è terebinthina,myrrha,butyro,& œſypo conlectis,ſed optimus omnium ad uteri abſceſſus ita conficitur.carnis caricarum pinguium, adipis anſerini,olei irini,ſingu. drac.ij. terebinthinæ drac.i.rutæ drac.iij.myrrhæ, iridis, nitri ſing.obolos duos. poteſt & caricarum uice tantundem paſſularum admiſci. Excipitur in lana & oleo irino,aut liguſtrino tepido intinctus ſupponitur. Eſt etiã ad eoſdem uſus efficaciſſimũ antidotum, quod ſupra ad hepaticos deſcripſimus cyphoides appellatum,& enneapharmacum ad durities præparatum, & malagma polyarchium cæteraq; huiuſmodi oleo ſuſino,aut fœnogræcino diluta,inq; intimum uuluæ receſſum in peſſo ſuppoſita. iugiter autem prædictis decoctis ſumen fouendum eſt. At ubi abſceſſus diſruptus fuerit,ſi ad ueſicam pus deferatur, & cum urina excernatur potiones lactis mollitorias, & odoratas offeremus. ſin ad rectum inteſtinum uergat,& cum ſtercore uel priuatim egeratur,tunc per elyſterem,lentium, & malicorij decoctum inijciemus. ſi uero in ſinu uuluæ eruptio fiat, pusq; per pudendum effluat, confeſtim ſuccidam lanam roſaceo & modico aceto tepido madefactam pubi & ſumini applicabimus, poſtridie in calida aqua patiens inſidebit.ac ſi pus quidem ſincerũ fuerit,in roſaceo, aut in tetrapharmaco cum butyro & roſaceo collocabitur,uel roſaceo cum ſucco polygoni,uel ſucco plantaginis cũm plumbi diluto utemur, locaq; roſarum, lentiumue decocto, aut ptiſanæ cremore abluemus. Si uero fœtida ſanies tanquam à deſtillante affectu, aut depaſcentia deferatur, quod in uterum inijcitur maiori adſtringendi ui polleat, ſicut baccarum myrti, roſarum, palmularum, aut potius lentium, & malicorij decocta. Qua curatione peracta, ſi adhuc inflammationis reliquiæ affuerint, prædictis cataplaſmatis inſiſtendum eſt. At ſi inæqualia fuerint,quæ

excernuntur,fomenta & inſeſſiones è mulſa fieri oportet,in qua abſinthium, marrubiũ,eruum, centaurium, aut lentes decoctæ fuerint, colluiq; loca cum ptiſanæ cremore,melle, & roſaceo. atq; os uteri & anum roſaceo cerato, aut butyro inungi,cui non nihil ſpodij, aut ſtibij,aut plumbaginis,aut ſpumæ argenti, cum muliebri lacte permixtum ſit. idem poteſt & plumbi dilutum. ſed ſi fluens humor fœtidiſſimus ſit, uino mulſo ſinus pudoris perluendus eſt, & in eo uſq; ad exactam curationem perſeuerandum.

Quonam manuum artificio ori uuluæ abſceſſum patienti ſit occurrendum. Cap. LXXXVIII

AT ſi circa uuluæ os abſceſſus conſtiterit, ita ut chirurgi manu tractari queat,ad ſectionem feſtinandum non eſt, ſed maturato tumore partibusq; exquiſite attenuatis,in quibus pus cõtinetur, tum mulierẽ in ſella aduerſus ſplendidam lucem operaturus artifex ſtatuat,ita ut crura à ſe inuicem diducta ad femora & uentrem reflectat,brachiaq; eiuſdem poplitibus uinculo annectat, tũ dexter aſſidens ſpeculo ætati patientis idoneo ſpeculetur. inter ſpeculandum uero totius ſinus muliebris profunditas ſpecillo demetienda eſt. ſi enim ſpeculi lotus magnitudine exceſſerit, uterus contereretur. At contra ſi ſinus maior ſpeculi loto fuerit, panni conduplicati in alas ipſius ſinus imponentur,ut per illos ſpeculum munere ſuo recte fungatur. Lotum autem ſpeculi qui cochleas habet in ſuperiorem partem immittere oportet, ac ſpeculum quidem ab artifice detineri, cochleam uero à miniſtro uerti, ut diductis ſubinde loti laminis ſinus dilatetur. ubi uero abſceſſus occurret,tactu lenis,eritq; cutis adiacẽs planè tenuis, apex eius ſpecillo incidetur, uel eo qui enſiculus, uel qui cateades uocatur. Excreto autem pure limniſcus molliſſimus roſaceo intinctus in ſectionem imponetur, uel potius extra ſectionem in muliebrem ſinum abſq; conſtipatione immittetur. Extra uero pudendi alas pectini & lumbis lana ſuccida,aut pura oleo madefacta applicabitur. At perendie in hydrelæo,uel in maluæ decocto patiens inſidebit,locisq; ſubinde abſterſis limniſcus tetrapharmaco,recenti roſaceo aut butyro melle interdum adiecto illitus,in ſectionem leniter imponetur. Linamenta uero abſq; cõſtipatione apponenda ſunt, atq; exterius cataplaſmate, aut lutamento quopiam loca ſingulis diebus munienda, quouſq; ſincera & ab inflãmatione libera euaſerint: quæ ſi difficulter purgentur, per auricularem clyſteriolum iridis decocto colluenda erunt. Deniq; emplaſtro è cadmia, aut è ladano aut ex hordeo cremato, ſingulis roſaceo dilutis ad cicatricem ducentur. quod ſi intra uteri os abſceſſus conſtiterit, chirurgiam recuſabimus,curationemq; paulo ante dictam adhibebimus.

Curatio abſceſſus,in quo inter inteſtina & peritonæum membranam eruptio fit. Cap. LXXXIX

ERuptionem inter inteſtina & peritonæum membranam contingentem tumor indicat,circa illas partes magis apparens. ſin intra uterum rumpatur abſceſſus,dolor quieſcit, & os uteri tactu lenius occurrit. eruptio igitur quæ ad ſuperficiem tendit,arte adiuuanda eſt, cutisq; ubi ſatis attenuata fuerit ſpecillo in ſummo apice diſſecanda, qua parte defluxum commodiorem futurum ſperabimus. ac ſi ſanguinis emanationem uerebimur, ſpecilli uice cauteriũ faſtigiato loco admouebimus, & ita pus educemus, cauteriũ enim ad totam curationem plurimum confert. deinde excreto humore digitisq; diligenter expreſſo, & ægra ſitu eo collocata, qui reſiduo excernendo commodiſſimus ſit, ſectio melicrato colluenda erit, quam poſtea bis ſingulis diebus curabimus, ac ſemel in nocte ſpongijs fouebimus. interdum & in aqua calida patiẽs inſidebit, uterus præterea oleo liguſtrino calido perfundetur. Reliquam uero curationem cæteris ulceribus ſimilem eſſe oportebit

oportebit. alimenta boni ſucci & quæ haud facile per halitum digerantur, offerenda ſunt, ſicut lac cum amylo, chondrus alicæ, oryza, pedes porcellorum in ptiſana aut alica, uſq; ad flacciditatem decocti, auium pleræq;, piſces boni ſucci, & niſi febris obſtiterit, uinum etiam dulce antiquum concedemus.

De utero ulcerato ex Archigene. Cap. XC

VLceratur uterus interdum locis deſtillatione eroſis, interdũ ob pariendi difficultatem, aut fœtus extractionem, aut eiuſdem interitum, aut acrium medicamentorũ applicationem. patientes uero in affecta parte punctorium dolorem percipiunt, atq; ex interuallis fœtidi, ſanioſiq; humores ab ulcere ſordeſcente excernuntur, cæteraq; ſigna conſequuntur male habenti utero peculiaria, ut capitis, ac præcipue ſincipitis, chordarum, radiciſq; oculorũ dolor, qui ad manuum etiam fundamenta, & digitos uſque protenditur, ac reliqua quæ paulo ſupra loco de inflammatione prædiximus. Vlcus ergo procliue & expoſitum ſpeculi artificio intuebimur. intimum autem & reconditum excreti humores indicabunt. neq; uero aliter ulcera huiuſmodi curanf, quàm inſeſſionibus, irrigationibus, cataplaſmatis, peſſis ſupra deſcriptis, priuatim tamen ulcerato utero tale medicamentũ accommodatur. crocus optimus è lacte muliebri teritur, & in ceratum aſſumitur, quod ex hetruſca cera & roſaceo, aut ſuſino oleo, aut anſerino adipe liquenti cõfectum fuerit, & cum peſſo imponitur. quo adhuc efficacius & ad uehemẽtes dolores utilius erit, quod ita conficitur: decem papaueris capitula in paſſi ſextario duobus antea diebus præmadefacta, uſque ad ſextarij quadrantem decoquuntur, deinde ſumito ſeminum roſarum, uel ſi hæc defuerint foliorum drach. v. croci drach. iij. & capitulorũ papaueris decoctorum & expreſſorum drach. v. atque omnia optime trita decoctum capitulorum papaueris paulatim inſtillando conficies: poſtea ceratum admiſcebis, quod habet ceræ unc. ij. roſacei aut narciſſini olei unc. vi. & in ſtamnea pyxide ſeruabis. uſus autem tempore medicamentũ roſaceo aut narciſſino oleo dilutum; & in lana aſſumptum impones. confert & peſſus antea memoratus, qui ex croco, roſaceo, adipe anſeris, & medulla ceruina conficitur. talia enim dolores mitigant, & ulcera ſanant. Philoſophi medicamentũ ad mulieris pudendum ulceratũ, & ob acrium humorũ defluxum pruriens. plumbaginis unc. ij. glaucij unc. unam, cum ſucco hyoſcyami terito, & olei myrtini, aut roſacei quod ſufficit admiſceto, utereq; uel manu inungens, uel cum peſſulo imponens.

Curatio ulcerum uuluæ ad carbunculorum naturam tendentium. Cap. XCI

CArbunculoſis uuluæ ulceribus priuatim conferũt lentes cum oleæ folijs abſque melle, lupini in uino auſtero elixati, inſeſſiones in eorundem lupinorũ decocto.

Ad ſordida uuluæ ulcera ex Archigene. Cap. XCII

AD ſordida uuluæ ulcera, ægyptio medicamẽto utemur, non eo tamen quod ex ærugine cõficitur: omnia enim mordicantia, quemadmodũ & quæ cruſtas inducunt, utero infeſta ſunt. utemur & eo quod è melle, terebinthina, roſaceo, aut ſuſino oleo, & butyro conficitur, quibus nõnulli crocũ quoq; permiſcent. Ad ulcera etiam repurganda ſatis efficax eſt iris illyrica, cum melle appoſita, & ariſtolochiæ decoctũ, priuatim uel cũ melle infuſum. Peſſus optimus ad ſordida ulcera repurganda, terebinthinæ drach. iiij. adipis anſeris drach. vij. myrrhæ drach. i. croci drach. iij. medullæ bubulę, œſypi ſing. drach. ij. mellis, liguſtrini, aut irini olei ſing. drach. xvi. thuris, radicis panaceæ, iridis ſing. drach. ij. cyperi drach. iiij.

Ad humorem à muliebri pudendo defluentem. Cap. XCIII

HOrdei uſti, amyli, thuris ſing. unc. i. aluminis ſciſſilis drach. iiij. ad ultimam minutiem terito & cribrato, poſtea cum aſinino lacte diluito, & ſinum pu-

doris per uterariũ clyſterem inijcito. At ſi ulcus dolorem inferat, tale medicamentum applicabimus. ſumito roſarum areſactarum & contritarum, capitulorum papaueris paululum torrefactorum ſing. drach. iij. croci, ſtyracis ſing. drach. ij. farinæ fœnogræci, œnanthæ ſing. drach. iiij. thuris drac. ij. & omnia paſſo cretico, ac oleo roſato paulatim inſtillatis, ſimul ad mellis conſiſtentiam conficies. quod deinde in peſſum excipies, & calefactum impones.

Ad uteri depaſcentias ex Aſpaſia. Cap. XCIIII

EA uero quæ depaſcunt efferanturq́ ulcera equino uel aſinino lacte recenter mulcto abluenda ſunt: & ſi utrunq́ horũ defuerit, quodcunq́ haberi poteſt, nuperrime decoctum ſumatur. duabus uero lactis heminis mellis ſemiheminam admiſcebimus, & quatuor iridis drachm. inſpergemus, deinde huiuſmodi enema calefactum ſæpius ſingulis diebus infundemus. idem poteſt mulſa, in qua abſinthium, uel calamum odoratum, uel leucanthemin, uel chamæmalum, uel buphthalmum decoxerimus: atq́ ubi quod inijciemus, excretum fuerit, loca protinus maluæ decocto colluemus, deinde peſſum ſubijciemus, qui habet eruinæ farinæ, iridis ſing. drach. ij. cum melle ſubactas. Alius: melilotum in uino abſq́ marina aqua decoctũ terito, & modico melli admiſceto, & applica. Alius. Hederæ aureum florem habentis folia in uino decocta cũ melle ſubigito & utere. Aſclepiadę medicamentũ ſolidum ad uteri depaſcentias præcipuũ. Lupinos amaros tritos & cribratos ſeruato, atq́ uſus tẽpore ſine ullo liquore imponito, uel melli admiſceto.

Alius optimus. hederæ aureum florem habentis faſciculũ in umbra paululum exiccatũ, in fictile uas conijcito, & luto undiq́ circumlinito, deinde aſſato, & eo cinere utitor. Alius ulceribus humentibus congruus. ariſtolochiæ longæ tritæ drach. vi. rubricæ ſinopicæ ad hepatis colorem accedentis drach. viij. admiſceto, & melle ad cerati craſſitudinẽ irrigato, deinde in pannum attritum inuoluito, deligato, & ſub ignitis carbonibus urito. quæ ubi optime aſſata fuerint, terito & utere, uel pannum ita deligatũ in ollam conijcito, quam exquiſitiſsime opertam, & circũlitam in ignem impones, quouſq́ medicamentũ ad carbonis formam acceſſerit, quod deinde tritum ſeruabis. uſus autem tempore depaſcentijs applicato, & cito contrahentur, eritq́ uſq́ ad inductam cicatricem idoneum. Aliud, quod habet ſeminũ tamaricis partem unam, nitri rubri tantundem, terito ſimul cribrato, atq́ arido utitor, uel cum roſaceo admiſceto, depaſcentijs uero cohibitis applicabimus quæ paulo ſupra ad ulcera repurganda memorauimus.

Quæ ad cicatricem ducunt ex Aſclepiade. Cap. XCV

AT ubi iam ulcera probe purgata fuerint, utendum ijs, quæ ad cicatricem ducunt. primo quidem mitioribus, poſtea efficacioribus. Ceratum cicatrici inducendæ idoneum: ceræ albæ unc. iij. roſacei optimi unc. ix. ſuper carbonibus liquato, & quadantenus refrigerato, tum in mortarium conijcito, lacteq́ muliebri, aut aſinino, aut caprino infuſo, cum piſtillo diluito, quouſq́ totũ albeſcat: deinde effuſo priori lacte, nouũ imponito, ac rurſus ſubigito: poſtea croci circiter drachmam unam adijcito. quòd ſi maiorem mitigationẽ quæſiueris, addito roſacei olei unc. vij. adipis & medullæ anſeris ſing. unc. unam. poteris & pro roſaceo, malinũ uel ſuſinum admiſcere. Medicamentum ex hordeo ad uteri ulcera. hordei uſti & tritiſſimi, ſpumæ argenti lotæ, ceruſſæ lotæ ſing. libram unam, adipis anſeris libras quatuor, adipis capræ recentis libras tres, myrtini olei libras duas, mellis deſpumati uncias viij. terebinthinæ unc. iiij. id etiam ad ardores, & ulcera pudendorum conueniet. nec minus uteris ijs, quæ ad ſedis uitia è pompholyge & plumbo uſto conficiuntur, poſtea & eo quod è cadmia, aut quod è ladano præparatur, ſingulis roſaceo aut myrtino oleo dilutis.

De cancris uteri ex Archigene. Cap. XCVI

CAnceroſorum tumorum quidam ulcerati,quidam non ulcerati ſunt, quemadmodũ in loco de mammillis prædiximus . cancri ergo non ulcerati huiuſmodi notis indicantur, tumor induratus circa os uteri inuenitur, tactui reſiſtens, inæqualis, crepidinoſus,colore feculentus,ruber,ſubliuidus, uehementes dolores inferens, uſque ad inguina, ſumen, pecten, & lumbos progredientes,manuumq; attrectatione,& medicamentorum uarietate excitatur . cancrum uero ulceratum ſimili quidem modo tumor,duricies,& doloris uehementia conſequuntur . eroſæ autem defoſſæ , inæqualesq; ulceratæ partes per ſpeculi artificium percipiuntur, quarum pleræq; ſordidæ ſunt,crepidinoſæ,albeſcentes,quibus ſi medicamẽta repurgando idonea applicentur ; antiqua quædam feculenta , rubra ſanguinolenta deferuntur . ab ulcere autem ſanies tenuis, aquoſa, nigra, ignea & fœtida iugiter excernitur . loca enim muliebria ad defluxũ peculiariter nata ſunt. reliquas notas quæ uterum affectum conſequi ſolent, paulo ſupra capite de inflãmatione recenſuimus. Canceroſa uero diſpoſitio ſicut Hippocrates aſſerit, inſanabilis eſt, mitigari tamen,ſedariq; poteſt, inſeſſiones è fœnogræci,maluæ ſimiliumq; crebro memoratorum decoctis,& cataplaſmata eiuſdem facultatis adhibendo.in acerbationibus igitur efficaciſſimas mitigandi uires habet, malua,aut althæa, in mulſa uſq;. ad flacciditatem decocta, & cum pane & modico roſaceo ſubacta , & cataplaſma è caricis,meliloto,& ruta confectum,Idem poſſunt palmularũ carnes,in paſſo decoctæ, & cum ouorũ uitellis ſubactæ, uel capitula papaueris trita & cribrata cum polygoni,uel ſeridis,uel coriandri ſucco,uel ſolani folia tenera cum lacte muliebri appoſita , uel ſolanum in roſaceo cerato exceptum frigida aqua paulatim inſtillata,uel maluæ folia cum lacte muliebri trita,& in roſaceo cerato excepta:quæ quidem omnia in periodis ſunt applicanda . poſtea uero cerato roſaceo , aut malino, aut œnanthino,aut myrtino cum palmulis in paſſo decoctis admiſceatur medicamentũ quod ex ouis, uel quod ex hordeo conficitur, quibus etiam ad ignis uſtiones utimur.Priuatim autem maleficis ulceribus conuenire uidetur,quod è fece in cortinis ahenis balneorũ calidam continẽtibus inuenta conficitur.ea enim fex ſub prunis, quouſq; igneſcat occulitur, deinde teritur,& in roſaceũ ceratũ aſſumitur. hæc igitur extra ſinum ad uteri orificiũ apponitur.in ipſum uero ſinum,muliebre aſininũue lac aut plantaginis ſuccus leuiter tepefactus, præcipue ſi ab ulcere ſanguis erumpat, uel polygoni ſuccus cum modico thure infunditur. mitigant etiam peſſi è croco,lacte muliebri,modico opio & œſypo præparati.omnibus uero præſtat,quod ad ſedis quoq; affectiones congruit,ita confectum: ſpumæ argenti lotæ unc.vi.thuris maſculi,œſypi,adipis porcini recentis,butyri noui ſing.unc.ij.roſacei unc.iiij. ſeruatur medicamentũ in plumbea pyxide , quod ſi exaruerit roſaceo diluitur. ego uero, inquit Archigenes,ſpumam argenti ſeridis ſucci hemina dilui, & ubi mellis craſſitudinẽ adepta eſſet,liquabilibus admiſcui.utere præterea medicamentis ad ſedis uitia cõfectis.ſed & illud præſtantiſſimũ eſt,quod ad mammarũ eroſiones ſupra deſcripſimus, è uino,rhu confectorũ corij,cupreſſi pillulis, gallis, & caſia præparatũ, quod muliebri aut aſinino lacte dilutũ applicabis. Philoſophi medicamentũ ad cancros uteri Cancros fluuiales tres aut quinque,impares enim eſſe oportet,ſub prunis uſtos cum oleo liguſtrino terito & cum penna illinito.

De phimoſi uteri. Cap. XCVII

PHimoſis eſt compactio in ore,aut collo uteri ab ulcere præcedente cõtingens: qua ea loca adeo anguſta redduntur, ut non amplius ſemen admittant , uel ſi admiſerint,non retineant:ob calloſam enim duriciem contrahi nequeũt.interdum etiam ſemen quidem admittitur,& intra anguſtiſſimũ os continetur,atq; inde fœ

P 2 tus

tus concipitur, conceptus uero prægnanti moriendi occaſionem affert, quum ob nimias locorũ anguſtias efferri non poſſit. fomenta igitur ex oleo & aqua, ac fœnogræci decocto adhibenda ſunt, locaq́; ceratis, & peſſis relaxando idoneis mollienda, qui ex œſypo, terebintina, & nitro conficiũtur. At ubi loca tactui molliora offerantur, tunc ſpongiam exarentem funiculo appenſam intra locorũ anguſtias dilatandi gratia imponemus, quæ ſi exciderit, aliam craſſiorem immittemus, ideo plures diuerſasq́; ſpongias exarẽtes pręparatas habere oportebit. poſtea tale quoque medicamentũ ſpongia illinemus, ſandarachæ, aluminis ſciſſilis ſing. drach. i. auripigmenti drach. iij. omnia ſimul contrita melle irrigabis, imponendæq́; ſpongiæ illines. quod ſi poſtea ſublata ſpongia locus ſatis apertus non uidebitũ, inflammatio ꝗ ſuperuenerit, infra ſcriptum medicamentũ ſpongiæ illinetur: iridis drach. duas, anſerini adipis, terebinthinæ, thuris, irini olei, ceræ ſing. drach. duas. iridem primo, deinde thus minutiſsime terito & cribrato, poſtea terebinthina, adipe, cera, oleo irino colliquatis, & excolatis omnia ſimul in mortario conficito. ubi uero inflammatio ceſſauerit & locus apertus fuerit, ceratũ ex oleo roſaceo & adipe anſerino confectum ſpongiæ illinemus, & in eo uſq; ad cicatricem obductam perſiſtemus, locum ſolidiorem paulatim reddentes.

De utero imperforato. Cap. XCVIII

QVædam à natiuitate imperforatum uuluæ meatum habent, idq́; tripliciter contingit. Quibuſdam enim extrinſeca figura ſolida ualidaq́; membrana, uel carne agnata conglutinatur, alijs ſinus ipſe, alijs uteri os obſtruitur. has igitur quæ figuram cõpactam habent, curaturi ſupinas de more, reflexis diductisq́; cruribus collocabimus. deinde operientem membranã ſpecillo diſſecabimus, donec figuram ad naturalem dimenſionẽ duxerimus, poſtea linamentis, quæ ex diuulſi linteoli filis conficiuntur, ſectionem replebimus, & apte deligabimus, tum curationem puri generando idoneam, & cataplaſmata aliquot diebus adhibebimus, deinde linamẽtis cerato roſaceo liquido madefactis utemur. ſed ſi poſt figuræ ſectionẽ pudendi alas carnoſis partibus propinquis unitas eſſe ſenſerimus, utrinq; excoriabimus, linamentisq́; dilatabimus, atque eodem, quem prædiximus, modo curabimus. mulierem uero ſupinam puluinar intra femora habentem, uſq; ad cicatricem inductam ſeruabimus. At quibus figura quidem aperta eſt, in ſinu uero caro innata ita locum obſtruit, ut perquam anguſtum relinquatur foramen, muliere eodem modo collocata, ſtilum in uuluæ ceruicem maioris tutelæ gratia immittemus, ne forte aberrantes ſuperius ſectionem ducamus: deinde infra ſignatũ locum per ſtili longitudinẽ diſſecabimus, eritq́; huiuſmodi ſectioni haſtatum ſpecillum inſtrumentũ idoneum. eatenus uero ſecare oportet quatenus ſinus ipſe ſecundum naturam appareat. poſtea labia diſſectæ carnis uolſella utrinq; diſtenſa, circũcidemus, ut quadrangularis figura ducatur, tum mulierem erectam diductis cruribus ſtatuemus, ut humor in utero collectus cõmode defluat. qui ubi ſatis defluxerit, ægram in priſtinũ decumbendi ſitum reducemus, linamentumq́; ſectioni uino & oleo madefactum imponemus, cuius alteri ſummitati filum alligabimus. id enim extra relictum facilem nobis extrahendi modum pręſtabit: mox loco idoneis ligamentis deuincto quietem imperabimus, ac diebus deinceps ſubſequentibus eundem locum mulſa colluemus, & intorto linamento ſuppurantem medicinam illinentes curabimus. ubi uero cicatrix ſit inducenda tubulum ſtanneum imponito, & alligato, quouſq; loca ſoliditatem acquirant. quod ſi partes concurrant, ac rurſus claudatur os, ſpongiam exarentem iterum imponito, donec loca callum obduxerint. Si uero membranoſa ſubſtantia os obſtruxerit, muliere eodem ſitu collocata ſinum ſpeculo dilatabis, & membranã uolſella correptam & extenſam intorque-

intorquebis,ut tota ſimul colligatur,deinde ſpecillo haſtato amputabis,tum arido medicamento quod Antherum uocant, locum inſperges, & intortum linamentū filo alteri ſummitati ſicut diximus alligato ſubijcies, eandemq; omnino curationem adhibebis.quod ſi membranoſæ ſubſtantiæ quidpiam relinquatur,Anthero aut pſaro medicamento abſumetur.locis autē probe purgatis linamenta medicamine intingito,quod ita conficitur: ceræ,terebinthinæ,adipis anſerini ſing.drach. ij.iridis,thuris ſing.drach.i. croci drach.iij. irini olei drach.xvi. irim,crocum,thus è paſſo terito.deinde quæ liquari debent liquata admiſceto & conficito:ſpeculum uero aſſidue imponendum eſt,atq; obſeruandum ne carnis excreſcentia ſuperueniat,quam tali medicamento reprimemus. ſquammæ,æruginis æris,corticis thuris ſing.drach.ij.terito & utere. uel æruginem,& ſquammam cum diluto plumbi conficito,& applica. neq; interim tamen ſpongiæ exarentis uſus omittendus eſt, donec labia orificij callum obduxerint, deinde & ſtamneum tubulum applicabimus.

De hæmorrhoidibus uteri ex Aſpaſia. Cap. XCIX

HAemorrhoides, quandoq; in ore uteri, quandoq; in collo, quandoq; in ipſo uaſe,nōnunquam etiam licet raro,in pudendo contingunt, quæ quidem interdum tactu, melius tamen ſpeculo deprehenduntur, eademq; omnino accidentia inferunt,quæ reliquæ in ſede euenientes inferre ſolent,ac præterea ſterilitatem lumborumq; grauitatem purgationis tempore inducunt. uaricoſas igitur & maleficas prętermittere oportet,reliquas non aliter curabis,quàm quæ in ſede oriuntur.duras quidem & modicum cruorem emittentes neq; uaſis annexas confeſtim amputando.quæ uero cruorē affatim effundunt,eas circa baſim orbiculatim ſcarificabimus,deinde uolſella ſuſpendemus,ſcarificationiq; nodum innectentes conſtringemus,quas poſtea paulatim extenſas amputabimus,atque inde Antherum medicamentum aridum applicabimus.quod ſi abſque chirurgico opere malueris hęmorrhoidas areſacere & excæcare,huiuſmodi arida appones.ſpodium & roſas ſiccas terito,& inſpergito, uel acaciam cum uino auſtero ſubactam, uel lemnium ſigillum cum aceto illinito. Aliud:ſtibij unc.viij.roſarum ſiccarum,pollinis thuris ſing.unc.ij.cytinorum unc.unam. Aliud:balauſtiorum torrefactorū unc.vi. malicorij unc.iij.florum roſarum,ſpodij ſing.drach.ij. Aliud ad hæmorrhoidas efficacius:ſucci mandragoræ, aluminis rotundi, acaciæ ſing.drach.ij. è uino terito,& paſtillos formato, quos ſubinde diluens uino locis illines. Aliud:ſucci cicutæ,ſucci hyoſcyami, aluminis ſciſſilis, rubricæ ſinopicæ ſing.drach.ij. ſandycis drach.unam,cum uino ſubigito,atq; uſus tempore ſimiliter uino dilues. Aliud: dyphrigis drach.vi.ceruſſæ,ſpumæ argenti,plumbi uſti & loti,ſucci hypocyſtidis ſing.drach.iij.in ſucco cicutæ excipito,& cum uino applica. utere etiam medicamentis ad hæmorrhoidas ſedis ſupra memoratis, præſertim eo quod Hippocrati inſcribitur, ac potiones propinato, quas ad ſanguinis ſcreatum deſcripſimus, inſeſſionesq; in adſtringentibus decoctis adhibeto.

De calculo uteri. Cap. C

SEd & calculi interdum tophacei generantur in ipſo uteri uaſe fluitantes, quos extracturi prius clyſtere fimum ducente aluum euacuabimus, deinde fœnograeci & maluæ decocto adiecta roſacei portiuncula colluemus.tum mulierem ſupinam decliuemq; diductis cruribus ſtatuemus,duoſq; longiores ſiniſtræ digitos in ani foramen immittemus. dextra uero ſumen comprimemus,calculum expellentes,& extrorſum cogentes,ipſumq; digitis in anū immiſſis deducentes,ſenſim extrahemus. tophaceā autem ſubſtantiā extra in uteri collo uel orificio agnatam, muliere rite collocata,& locis ſpeculo dilatatis ſcalpro circūcidemus,deinde curabimus,& Antherum medicamentum loco inſpergemus.

De calculis ueſicæ. Cap. CI

IN ueſica uero mulierũ raro calculi oriuntur, latiorem enim urgentiorem rectioremq́ urinariũ meatum habent, atq́ huius quidem notas à muliebri pudendo accipies. adiacet enim ueſicæ uterus. Muliere ergo ſupina collocata coxis decliuibus, cruribusq́ reclinatis duos longiores ſiniſtræ digitos in pudendum immittemus. dextra autem ueſicam ſuperius cōprimentes calculum uerſus ueſicæ collum expellemus, cogemusq́ ipſum, ut extra muſculum collum ueſicæ adſtringentem prodeat, tum paulo ſupra pudendi alas quo loco calculus occurrit ſectionem ducimus, atque inde calculario forcipe extrahimus: tum ſectionem thuris polline replentes puramq́ lanam calido oleo madentem ſumini ac lumbis affatim apponentes deligamus, bis aut ter ſingulis diebus ac noctu ſemel exoluentes, & oleo calido perfundentes. tranſacta tertia aridis medicamētis, mordicatione carentibus & incarnantibus uſq́ ad perfectam incarnationē, uulnus replemus, deinde emplaſtro ex aceto & oleo confecto cicatricem inducimus. optime autem huiuſcemodi loca & omne concauum ulcus incarnat, quod habet pollinis tritici unc. ij. colophoniæ tritiſſimæ unc. i. hoc arido totam ulceris cauitatem replebis.

De aquoſo ramice ex Aſpaſia. Cap. CII

AQuoſi ramices circa pudendi alas cōſiſtunt, inflationibus ſimiles, imbecillo ac molli tumore, interdum alteram tantum partem, interdum utranq́ occupantes, quandam fluctuationis apparentiam tactui afferentes. primo igitur diſcuſſionem tentabimus, medicamētis, quæ ſuperius ad aquoſos uirorum ramices memorauimus, præſertim ubi uirgines nacti fuerimus. quæ ſi parum proceſſerit muliere rite collocata ſectionem rectam tumori congruam ducemus: diſſecta uero ſuperficiaria cuti ſubiectas tunicas paulatim excoriare oportebit, quas deinde uolſella correptas utrinq́ extendemus, & membranã quæ humorem continet diſſecabimus. excreto autem humore ſectionem membranę ad myrtei folij figuram in ambitu amputabimus, atq́ inde duabus tribus ue ſuturis labia ſectionis nectentes ſuppurante medicamēto curabimus. utere etiam olei irrigatione, ac reliqua curatione quam ad aquoſos uirorum ramices ſupra docuimus.

De inguinali ramice. Cap. CIII.

EVeniunt & mulieribus ramices inguinales, præcipue circa dextram partem ſinus uuluæ, quem nōnulli pudendũ appellant, prominet in his tumor durus, immurmurans, oppreſſu lædens, pręcipue ubi mulieres crura dilatauerint, aut ſupinę decubuerint. Has quoq́ congruis ligamentis & medicamentorũ applicatione curare oportet, ſicut in inteſtinali, inguinaliq́ uirorum ramice prædocuimus: quæ ſi non profecerint, ad manuũ pręſidium confugientes, mulierē ſupinam decliuibus cruribus ſtatuemus, repulſoq́ inteſtino locum circa inguen oblique ſecabimus, poſtea tunicas cuti ſubiectas ſenſim excoriabimus, atq́ ita relaxatã peritonei membranę partem attrahemus & extendemus, inteſtinũq́ diligenter repellentes, quod ſuperuacuũ eſt peritonei, arcte deligabimus, ſuturamq́ admouebimus: tum quod ſupra ſuturam extabit ſuperuacuũ amputabimus, deinde duabus tribus ue ſuturis labia ſectionis cutis colligemus, & immiſſis linamentis lanaq́ ſuccida uino & oleo madefacta ſuperius appoſita congrua ligamenta adhibebimus: poſtea medicamentis puri generando idoneis, & ijs quæ repurgandi, incarnandiq́ uires habent, & irrigatiōibus cataplaſmatiſq́ utemur, quouſq́ inflãmationes quieuerint, atq́ inde ad ea procedemus, quæ reliqua ulcera ad cicatricem deducunt.

De uaricoſo ramice ex Aſpaſia. Cap. CIIII.

SOlet etiam uaricoſus ramex in alis pudendi generari, qui uenarũ dilatatio eſt, ſimilis uaricibus quæ in ulceribus oriuntur. hunc curaturus ſectionem rectam

ſuperficia-

ſuperficiariā pro uaſis figura duces, deinde tunicas uaſi adhærentes ſenſim excoriabis,& ubi uas denudatum fuerit cæca uolſella eleuabis,& duobus nodis deuincies,altero inquam ſuperius,altero inferius:poſtea uenam ſecabis,ſicut in phlebotomia fieri cōſueuit,atq; ubi ſanguis in ipſa exiſtens eductus fuerit,medium uaſis quod ſuperuacuū eſt,amputabis, quod quidem omnibus uaſis curandis cōmune eſt,quæ in uaricū formam tranſierint,tum linamentis ſectioni impoſitis ſpongiam aceto aut poſca madefactam applicabis,deinceps ad pus generandum uerteris.

De nymphotomia. Cap. CV

NYmpha ſubſtantia quædam eſt muſculoſa,aut coriacea,ſupra alarum conuentum ſita, ubi urinarius meatus locatur, quæ in nonnullis mulieribus ad tantam molem augetur,ut pudorem,deformitatemq; inducat,imò & à ueſtimentis iugiter arrefacta,irritat,& ardorem ueneris ſuſcitat, propterea ægyptijs uiſum eſt ut antequam exuberet,amputetur, tunc præcipue cum proxime nupturæ ſint uirgines,traduntq; huiuſmodi amputandi modum. uirgini in ſella collocatæ retro aſſideat robuſtus adoleſcens,& ſuas ipſius ulnas uirginis poplitibus ſubijciēs,crura eius uniuerſumq; corpus regat. tum artifex coram aſſiſtens tenacula os latum habente nympham corripit,quā manu quidem ſiniſtra extendit, dextra uero prope tenaculæ dentes amputat, menſuram autem amputandi, eandem quam in columellæ ſectione ſeruari oportet, ut pars tantum ſuperuacua auferatur. diximus prope tenaculæ dentes nympham amputandam eſſe,quoniā cum ſit coriacea per quàm plurimum extenditur, & facile niſi id obſeruetur amputatio ultra id quod oportet,porrigitur, atq; inde ueluti à nimis profunda angulorū oculi ſectione defluxus ſubſequitur. peracta uero chirurgia ſpongia è uino adſtringenti aut aqua frigida expreſſa ulcus corroborabimus,deinde thuris pollinem inſpergemus, & linamentum poſca madefactum apponemus,ſupraq; ſpongiam è poſca expreſſam alligabimus.poſt ſeptimam cadmiam tritiſſimam priuatim, uel cum roſarum floribus, uel diphryges tritum, uel cinerem oſſium palmularum inſpergemus, quod etiam facit ad pudendorum ulcera.

De cauda. Cap. CVI

NOnnunquam in quibuſdam mulieribus carnoſa quædam ſubſtantia muliebre pudendum replens,ab ore uteri exoritur, interdum & extra progrediēs aſininæ caudæ ſimilis,unde etiam nomen inuenit. Mulier igitur quemadmodum in nymphę amputatione diximus,collocanda eſt,& prominens caro tenacula extendenda,totaq; enſiculo à baſi amputanda,ac poſt chirurgiam, ſicut de nympha docuimus,curatio peragenda.

De thymis,formicis,& uerrucis uteri ex Philumeno. Cap. CVII

THymus uel in alis,uel in ipſo pudendo,uel in ore uteri, uel in collo generatur, eſtq; aſpera quædam eminentia miliacea thymi corymbo ſimilis,quibuſdam mitis eueniens,quibuſdam maleficus,ruber,cruentus,pręcipue poſt concubitum, aut deambulationes:atque is morō præmaturo aſſimilatur,uiſuq; deprehenditur, modo ſine ullo artificio oblatus,modo per ſpeculum reuelatus. huiuſmodi autem eminentias in principio quidem curari oportet, quemadmodū de reliquis formicis,ac uerrucis prædiximus,ſed ubi diutius perſeuerauerint, manuum opus adhibebimus. muliere igitur rite collocata eminentiā tenacula extendentes totam enſiculo à baſi amputamus, deinde curationem cruentis uulneribus congruam applicamus.thymos uero qui in abdito receſſu latent,cum manuum artificio ſubijci nequeant, prætermiſſa chirurgia medicamentis curabimus, quæ iam ſuperius ad totius corporis thymos,& formicas ſunt explicata. cæterum pudendorū formicis hæc ſumme conferre compertū eſt.capræ iugulatæ ſtatim oculos pungito,& lentorem

torem inde effluentem iugiter illinito, & intra ſex dierum ſpacium formicæ abolebuntur. Aliud quod ego in uxore mea expertus ſum, eas enim radicitus tollit, origani feſtucam in lucerna accendito, & formicę admoue, ita ut non incendatur, ſed fumum ſuſcipiat, idq́; ter ſingulis diebus repetito. Aliud ad pudendi ſedisq́; thymos. uetuſtiſsimos calceos priuatim, atque item priuatim cucurbitam aridam cremato, & utrunq́; minutiſsime tritum æquis ponderibus permiſceto, deinde locis uino prius ablutis inſpergito. eſt enim expertum. maleficorũ autem thymorũ ſectionem ob eruptionis ſanguinis periculum euitare oportet, ſed non maleficos tuto amputabimus. neque enim hic ulla ſanguinis eruptio formidari debet, unum tamen obſeruandum eſt, ne uterus ab acie ſcalpri lædatur, quod facile uitabitur, ſi thymus prius extenſus prope tenaculæ dentes amputet̃, ſicut in nymphæ ſectione prædiximus. thymo uero amputato deſiccandorũ locorum gratia quodpiam medicamentũ ſiſtendo ſanguini idoneum applicabimus. humectatio enim regenerandorũ thymorũ cauſa efficitur, ſicut & pinguium medicamentorũ uſus: ideo in tota curatione ea quæ laxandi impinguandiq́; uires habent, ſunt fugienda. Poſt chirurgiã autem protinus gallam tritam aut alumen cum pari pondere thuris loco admouebimus. deinde ſubſequenti medicatione Anthero medicamẽto ex ſtomomate ferri confecto, aut roſarũ flore, & cytinis aridis utemur. nam hæc cõtrahunt, & quadantenus repurgant, atq́; ulcera ad cicatricem facile ducunt.

De condylomatibus ex Aſpaſia. Cap. CVIII

CONdyloma eſt rugæ excreſcentia, rugæ enim circa os uteri exiſtentes dum inflammationẽ patiuntur, incuruantur & indurantur, & euerſionem quandam & craſſitudinem in locis efficiunt. precipue uero in menſium excretionibus, & poſt partium turbulentias attolluntur, facileq́; tactu noſcuntur. His igitur adſtringentia fomenta, & eiuſdem facultatis ſuppoſitoria applicanda ſunt, quæ ſupra ad ſedis condylomata memorauimus, maxime quod è malicorio, & butyro, aut quod è lycio indico, & œſypo conficitur.

De rhagadibus uteri. Cap. CIX

EX uiolentis partubus ob magnitudinẽ capitis infantis rhagades circa os uteri eueniunt, ſed & ob acrium humorum defluxum loca effringentem & exurentem fieri ſolent. Ac primo quidẽ recenti partus dolore infeſtante rhagades latent. poſtea uero ulcerum ſenſus & cognitio paulatim emergit, nam & manuum attrectatu & concubitu dolores excitantur, quando etiam ex attritu cruentantur ulcera: certius tamen ſpeculo deprehenduntur. ſinu enim dilatato ſciſſuræ in ambitu oris uuluæ uiſuntur. in eiuſmodi ergo muliebribus locis chirurgiã, atq́; omne mordicans medicamentũ, effugere oportet, nam talia inflammationes & conuulſiones afferunt, ſed ſimplicioribus inſeſſionibus, & peſſis ad ulcera ſuperius memoratis, hedricisq́; medicamentis ad rhagadas utemur, præcipue ijs quæ è pompholyge, ſtibio, & plumbo uſto conficiũtur Aſclepiadæ. quod ſi rhagades calloſæ fiant aridum medicamentũ e charta combuſta, plurimo roſaceo dilutum per linamenta imponito. callos enim exterit, & ulcera expurgat, & ſi nimia eius acrimonia non toleretur, irim illyricam in terebinthina excepiã applicato. ulceribus autem cicatrice obductis, id quod è cadmia conficitur diſſolutum, aut quodpiam ex hedricis illinito, quemadmodum & quod è ſpuma argenti lota præparatur, paulo ſuperius ad canceroſos uteri affectus à nobis deſcriptũ. uel quod ad rhagadas ac ſedis & muliebriũ locorũ condylomata ita conficitur, ſtibij, acaciæ ſing. drach. vi. in paſſo excipito & utere. ſæpe & hoc in uſum recipitur, aloes, opij ſing. drac. xvi. ſtibij drach. vi. myrrhæ drach. iiij. thuris, æruginis ſing. drach. ij. in uino excipito, & cum paſſo utere. Aliud protinus conferens, ſtibij, acaciæ, plumbi uſti & loti

ſingu

ſing.drac.xvi.ſpodij,pompholygis ſing.drac.viij.ſeminis ericæ, aluminis ſciſſilis, atramẽti ſutorij,myrrhæ,thuris,opij,ſing.drac.viii.è uino terito,& tanq; collyriũ conficito,ac cum paſſo utere. Aliud ad omnia pudendorum muliebrium,& ſedis uitia,ſiſtens etiam hæmorrhoidas:ſpumæ argenti,ceruſſæ utriuſq; lotæ, plumbi uſti & loti,ſing.drac.xxv.ſtibij loti drac.ix.pompholygis lotę drac.viii.cadmię lotæ drac.v.in hæc omnia primo ſeorſum , deinde ſimul trita , uini & myrtini olei lib.i.paulatim inſtillato,& exquiſite ſubigito,cumq; probe unita fuerint in plumbea pyxide ſeruato,& tanquam optimo medicamento utere. Nos uero inquit Archigenes ceræ cyrenaicæ lib. i. & adipis anſerini tantundem adijcimus. quidam etiam plumbaginis drach.xx.permiſcent.

De ſcirrhomatis miliaceis uteri. Cap. CX

NOnnunq; in collo aut ore uteri,aut in ipſo pudendo miliaceæ quædam excreſcentiæ innaſcuntur,quę tactui quidem occurrunt , certius tametſi ſpeculo deprehenduntur,ſolentq; ueneris præcipue confricatu menſes, & concæptum intercipere.In his ergo aluus primo purganda eſt,deinde linteolo locus abſtergendus,& glans ex carne caricarum pinguium,& alumine ſciſſili imponenda,uel peſſus ex alumine & felle,aut medicamenta maturandis diſcutiendisq; panis idonea illinenda,collutionesq; ex aqua mulſa & quopiam aromatum decocto faciendæ.

De ſcabioſis uteri puſtulis. Cap. CXI

IN pudendo quoq; & uteri ore ſcabioſæ puſtulæ exoriũtur furfuraceas ſquammulas emittentes,pruritumq; inferentes, & calidæ aquæ perfuſione gaudẽtes, aduerſus quas aluũ aſinino lacte purgare,à cena uomere, in balneo ſudare, aquã calidam ingredi,uino cum nitro calefacto,& poſt uinum aqua calida collui oportet , locisq; licium indicum aut amurcam,aut butyrũ cum ſulphure aut ceratum myrtinum cum ſpuma argenti, aut alumen rotundum cum melle, aut malicorium cum myrtino oleo & melle illinere. ſquammas autem & formicas exterit cyclamini radix cum melle illita. cæterum ab omni acri, ſalſo,& acido , in alimentis cauendum eſt.

De alarum abſceſſu. Cap. CXII

QVod ſi in aliqua alarum parte abſceſſus cõtigerit, ſi uerſus ſedẽ declinauerit ſectionẽ uitare oportet, ex eorũ enim locorum ſectione, cũ rugoſa ſint, fiſtula facile generatur , ſin ſurſum ad urinarium meatum aſcenderit , tuto ſecari poteſt.

Ad mulieres exomphalas. Cap. CXIII

AMmoniacum è modico uino tritum adiecta cymini portiuncula apponito, & alligato,uel buphthalmum cum ſucco mori ſubactum illinito. Aliud Bituminis drach.xij. carnium caricarum pinguium tantundem, ſingula primo ſeorſum,deinde ſimul trita confice & applica.

Ad rugas alui, rhagadas, & nigredines prohibendas,quæ à partu oriuntur. Cap. CXIIII

ADiantum & aphronitrum albũ exquiſitiſſime trita inſpergito, & aluus non corrugabit,quo in balneo & extra balneũ uteris. Aliud Narciſſi bulbos decorticatos incidito, & in umbra exiccato, quorũ poſtea ſumes drac.viij. radicis ſtruthij cõtuſæ,farinæ ptiſanæ,farinæ cymini preſertim ægypiij ſing.drac.x.radicis bryoniæ,radicis ari,radicis agreſtis cucumeris,coſti,ſing .unc.iiij. terito & cribrato,ac uẽtri prius eruina farina deterſo inſpergito, & rurſus detergito, neq; enim rhagadas generari ſinit.immo genitas aufert,maculas etiam & nigredines in quauis corporis ſuperficie repertas exterit.in puerperis igitur uentrem prius oleo diligentiſſime perfricabis,poſtea chartã medicamẽto inſperſam applicabis, at faſcia

ſuperligata non niſi poſt iiii. dies amouebis, deinde totum corpus in balneo deterges, atq; omnem nigredinem, rhagadasq; deſtrues. Aliud ad aluos à partu nigrefactas. oſtreorũ uſtorum partem i. farinæ cymini præſertim ægyptij partes ii. confice & utere in balneo. Aliud Nigellæ nitri, portiones æquas, ad fecis conſiſtentiam ex aqua terito. Aliud Scyllæ uſtæ drac. viii. aut cornu cerui uſti, aluminis ſciſſilis, ſalis cappadocis, myrrhæ quã ſtacten uocant, mellis, ſing. drac. ii. farinæ hordeaceæ drac. xiiii. uſus tempore in mel crudũ excipito & panno attrito illitum uentri applicato, ac diebus vii. permittito, octaua uero eluito, atq; inde rurſus apponito, & totidẽ diebus permittito. Smegma ad reliquí etiam corporis ſuperficiẽ exterendam. granorũ ricini, quos crotonas uocant, bulborum narciſſi decorticatorum & areſactorum ſing. drac. viii. ſimilæ drac. iiii. thuris drac. ii. duo ouorum albumina cõficito, & utere. Smegma efficax. floris iunci odorati, iridis, ſing. drac. ii. maſtichæ drac. i. terito, & in ptiſanæ ſuccũ excipito, paſtilloſq; formato, quos uſus tempore aqua dilutos illines, & ex interuallis frigida elues. Aliud ſmegma ad corporis rugas ex Ruffo. Hoc ſi rugoſum corpus iugiter abſterſeris extẽdetur, habet autem caricarum pinguiũ, radicis bryoniæ, eruinæ farinæ, teſtarum ſepiæ uſtarum, ſing. partes æquas, quæ terenda ſunt terito, deinde caricis in mortario tuſis, reliqua trita admiſceto, & ſimul conficito, quo medicamento in balneo uti oportebit. Fricatorium ad nigredines plurimo uſu probatũ. thuris unc. i. s. ceruſſæ lotæ, ſpumæ argenti lotæ, amyli, ſcobis marmoris albi proconeſij, maſtichæ, aphronitri albi, teſtarum ſepiæ, ſing. unc. i. ſaponis gallici unc. xii. decem ouorum albumina, omnia ſapone excipito, & utere medicamento diluto in quacũq; corporis parte libuerit.

Lotio admiranda ſuperficiem exterens, & ſplendidam reddens. Cap. CXV

FArinæ fœnogræci, amyli, tragacanthæ, ſing. unc. iiij. ſtellæ ſamiæ, ammoniaci thymiamatis ſing. unc. iii. maſtichæ, medullæ ceruinæ recẽtis ſing. unc. iiii. tragacanthã lacte madefacito, deinde reliqua illi ad ultimã minutiẽ redacta admiſceto, & paſtillos formato, in umbraq; exiccato. utere etiã ſmegmatis, quæ in octauo lib. deſcripſimus, in quo ſimul inuenies quæ ad alarũ & oris fœtorem conferunt.

Quomodo conficiantur unguenta muſchata condita, œnantharia ſuffumigia & reliqua odoramenta.

Aridum quod beredriadum appellant. Cap. CXVI

ARnabonis, amomi, ſpicænardi, ſing. unc. iii. folij, ſtyracis, tantundem, croci, caryophylorum, ſing. unc. i. s. opobalſami unc. vi. roſarũ uirentiũ unc. xxv. Aliud muſchatum, folij, caſiæ, croci, ſtyracis, arnabonis, amomi, ſpicænardi, ſing. unc. i. s. caryophylorũ, drac. iiii. moſchi ſcrup. iii. opobalſami unc. i. olei indici uel ſimilis unc. iii. roſarum ſiccarum unc. ii. uel uiridiũ unc. iiij. Cõfectio arabica. maſuaphij, caryophyllorum, coſti, ſing. unc. ii. ſpicæ, ſucci roſarũ ſing. ſcrup. xij. amomi, ſtyracis, ſing. unc. i. gummi unc. ij. arida terito, & cribrato, & gummi madefacito, poſtea ſtyraci in mortario trito arida exquiſitiſſime admiſcebis, deinde gummi adijcies orbiculoſq; rotundos ad ciceris madefacti magnitudinem conficies, quos acu pforatos ualido funiculo traijcies, & ubi exaruerint collo nectẽdos præbebis.

Xeromyrum roſatum. Cap. CXVII

ROſarum aridarum lib. i. coſti, folij, caryophylorũ, hypni, caſſami odorati, unguiũ aromaticorum, ſtyracis, ſing. unc. ij. Aliud xeromyrum, folij, roſarum ſiccarum, amomi, coſti, caryophylorum, ſpicænardi, ſucci arnabonis, croci, ſing. unc. i. hypni, ſtyracis, opobalſami ſingu. drac. iij. Aliud Roſarum lib. iij. hypni lib. i. panni attriti aridi * unguium aromaticorum unciam unam.

Xeromyrum

Xeromyrum leucophyllum appellatum quo ad collum & axillas utuntur. Cap. CXVIII

TErræ ſamiæ lib.i.ſtyracis,folij,opobalſami,ſing.unc.ij.ſtyracem cum opobalſamo ſubigito,folium uero terito & cribrato,deinde omnibus ſimul in mortario probe commixtis,ſucci roſarum quod ſufficit adijcito,& utere.

Hygromyrum quo mulieres ad aures utuntur. Cap. CXIX

FOlij,ſucci ſpicænardi,maſtichæ,caryophylorum ſingu. unc.i. ſcrupu.xij. ſtyracis pinguis,opobalſami,ſingu,unc. ij. croci ſcrup.vi. moſchi ſcrupu. i. olei ſalca electi unc.iiij.

Olei ſalca confectio præcioſa. Cap CXX

OLei omphacini ſext.xx.iridis illyricæ lib.i. amomi unc. vi. aſpalathi, hypni, ſing.lib.i. caſſami aromatici lib. ij. caryophylorum, aut folij, carpobalſami, ſing.lib.i.xylocaſiæ unc.v.caſiæ unc.iiij.coſti,ſtyracis pinguis,croci,ſingu. unc.i. myrrhæ,arnabonis,ſing.unc.ij.ſpicęnardi unc.iiij.omnia in aqua decoquito.Modus autem conficiendi in primo libro habetur, ubi olei ſalca aliam pulcherrimam deſcriptionem & unguenti nardini pręparationem inuenies.hygromyri cõfectio. olei ſalca lib.ij.opobalſami lib.i.ſpicænardi,folij ſingu.unc.iiii.carpobalſami,arnabonis,amomi,ligni aloes,ſing.unc.ij.maſtichæ,moſchi.ſing.ſcrup.vi. quod ſi etiã caphura non deerit ex ea unc.ij.adijcito. hoc ad axillas utuntur,& cum radiolo in aures imponunt. Leucophylli ſeu xeromyri albi confectio. ſpecularis lapidis lib. unam,folij.ſpicęnardi,caryophylorum,ſing. ſcrup.vi. ſandaua ſcrup. xii. moſchi ceratia vi.

Foliati confectio. Cap. CXXI

OPobalſami lib.i.ſtyracis,amomi,ſing.unc.iii.caſiæ unc.iiii.lilia numero xx. ſimul terito & utere.& ſi craſſiuſculum fuerit cum unguento ſalca diluito. Alia foliati deſcriptio, ceræ lib.i. nardi cyziceni lib. iii. picis brutiæ unc.v. ladani unc.i.ſtyracis pinguis unc.iii.coſti,caſiæ,ſing.unc.ij.cardamomi,folij,ſing.unc.i. ſpicęnardi unc.s.croci,uini aminæi,ſing.unc.i.opobalſami unc.iii. Foliati confectio ex Oribaſij monumentis: caſiæ unc.vi.folij unc.iii.amomi,ladani,ſing.unc.i. piperis gra.xl.myrrhæ trogloditicæ unc.i.unguenti nardini lib.i.arida terito & tenuiſſimo cribro excutito,deinde nardinum unguentum adijcito, & rurſus exquiſitiſſime terito, atq; ut nigrius reddatur medicamentum iuglandiũ cortices uſtos, & tritos admiſceto, ac tria opobal ami cochlearia inſtillato, & precioſiſſimo unguento utere etiam ad reſolutiones.

Spicati præparatio. Cap. CXXII

AMomi unc.ii.myrrhæ troglodyticæ,coſti,ſing. unc.i.folij, caſiæ, foliati unguenti,aut ſalca ſing.unc.iii.ſpicęnardi unc.i.ſpicæ celticę unc.iiii.unguenti nardini unc.vi.ceræ albæ quod ſufficit,atq; ut ſubſtantia liquidior reddatur addito unc.iii.opobalſami.

Oenantharij confectio. Cap. CXXIII

COſti unc.ii.caſiæ,carpobalſami, ſpicænardi,ſing.unc.i. amomi unc.v.nardi celticæ unc.iiii.ſpicati unguenti & foliati, aut ſalca, ſingu.unc.iii.ceræ albæ quod ſufficit,& ut ſubſtantia liquidior efficiatur iii. unc. opobalſami admiſceto. Alia œnantharij deſcriptio.Coſti unc.ii.caſiæ,carpobalſami,maſuaphij,myrrhæ, ſing.unc.i.amomi unc.v.ſpicęnardi,ſtyracis,ſing.unc.iiii. caryophylorũ unc. i. s. opobalſami unc.vi.& lilia num.xl.uini adſtringẽtis odorati ſext.xii.ſalis capadocis unc.ii.liliorũ folia quicquid eis croceum inſederit diligenter deterſeris, in ſindone pura inuoluta diẽ ac noctẽ in umbra exiccato,donec tabuerint, deinde myrrhæ in mortario cũ uino ſubactæ arida trita & cribrata admiſceto, & pariter uino

diluito, quibus poſtea ſtyracē digitis in minimas partes friatum adijcies, & omnia ſimul cum opobalſamo probe conficies, tum illa in idem mortarium coniecta cū cæteris commiſcebis, ac manibus ſubiges, atq; inde omnia in uitreum uas traducta, concuties, & uino poſtea in idem uas infuſo rurſus concuties, quod demum moſcho, aut hypno diligenter occludes, deligabis, luto illines, & quadraginta diebus inſolabis.

Abſinthati ſiue rhodabſinthati ſalubris confectio pulcherrima. Cap. CXXIIII

SPicænardi ſcrup. ij. folij, amomi, ſing. ſcrupu. i. maſtichæ ſcrup. iij. mellis ſext. i. uini ſext. quatuor, uel ut alij quinq;. quidam pro amomo coſtum inijciunt. Aliud: roſarum exectis unguibus & in ſindone diem ac noctem tabefactarum lib. i. mellis optimi ſext. i. uini antiqui ſext. v. roſas in uino xv. diebus præmadefacito, ſingulis diebus fictile uas continens ſoli exponendo, deinde uino per colum traiecto duos ſpicænardi ſcrupulos, aut unum caſiæ admiſceto, quæ prius è modico uino in mortario trituerís, poſtea adiecto melle omnino exquiſite ſimul conficito, & utere.

Roſati confectio. Cap. XXV

ROſarum exemptis unguibus & in umbra exiccatarum libram unam, uini antiqui & ſplendidi ſext. v. mellis ſext. i. roſas in uino diem ac noctem madefacito, poſtridie autem uino excolato mel adijcito, atq; inde tribus diebus trāſactis exhibe. quidam ſex maſtichæ ſcrupulos admiſcent & ita aluum molliunt.

Conditi cathartici confectio ad pituitoſos quo hiemis tempore uteris. Cap. CXXVI

MEllis ſext. i. uini ſext. v. piperis grana xlvi. ſtyracis calamitæ ſcrup. iij. ſtyracem in trulla ſuper prunis cum modico melle diluito, deinde in mortario ſimul cum pipere exquiſitiſſime terito, tum mel paulatim inſtillando conficito, ac poſtremo uinum ad miſceto. Illud uero ſemper meminiſſe oportet, mel niſi admodum purum fuerit non permittere ut potus ex eo confectus unquam reſideat & depuretur. erit ergo deſpumandum purumq; reddendum, nam ſi deſpumatum ſit eodem die potus reſidebit & depurabitur.

Abſinthati confectio. Cap. CXXVII

Spicænardi ſcrup. v. croci ceratia tria, abſinthij drachmam unam.

Maſtichati & cyminati præparatio. Cap. CXXVIII

Cymini ſcrup. xij. uini ſext. v. mellis ſext. i. maſtichæ unc. i. s.

Aniſati confectio.

ANiſi ſcrupu. viij. ſpicæ herbæ quam ſtachyn uocant ſcrupu. vij. uini ſexta. v. mellis ſext. i.

Citrati confectio. Cap. CXXIX.

COrticis citri electi uel foliorum eiuſdem unc. viij. uini ſext. duo, mellis ſext. i. corticem aut folia in uino ſeptem diebus madefacito, deinde uino per colum traiecto mel admiſceto.

Apiati præparatio.

SEminis apij ſcrupu. xij. ſeminis rutæ ſcrupu. vi. ſeminum pirorum par pōdus, mellis ſex. i. uini ſext. iiij. pro abſtemijs uero uini loco aquam adijcito.

Rhodomali confectio. Cap. CXXX

SVcci pomorum dulciſſimorum dempto cortice & medulla ſext. ij. aquæ ad tertias decoctæ ſext. iiij. ſucci roſarum ſext. i. mellis ſext. i. s. ſuccum pomorum ſuo tempore exprimito, & per colum traijcito, cui deinde mel admiſcebis, & uſq; ad roſarum tempus ſeruabis: in uere autem aqua ad tertias decocta, & ſucco

è roſis

ē roſis expreſſo omnia ſimul conficies,& ubi probe confecta fuerint,exhibebis.

Muſtati confectio. Cap. CXXXI

SImilæ ſext.xvi.olei omphacini ſext.quinq;,piperis uncias quinq;, folij caryophyllorũ ſing.unciam unam, muſti dulciſsimi ſext.iij. mellis libras duas. fiunt ex ijs tanquam placentulæ paruæ.

Cari confectio pro abſtemijs. Cap. CXXXII

AQuæ ſext.xxxi.ſalis ſext.ij. ciccrum nigrorũ aridorum ſext.iiij. amanitarũ libras duas,caricas quinquaginta confice,excolato & ſeruato.

Suffumigij muſcati præparatio. Cap. CXXXIII

ROſarum uiridium libras vi.mellis attici,per colum traiecti lib.iij.unc.iij. folij unc.xvi.amomi unc.iiij.caryophyllorũ unc.ij.ſpicæ nardi unc.iiij. coſti unc. viij. unguium aromaticorum unc.unam,carpobalſami unc.iiij.aſſari unc.ij.aloes unc. unam, calami indici unc.vi. nuces indas tres, ſandalorum ſcrup.xvi. ambræ unc.unã,ſtyracis pinguis lib.iij.maſtichæ unc.iij.croci unc.i. quidam pro ſtyrace ladani pinguis & ſtactæ unguentariæ ſing.lib.i.uel ut alij unc.x.& moſchi ſcrup. iiij. accipiunt. aridis tritis & cribraris ladanum, ſtyracem, ſtacten,& mel ſimul in mortario ſubacta admiſceto,& in trulla diluito,deinde ambram liquefactam adijcito, poſtea moſchum calida aqua diſſoluito partemq; ipſius formationi ſeruato, tum ſuffumigium in mortarium coniectum manibus diligenter ſubigito, & moſchum imponito,parteq; eius ſeruata cuncta probe conficito.

Suffumigij Regij confectio. Cap. CXXXIIII

STyracis calamitę lib.unam,ligni aloes unc.vi.ambræ unc.i. moſchi ſcrup.iiij. quidam uero idem ita cõficiunt,ſtyracis calamitæ lib.unã, ligni aloes unc.iiij. ambræ unc.unam,moſchi ſcrup.iiij.adduntq; ſucci roſarum quod ſufficit.

Suffumigij moſchati Theopompi confectio. Cap.CXXXV

STyracis pinguis unc.x. caryophyllorũ, coſti, roſarum ſiccarũ, maſtichæ ſing. unc.unã,moſchi ceratia quatuor. Ego uero inquit moſchi ſcrup.ij.& balſami quod ſufficit adicci.

Alia ſuffumigij moſchati præparatio.

FOlij,coſti,roſarum aridarum,hypni,ſpicæ nardi ſing.unciam unam,croci,unguium aromaticorum, caryophyllorum, caſiæ ſing. ſcrup.duodecim, carpobalſami, bdellij ſing.tantundem, ſtyracis ſcrup.uiginti,moſchi ſcrup.tres, rhodomelitis quod ſufficit.

Suffumigij boni roſati confectio. Cap. CXXXVI

FOliorum roſarum aridorum,coſti,maſtichæ ſing. unc.ij. ſpicæ nardi,amomi, opobalſami ſing. unc.i.s. croci, myrrhæ ſing. unciam unam, ſtyracis unc.x. uini odorati antiqui,& mellis quod ſufficit.

Suffumigij moſchati in Eccleſia recepti confectio. Cap. CXXXVII

COſti lib.iiij.s.caryophyllorum lib.ix.folij lib.i.s.ſpicæ nardi tantundem,caſſami unc.xiiij.ſtyracis liquidi lib.xvi.aſpri lib.iij.croci capillaris unc.x. moſchi, ambræ ſing. ſcrup.ij. ambræ, moſchi ſing. unc.ij. Princeps uero anatolæ ita præparat,coſti uncias tres,ſpicæ nardi unciam unam,folij tantundem,caryophyllorum unc.i.s.caſſami unc.s. aſpri uncias duas, ſtyracis liquidi electi unc.quinq;, croci trochiſcati ſcrup.duos,moſchi,ambrę ſing.ſcrup.duos.Suffumigij unguentarij præparatio, coſti lib.i.s. elenij,roſarum aridarum,nigellæ ſing.libram unam, carpobalſami,aſpalathi ſing.libras duas, myrrhæ lib.i.s. tari quod eſt lignũ aloes, ladani ſing.lib.iiij.amomi libram unam,maſtichæ uncias viij.ligni caryophyllorũ unc.vi.foliorum ſcylmatis * hypni lib.xij. ſtactæ lib.v. bdellij lib.ij. unguium aromaticorum,croci trochiſcati ſing.uncias quatuor.

Suffumigij

Suffumigij unguentarij inſignis confectio. Cap. CXXXVIII

COſti lib.i.s.caſſami libram unam,ligni caryophyllorum, foliorum ſcylmatis * ſpicæ nardi, ſing. unc.vi.corticis aſpalathi, roſarum ſiccarum ſing. uncias tres,maſtichæ chiæ,bdellij ſing.uncias duas,ladani libras tres, ſtactæ nigræ lib.vi. croci ſcrup.vi. Ego uero inquit pro ſtacte nigra albæ libras duas,& ſtyracis libras quatuor,admiſceo.

Suffumigij amabilis præparatio. Cap. CXXXIX

COſti unc.xix.caryophyllorũ uncias quatuor,ladani libram unam,ſpicæ nardi folij ſing.uncias ſex,ſtyracis libras tres,aſpri unc.xvi.croci uncias ſex,moſchi uncias octo,mellis uncias quinq̃.

Suffumigium Dominæ Romulæ. Cap. CXL

STyracis calamitæ libras duas, coſti, ſtactæ albæ ſing.unc.ſex, caryophyllorũ, tari ſing.uncias duas,ſpicæ nardi unc.ij.s.croci unc.iiij.ambræ drach.iiij. alua unciam unam,moſchi ſcrup.iiij.uel quantum libuerit.

Suffumigium roſarum Embularchi. Cap. CXLI

CAſiæ, myrrhæ, bdellij, arnabonis, calami indici, ſarua, carpobalſami,ladani pinguis,hypni,folij ſing.uncias tres,caryophyllorum,unguium magnorum aromaticorũ,maſtichæ ſing.uncias quatuor, croci uncias duas, ſpicæ nardi, opobalſami ſing.uncias ſex,roſarum ſiccarũ,ſtyracis ſing.libram unam,roſarum uiridium libras duas,uini antiqui odorati,& mellis attici quod ſufficit.

Suffumigium Pamphili epiſcopi. Cap.CXLII

FOlij,caryophyllorum,hypni,ladani pinguis ſing.unc.ij.s.calami indici, ſpicæ nardi, unguium maiorum aromaticorum,bdellij, carpobalſami, croci, caſiæ, ſing. uncias tres, amomi, maſtichæ ſing, uncias quinq̃, coſti unc.i.s. arnabonis tantundem, ſarua unciam unam, opobalſami uncias tres, ſtyracis pinguis libras tres,roſarum uiridium exemptis unguibus libras ſex,uini mulſi quod ſufficit.ſitq̃ mel electum & uinum antiquum odoratum.

Smyrniſis conſeruando cadaueri. Cap.CXLIII

ALoes,myrrhæ,gummi ſing.libram unam,ſarcocollæ libras duas,acaciæ ſeſquilibram,thuris uncias ſex,opobalſami tres.

AETII AMIDENI LIBRI SEXTIDECIMI ET VLTIMI FINIS, IOANNE BAPTISTA MONTANO MEDICO VERONENSE INTERPRETE.

CHARTARVM TERTII TOMI
INDEX

A B C D E F G H I K L M N O P. Omnes terniones, præter P quaternionem.

BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA, PER HIE/
RONYMVM FROBENIVM ET NICOLAVM
EPISCOPIVM MENSE AVGVSTO
ANNO M D XXXV



FRO BEN.

AD LECTOREM

Non ignoramus, penè ſupuacancũ eſſe, in eiuſmodi autorum libris, qualis eſt Aetius, conſcribere indices, quum copioſiſſime quæ tractantur notabiliora, in capitum ſingulis libris præfixorum enumeratione recenſeantur. At ut receptæ ſatisfaceremus cõſuetudini, non piguit eorum etiam quorum in capitibus nulla fit mentio, colligere elenchum, in quo prior numerus tomum, poſterior paginam denotat.

A

ABlutiones cõſtipationem uentris ſoluentes 1.140
abortientium ſigna, cauſæ & curatio. 3.124
abrotani decoctũ uermes potentius abſinthio interimit 1.6
abſceſſus & dyſenteriæ diſcrimen 2.175
abſceſſus quæ rumpant & quæ diſcutiant 2.175
abſceſſus maturantia & rũpentia 2.205
abſceſſuum ſiue apoſtematũ quorumcunque curandorũ ratio 3.32
abſinthia uaria 2.137
abſtergentia 1.93
Acetum quando noxium 2.23
aceti mulſi apparatus & uſus 2.133
acetum ſcillinũ quomodo paret 2.140
aceti, uini & olei uſus 2.317
achoribus & aliis capitis ulceribus curandis 1.274.275
acopa unguenta quæ 2.276
acopon Eræ Cappadocis 2.344
adipes tumoribus apti 2.332
adſtringentia. 1.94.278
adſtringentia quibus conueniant 2.102
adſtringentia quibus fluxiones moueant 2.167
adſtringentia quando noceant 2.329
adurentia ſiue cauſtica 1.93
Aetii ſermo primus, de ſimplicib. pharmacis: ſecundus de purgãtibus 2.137
aeris uarii cõmoda & incõmoda 1.142
aeris qualitates 1.142
æruginis uermicularum confectio 1.63
agarici drac. i. è uino bibita corpus euacuat 1.7
ageratus lapis 2.37
allantoides & amnæa membranæ fœtum exterius ambientes 3.117
alentia modice 1.97
alentia plurimum 1.97
alimenta attenuantia 1.95
alimentorum uariorum uires 1.94
allium inter acria minime inflat 2.146
allii eſus emolumentum 2.372
aloes lotæ & illotæ uſus 2.112
alopeciæ remedium 2.16
alopecia humidi prauitate caluities paucitate generatur 1.266
alopeciæ curandæ pharmaca 1.267
althæa eſt malua arboreſcens 1.28
aluum citantia 1.101
aluum detinentia 1.101
aluum cit ſiſtitq; braſſica, pro coctionis diuerſitate, quemadmodum & lens 1.11.27
aluo adſtrictæ adhibenda cura 2.135
alui adſtrictio ex cibo citra menſuram exhibito 2.135
aluum adſtringũt febres 2.136
aluum adſtringit flauæ bilis cohibitio, ſoluta cit 2.136
aluum adſtringentia & laxantia 2.137
alui fluxione laborantis curatio 2.160
alui fluxiones quãdo cohibendæ, quandoue promouendæ 2.160
alui fluxione ex debilitate laborãtium cura iuxta uniuſcuiuſq; naturã 2.162
amaranti coma è uino pota menſes ducit & ſanguinis grumos liquat 1.8
amphora 48. ſextarios continet 2.150
amurcæ remedium 2.18
anchuſa etiã lycapſos appellatur 2.217
ancylogloſſos, id eſt, linguæ curuatura impeditos expedientia 2.33
Andromachi uiride hecatondrachmũ 3.81
aneuriſma quid 3.46
aneuriſmatis quàm periculoſa curatio (3.79
angina occulta 2.48
anginæ differentiæ 2.48
anginæ fomentum per uaporem 2.50

anginæ commoda compoſitio ex ſemi ne rutæ 2.51
anhelosi qui græce aſthmatici & orthopnoici appellantur 2.68
ani & ſedis morbis uarijs curandis 3.2 pag. 5. ad 15.
animi deliquij ſpecies uariæ 1.219.220
animi deliquium 2.107
animi in balneo deliquium 2.108
antheros quid 2.20.46
antidotus Beſtiana 2.209
antidotus ex hyperico 2.352
antidotus Mithridatica 2.400.404
antidotus pāchreſtus, hoc eſt, omnibus ferè morbis utilis 2.85
antidotus ex quatuor. quæ & myſteriū
aperientia & incidentia 1.100 (2.94
aphronitri & ſpumę nitri diſcrimē 1.62
apochyma reſinæ genus 2.346
apoplexia quid 1.253.254
apoplexiæ curatio ibidem
apoſtematis in utero orti, chirurgica curatio 3.168
appetitus perditio 2.124
appetitus pditi acceſſiões gnęq; 2.124
appetitū reuocantia odoramenta 2.125
appetitum irritantes cibi 2.125
appetitus caninus quid 2.125
appetitum deſtruentes cibi 2.126
appetitus caninus ex aſſidua alimenti indigentia 2.127
aquæ pluuialis, fontanæ, putealis, fluuialis, & è ſtagnis qualitates & ad medicinam uſus 1.145
aqua frigida poſt holus comeſtū quos generet morbos 1.145
aquæ calidæ facultates 1.145
aquarum ſua natura calidarum uires 2.62
aquæ frigidæ ſorbitio 2.39
aqueo humori educendo 1.120
aromatum quantitas in pharmacis fiat iuxta accepturi ſenſum potius q̄ porrigentis. nam iucunda, commoda: & contrà 2.134
arquati ſeu icterici cura 2.228
arquatorum purgationes 2.229
arteriarum inciſio ad quid 1.114
arteriæ carotides 2.48
arteriarum pharmaca 2.59
arteriarum inciſio 2.62
arteriæ & uenæ multæ in utero finem capiunt 3.118
arteriacos meatus obſtruentia 2.55
arteriacæ uariæ ad uocis aſperitates 2.56
arteriacæ uariæ ad affectiones inueteratas, tuſſim, raucam & ſuppreſſam uocem 2.57.58
arteriacæ uariæ 2.59
arteriæ aſperæ ulcera 2.83
arthreticorum ob tenuem fluxū ægrotantium cura 2.327
articulis ſedādis qui prę algore orti fuerint 1.32
articulis & podagræ confert thymum 1.47
articulorum incuruatorum cauſa 2.310
articuli quando perurendi 2.317
aſelli in eclegmate 2.70
aſpergendi ratio 1.148
aſpidum ſpecies 2.371
aſthmaticis commoda remedia 2.70
atractylidis herbæ uſus 3.80
atræ bilis influentis ſigna 2.313
atræ bilis generatio 2.313
atræ bilis influxu laborantium cura 2.326
atræ bilis cum alijs permixtæ curatio 2.329
atheromatis & meliceridis diſcrimen 3.77
aurium adfectibus uarijs curādis 1.276

B

Balnea ἄποια ut dulcia, qualitatem medicinarum pro adfectus exigentia additarum aſſumunt 1.146
balneorum naturalium qualitates & facultates 1.147
balnea frigida quibus conferant 1.148
balneum frigidum ingreſſuri præparatio & egreſſi curatio 1.148
balneum ex oleo quibus conducat 1.148
balneum ſiccis commodum 2.163
balneum quibus commodum 2.353
bilis quid & qualis 1.73
bili atræ educendæ 1.118, 121, 122

bilis

bilis atræ effectus 2,228
bilis flauæ educendæ 1,117,121,122
bilem flauam euomentes 2,103
bilem atram quæ generent 2,103
bilis eruginoſa 2,144
bilis in uentre retēta quid efficiat 2,160
bilis pallidæ effectus 2,228
bilis influxu laborantium cura 2,320
bilis influxu laborantium pharmaca & edulia 2,324
bilioſi fluxus ſigna 2,312
bilioſis nociua fames 2,324
branchia pulmonis obſtructa 2,68
bronchoceles ſeu gutturis ramicis ſpecies & curatio 3,76
bulborum & fungorum uſus 2,95
bulimo ſiue magna fame laborantium auxilia 2,107
butyrum bubulum inflammationes & parotidas maturat in corporib. molliuſculis 1,73
butyrum ulcera repurgat 2,89
byne quid 2,245

C

CAchexia ſeu malus habitus corporis 2,231
cacoethe ulcera maligna 2,185
cephalæa & hemicrania pharmaca 1,263,264,265
cephalicorum aliquot ulceribus incarnandis confectio 3,35
calcis uſus 1,15
calculis renum frangendis 1,19,40,49,58,60,138
calculis ſoluendis 1,61
calculorum renū generatio & cura 2,25
calculos renaſci diæta prohibens 2,257
calculi terēdi experimētū euidēs 2,261
calculi antidoti aliæ 2,263,264
calculo infrangibili & inexcrebili laborantium cura 2,266
calculis exactis alios renaſci prohibens diæta 2,266
calculoſæ ueſicæ & renum pharmaca
calefacientia 1,89,102 (2,259,260
calefacientia quomodo noceant colicis
calfactio corpo.ex frictiōe 1,107 (2,146
calloſis nodis articulorū ſoluendis 1,72
calorē ſolis uehementiorē paſſuri præmunitio & diæta 1,179
caluitiei curandæ pharmaca 1,268
cancri fluuialis commoditas 1,86
cancer exulceratus 2,176
cancri in mā̄millis orti amputatio 3,139
cancris inchoātibus, melancholicus humor euacuandus 3,55
canceroſa diſpoſitio inſanabilis, ſed mitigabilis tamen 3,171
canes rabidi ſiti inſaniunt, et à potu abhorrent 1,251
canes unde in rabiem concidant 1,251
capillos gignit cepa cum aceto 1,18
capnium & chelidonia 2,200,201
caput tentantia 1,102
caput ex reliquo corpore affici 2,29,30
capitis oſſibus fractis inſtillanda 1,67
capitis doloribus in febribus ſedandis 1,221
capitis dolorum ut cauſæ, ita curationes uariæ 1,259
capitis irroratio 2,62
carbunculo erumpenti ſanguinis minutione occurrendum 3,56
carbunculorum curandorum pharmaca 3,57
cardian.i. cor, os uētris uteres uocabāt
cardiacorū agnitio & cura 2,99 (2,99
cari & lethargi morborū diſcrimē 1,238
carnium edi ſolitarum quæ quibus pręſtent 1,77
carnium & piſcium temperaturæ, ſalis conditura immutantur 1,81
carnem gignentia 2,22
carnem eminentē deprimentia 2,22
carnes & piſces colicis utiles et inutiles
carnē replentia 2,207 (2,148
carpobalſamum balſami fructus 1,10
caſeorum optimus eſt recens oxygalactinus, hoc eſt, ex acido lacte factus, à reliquis cauendum 1,72
caſei recentis uſus 2,328
cataplaſmatis è ficubus confectio & uſus 1,151
cataplaſmatis è ſinapi confectio et uſus 1,152
cataplaſma ex ſtercore caprino 2,84
cataplaſma ex lolijs 2,84
cataplaſ.parabile ad fluxū uentris 2,161

cataplaſma fluxiones repellens 2.315
cataplaſmata dilaniantia 2.365
catapotia adipſa 2.109
catharrus ſiue deſtillatio & nariũ muc/
cus 2.60
catheter quid 2.256.266
catocha ſeu catalepſis ab humore me/
lancholico contingit 1.237
cauſos febris æſtuans 2.251
cenchrias animal 2.374.375
cerati ex oleo roſaceo confectio et uſus
ceratum ex palmis 2.204 (1.32
cerebro inflammato uena cubiti ſecan/
da 1.253
ceruinorũ & bubulorũ oſſiũ uſus 2.350
chalcitidis & atramenti ſutorij materia
cholericis remedium 2.117 (1.63
choleræ ſeu bilis effuſio 2.116
chordapſus inteſtinorũ emollitio 2.140
cibi uires reparantes 2.107
cibi nidoroſi, cibi aceſcentes 2.110
cibum non ſentientes, clyſteri connutri
ri 2.100
cibi qui ægrè corrumpuntur 2.127
ciborum in uentre corruptorum odo/
res 2.129
ciborum intempeſtiua ſumptio 2.129
cibi qui ægrè concoquuntur 2.129
cibi egeſti nihil mutati lienteriæ indi/
cium 2.197
cicatricem ducentia 1.93
cicatrices, uaros & uerrucas extirpan/
tia 2.9.10
cicatrici ulcerum & aduſtionum indu/
cendæ 1.25
cicatricem obducit diphryges 2.39
cicatricum nigrarum ex ulceribus reli/
ctarum cura 2.432
cinerum facultates 1.25
cinis pro cataplaſmate 2.364
cittæ ſeu picæ in mulieribus grauidis
cauſa, & quo tempore fiat, atque ab
ea liberandi ratio 3.120
clauis & formicis deſtruendis 1.30.46
clauis abſq; ſectione & uſtione curan-
clyſteris utilitas 2.229 (dis 3.67
coagulum ſanguinẽ in uentriculo con/
cretum ſoluit 1.73
coaguli uſus 2.80
cochlearum cruor 1.7
cœliaci qui 2.165
cœliacorum diæta, antidoti, malagma/
ta, & alia remedia 2.169
coli dolore affecti ex frigidis & pituito
ſis humoribus 2.145
coli & renum affectus agnitio 2.145
colicorum ſtercora 2.145
colica anodyna ſtupefaciunt 2.66
colicos lædentia 2.144
colicorum putatorum curatio 2.144
colicorum humor uitreus 2.146
colicorum uaria pharmaca, potiones,
antidoti, infuſa, cataplaſmata, epithe
mata 2.149.150.151.152.153.154.156
157.158.159
colliquationis ſigna in excrementis ap
parentia 2.116
colliquatio ſiue ſyntexis quid 2.170
collyrium Nili ex roſis 2.1
collyrium ex myrrha 2.2
collyrium ex ſandice ibidem
collyrij compoſitio ad liuores ibidem
collyriorum ingens copia 1.333
colocynthis ſtomacho aduerſa 2.95
colum, ſunt inteſtina craſſa 2.177
colũnella, gurgulio, uua, lorum 2.36
columnellarum uariarum, antidota ua/
ria 2.38
columnella obtorquenda 2.39
columnellæ ablatio 2.39
comitis morbi deſcriptio & cura 1.238
comit. morbi ſeu epilepſiæ cura 1.246
cõplexionis biloſę & pituitoſę cu. 2.329
componendi pharmaca modus 2.57
compoſita cur inducta 2.57
compoſitiones uariæ ad anginas 2.25
compoſitio ex capitibus papaueris ua/
ria ad tuſſes, arterias, fauces & diſtil/
lationes 2.70
conceptionis tempus 3.117
cõceptio infantis qui fiat in utero 3.117
cõceptionis & cõcepti ſex indicia 3.120
conceptionẽ falsò præ ſe ferentia 3.161
concoctio quid 2.128
concoctio difficilis quid 2.128
concoctionem impedientia 2.130
concoctionem iuuantia 2.130
concoctu facilia & difficilia 1.98.99

confe/

cõfectiones uariæ ad os illinendũ 2.41
conſilium utile his qui à ſtomacho, co/
mitialis morbi modo cõuelluntur &
concidunt 2.123
conſtipatio uentris quos generet mor/
bos, augeat & exacerbet 1.140
cordis tremores ſeu palpitatio 2.73
corporum habitibus in diuerſum mu/
tantibus 1.165
corporis humani qualitatibus bene tẽ/
perati, & partibus ad proprios actus
bene compoſiti deſcriptio 1.156.173
corpus odoratũ reddẽtia cataplaſmata
corruptu facilia 1.101. (2.5
corruptu difficilia 1.101
cotis naxiæ uſus 2.327
cotyledon quid 3.117
crapula quid 2.135
craſſis partibus conſtantia 1.92
corroborantia 1.92
craſſos ſuccos gignentia 1.95
crimnus quid 1.39
croci uſus .154
crocodilias quid 2.252
cruditati cõcoquendæ aut euomendæ
cruditas quid 2.128 (1.171
cruſtas tollentia 2.46
cruſtã inducentia quibus noceant 2.90
cucurbitulæ quibus corporibus & cor/
poris partibus applicandæ 1.115
curatio membri primũ affecti prior ſit
ꝗ per conſenſum affecti 2.111
cutem denſam facientia 1.93
cynogloſſum etiã limoniũ appellaẽ 2.13

D

DEntium doloribus 1.9
dentibus mobilibus firmãdis 1.51
dentium doloribus ſedandis 1.31.38.45
deglutiti metalli egeſtio 2.186
dentes dealbans & oris graueolentiam
faciens 2.17
dentes ſoli inter oſſa dolore afficiuntur
2.18
dentium affectiones duæ ſunt 2.18
dentium affectionibus medẽtia 2.18.19
dentium cura 2.23
dentium doloris ex frigiditate contra/
cti cura 2.24
dentes ne doleant 2.24
dentibus conferens collutio 2.25
dentium dolore ab humiditate affecto/
rum cura 2.25
dẽtibus dolorẽ nõ infert humiditas 2.25
dẽtes uexatos firmãtia & dealban. 2.26
dentes prominẽtes lima atterendi 2.27
dentium dolore à caliditate affectorum
cura 2.28
dentium dolore à ſiccitate affectorum
cura 2.28
dentium eroſorum curatio 2.29
dentiũ abſq; ferro & dolore extractio
dentibus denigratis, liuentibus ac (2.31
rarefactis cõmoda ſmegmata 2.31.32
dentifricia uaria 2.32
depaſtiones ſiue Nomen ueſicæ ſiſten/
tia 2.282
depaſcentiarum curandarum medica/
menta 3.44
deſtillantes in uentrẽ à capite humores
deſtillationis remedia uaria 2.63 (2.118
diæta eorum qui coire non ualent 1.111
diæta lacti nutricis corrupto emendan/
do 1.157
diæta habentibus aluum adſtrictam &
ſtomachũ diſſolutũ cõueniens 2.119
diæta inflationi obnoxiorum 2.140
diæta colicis apta 2.147
diæta cœliacis commoda 2.165.169
diæta lumbricos generans 2.71
diæta uires reparans 2.231
diæta ęgrotantium ob ſanguineum flu
xum 2.319
dipſas ſeu cauſus uiperæ ſpecies 2.373
diſcrimen inter catarrhum ſiue deſtilla
tionem, grauedinem, & coryzam ſi/
ue muccum 2.61
diſcuſſoria & mollitoria emplaſtra po/
lychreſta 3.90.96.99
diſcutientia 1.94
diſuriæ. i. meiendi difficultatis & ſtran/
guriæ cura 2.272.273
dolores pure perfecto minuunẽ 2.44
dolor pungitiuus 2.91
dorcadias & muſciũ herba idem 2.202
dropax ad colicos 2.158
dropacis conficiendi ratio 1.151 (2.346
duritierũ inſtat toforũ in artubus cura
dyſenteria. i. inteſtinorũ tormina 2.176

dyſentericorũ pericula triplicia 2.177
dyſenteria in inteſtino recto aut colo exiſtens incurabilis exiſtit 2.178
dyſentericis commoda cataplaſmata
dyſentericorum potus 2.182 (2.179
dyſẽtericis cõmodus eſt ſomnus 2.184
dyſentericorũ cõmunia remedia 2.186
dyſentericorũ pharmaca uaria ſupernè exhibenda 2.188.189
dyſentericis inſernè infundenda 2.190
dyſenteria & aluus ſoluta coxendicum morbum corrigit 2.304

E

Eclegmata ſuppuratis utilia 2.84
elephan.deſcriptio & cura 2.414
elephantiaſin incipientem arcens ſmegma 2.3
ellebori uſus 1.131.132
emmotorũ aliq̃t cõfectio & uſus 3.34
emplaſtra uaria 2.16
emplaſtra lichenica 2.14
emplaſtra alia plurima quorũ aliquot indicem habet pag.70.& 69
emplaſtra illitionibus præſtãtiora 2.14
emplaſtrum ex hydrelæo 3.83
emplaſtrum è uino & oleo 3.83
emplaſtrum ex oleo & aceto 3.83
emplaſtron bicolor polychreſton 3.83
emplaſtra cephalica polychreſta 3.85
emplaſtrum diachylon.i.è ſuccis 3.91
emplaſtrum è uerbenaca 3.94
emplaſtrum parrhygrum 3.95
emplaſtrum pyxis 3.97
emproſthotonus quid 1.258
enchymoma quid 3.62
ephialticorum incubo ſe premi putantium curatio 1.245
epithemata uaria 2.115
epithema ex ſtyrace 2.204
epithema molliens ac diſcuſſoriũ 2.222
epithemata ſplenica attemperandi modus 2.221
epithema Marciani 2.195
epithemata uaria dyſentericorũ 2.196
epulidi ſeu gingiuarum creſcenti carni 2.22
epulidas deprimentia 2.23
equitatio in ualentioribus roborat ſpiritum,ſtomachũ,reliquũq; corpus 1.110
eructationum uariarum cauſſæ & remedia 2.118
eryſipelatis & phlegmonarũ ſeu inflãmationũ affinitas & curatio 3.58
eryſipelate inflammationes 2.183
euacuando corpori 1.7
euocantia 1.94
euocãdi & diſcutiendi emplaſtra 3.104
euacuationes locorũ ſeu corporis partium à pag.135.uſq; 140. quarum index pag.106
excrementoſa 1.96
excrementis carentia 1.97
excremẽtorum uariorum in morbis ſignificatio 1.191.192
exercitium quid 1.107
exercitia quid commodi afferant 1.107
exercitia rei medicæ commodiora 1.108
exhalationes ex terræ effumationibus humidis fiũt uariẹ iuxta humoris quãtitatem 1.143
exiccantia 1.91.& 102.2.79
exulcerantia ſuperficiem 1.93

F

Faciei circumlitiones ab exuſtione ſolis & uenti præſeruantes 2.2
faciem rugoſam extendentia 2.3
faciem nigram dealbantia 2.3.4.5
faciem reddens rubicundam ſmegma 2.4
faciem & uniuerſum corpus illuſtrans, rugas diſſipans & cutem depurgans ſmegma 2.4.5
faciei manantiũ ſquammoſarũq; affectionum cura 2.6
faciei lentigines & maculas abſtergentia 2.7
facultates ſimpliciũ in genere iuxta eorum ſapores & naturam 1.2.3.4.5.6
fauus crudum diſtillansq; ulcus 3.80
farris apparatus pro dyſentericis 2.182
fatuitatis & delyriĳ diſcrimen 1.249
fatuitas eſt ratio & memoria deſtructa
febri ardenti conferens 1.37 (1.249
febres præ cæteris morbis redundãt omnibus communes ætatibus 1.183
febris eſt cordis arteriarumq; calor præter naturã robur uitale deterens 1.184
febrilis inuaſionis notẹ 1.185

febri-

febrilibus in morbis urinarũ ſignificatio utiliſſima 1,188
febrium ephemerarum cauſæ diuerſæ 1,195
febris ephemeræ curatio 1,195.197
febris ſynochæ, putridæ & ephemeræ participis deſcriptio, curatio & diæta 1,199
febrium putridarum ſpecies uariæ iuxta uarios humores, ſanguinis, bilis, phlegmatis & melancholiæ, putrefactos à pag.201,1.tom.uſq; ad 213
febris hectica poſtq; ſuo calore humiditatem partium corporis præſertim ſimilarium cordis areſecerit, tabes appellatur quæ inſanabilis eſt 1,213
febres quæ abſq; inflammatione & putredine ſunt, ab inedia & laſſitudine fiunt 1,211
fel urſi 2,30
fermentaceum cataplaſma 1,151
ficus morbus 2,124
ficorum menti, faciei, capitiſq; curatio 2,11
fimus caprarum quid præſtet 1,153
fiſtularum ſigna, differentiæ & curatio 3,52
flatibus obnoxij qui 2,138
flatibus uentris compeſcendis 1,8
flatum diſcutientia 1,99
flatuoſa 1,100
floris ſalis uſus 2,214
fluxiones ferè oẽs ſiſtit hippuris, quem admodũ & mora immatura 1,12,29
fluxionum ſeroſarum ſigna 2,313
fluxum muliebrem ſiſtens 2,81
fluxionum mixtarum cura 2,328
fluxionis ſanguineę et biloſę cura 2,329
fœcũditatis ſterilitatiſq; in mulieribus ſigna 3,119
fœtori corporis medentes potiones 2,6
fœtui concipiendo ſuccus ſaluiæ confert 1,45
fœtus in utero uiuificatio nutricatio & egreſſio 3,118
fœtuum mortuorum & præter naturã naſcentium extractio 3,124.127
fomentatiónes cutim rarefaciunt 1,149
fomenta irrigantia 2,84
fomentorum uoluulo commodorũ uaria genera 2,142
fomentationibus hypochondrium calfacere quibus noceat 1,149.150
formicæ morbus 2,331
formidini aquæ arcendæ 1,252
fraxini arboris deſcriptio & uſus 2,372
fricationes pectoris 2,72
frictio dura adſtrĩgit, mollis ſoluit 1,108
frictionis matutinæ & ueſpertinæ uſus (1,171
frigidæ nocumenta 2,116
frigidæ uſus 2,102
frigidæ potus hepar lædit 2,233 (1,170
frigidiorẽ aerem ingreſſuri p̃munitio
frigus inflammatis nocet, itemq; calor multus 2,43
fructus dyſentericis conceſſi 2,182
fuliginis picis confectio & uſus 1,41
fungis ſimſlia in petris 2,328
furfuraceum cataplaſma 1,151

G

GAnglij à meliceride & atheromate diſcrimen 3,79
gãgræna in ſphacelum uerſa, membrũq; ocyſſime abſcindendum 3,45
gangrænæ & ſphacelí diſcrimen 3,54
gari uſus 1,82
generantia ſemen 1,94
geſtationis ſeu uectiõis ſpecies, & quæ quibuſq; conueniant 1,109
gingiuis inflammatis remedium 2,19
gingiuis cruentis utilia 2,19.20
gingiuis excreſcentibus, putreſcẽtibus & tumeſcentibus conuenientia 2,20
gingiuarum fluori 2,20
gingiuis corroſis & ulcere ſerpente infeſtatis 2,21
gingiuarum adfrictoria 2,21
gingiuarum & oris abſceſſibus profundis & cruſtoſis 2,22
gingiuarum fiſtulis 2,23
glandium confectio & uſus 1,141
glandulæ ſeu antiades, & ad eas remedia uaria 2,53
glans ceſtiana 2,78
glans uim purgatoriam habens 2,137
glandes unde conficiantur 2,141
glandes & collyria dolorem ani leuantia 2,155

glans ſuppoſitiua 2.179
glans pudendi inferne non ſecanda 2.257
glans ex ſucco papaueris 2.283
gradus caliditatis, frigiditatis, ſiccitatis, humiditatis 1.1
Graſſoniæ odores tetri 2.5
grumos ſanguinis in ueſica diſſoluentia 2.280
grumos ſanguinis concretos diſſoluentia 2.83
gurgulio, columnella, uua, lorum 2.36
gurgulionis affectiones 2.36

H

HArmonia pharmaci genus 2.66
helcyſma argenti ſcoriæ 2.239
hepati quæ uenæ alimentum adferunt 2.199.200
hepatis colliquatio 2.199
hepatis ſimæ partes 2.200.201
hepatis abſceſſus 2.205
hepatis exulcerati remedia 2.206.207
hepatis colliquatio 2.206
hepatis ſcirrhus 2.208
hepar refrigeratum cõgelationis aquæ cauſa eſt 2.233.
hepatici qui 2.199
hepatici qui proprie dicuntur 2.207
hepaticorum uaria remedia 2.210.211
hepſema 2.19.56
herbarũ enumeratio alphabetica cum ſingularum qualitatibus & facultatibus à pag.7.tom.1.uſque ad quinquageſimamprimam
herinacei uſus 2.153
herpeti curando pharmaca 3.59
hieræ carharticæ uariæ, Logadij Galeni Archigenis, Ruffi, Iuſti 1.128.129
hibiſcum eſt radix altheæ 2.325
hiera Archigenis & Iuſti 2.223
hiera ex colocynthide conſtans 2.70
hircini ſanguinis uſus 2.261
humectantia 1.92.102
humorem crudum gignentia 1.96
humores ſeroſos Græci ἰχῶρας appellant 2.111
humores medicati & ſeroſi 2.166
humorum coxendices adfligentium dignotio 2.311.312.313
hydrocephali morbi deſcriptio & cura 1.234
hydropis aſcitæ & tympanitæ cura 2.234
hydropis ſubtercutis cura 2.244.246
hydropiſeos à mola dignotio 3.161
hydropiſis ſpecies 2.232
hydropici cur ſitiant 2.233
hydropicorum uaria cataplaſmata, epithemata, pharmaca, malagmata 2.235.246
hydropicorum diæta 2.247
hydrus animal 2.378
hypopiorum deſcriptio 2.1

I

IAſpidis uiridis uſus 2.123
iberitidis herbæ deſcriptio & uſus 1.153
iberidis herbæ ſiue cardaminę coxendicum dolori utilis deſcriptio 2.301
icterus ſeu morbus arquatus 2.227
icterus indicat febres 2.228
icterus purgationes fortes requirit 2.229
iecur fœtus per totum corpus alimentum diſtribuit 3.118
igne uel aqua feruida, aduſta corpora, quomodo curanda 3.61
illitio ſedis 2.100
impetigo in pſoram & lepram tranſit 2.12
impetigo fera 2.13
impetigines calloſæ 2.14
inciſio uenæ quæ inter paruum & anularem digitum eſt 2.78
incurabile fit quod à ſcirrho hepatis relinquitur 2.209
indicia quibus robur debilitasq́ trium animę actionum cerebri, cordis & iecinoris cognoſcuntur 1.183
indicia caloris innati refrigerationem, & acutis morbis extremã perniciem declarantia 1.184
indurata membra ob inflammationem nimis refrigeratam, incurabilia eſſe ſi ſenſum omnino amiſerint 3.72
indurantia 1.92
inediæ commoditas & nocumentum 2.144

infanti

infanti ſtertenti uomitum cientia 1.158
infantium uarijs morbis ſanandis 1.159
infanti recens ablactato, qui nam cibi & potus præbendi 1.161
infantium ablactatorum diæta 1.162
infantis recens nati cura & educatio 1.156
infantibus ob dentitionem ægrotanti/bus iuuandis 1.158
inflammationibus induratis 1.7
inflammationum uniuerſalium tempora & antidota in ſingulis eorum ad/hibenda 3.31
inflammationes laxantia 2.255
inflatio eſt flatus, neq; per os neq; per ſedem expulſus 2.138
inflationis antidoti uariæ 2.139
infuſum non retentum mortis indici/um 2.192
inguinum glandulis ſedandis 3.31
inſectorũ uariorum uſus 1.86.87.88.89
inſeſſiones inflammatis adhibentur 1.149
inſolatio ſeu apricatio quibus conferat morbis 1.111
intemperaturæ uẽtris acquiſititiæ octo 2.28
inteſtinum tenue et inteſtinum rectum 2.176
inteſtinum ieiunum quid 2.177
inexpertorum ratio habenda 2.38
ionthi & acnæ 2.10
ira aſſidua quid indicat 2.122
irrigatio ijs qui balneo interdicũtur ſuccurrit 1.148
irudines ſanguinem euacuaturæ quo/modo præparandæ 1.115
iſchiadicis ſeu coxendicum uitio labo/rantibus utilia 2.298.299.300
iſchiadica irroratio 2.299
iſchiadicorum clyſter 2.299
iſchiadicorum pilulæ ex colocynthide 2.300
iſchiadicis utile ceratum 2.301
iſchiadis uſtio, & uſtæ ſeu exacerbatæ cura 2.302
iſchiadicorum potiones & diæta 2.303
iſchiadicorum uaria cataplaſmata, epi/themata emplaſtra 2.304.305 306.307
iſchiadici morbi ſiue coxendicum doloris generatio 2.308.309
iſchuria, id eſt urinæ ſuppreſſio 2.274
iſidis emplaſtri compoſitio & uſus 3.81
iſoſtathmos confectionis genus 2.67
iſotheos 2.67.72

L

LAeſorũ externè caſibus uarijs corporum curatio 3.61
lætitiæ animiq; iucunditati inducen/dæ 1.11
labiorum craſſitiei 2.17
labiorum fiſſuras, ulcera & tubercula adglutinans 2.18
labiorum uulneribus cruentatis ſanan/dis 3.27
lac cibi & medicinæ uſum præbet 1.68
lactis utilitates 1.69
lactis ad ſiſtendam aluum & ad ſecer/nendum ſerum decoctio 1.70
lactis nutricis boni & uitioſi dignotio 1.157
lacti nutricis nimis craſſo attenuando 1.158
lac fluxiones ſiſtit 2.170
lactis aſinini uſus 2.267
lac bubulum renum ulcera repurgat 2.271
lactis potus ueſicæ ulceribus commo/dus 2.281
lactucæ marinæ 2.328
lappæ herbæ nomina & facultates 1.51
lapides rei medicæ commodi 1.59
lapides in colo 2.146
laſſitudinis uariæ curatio 1.166.167.168.169
lectio clamoſa quibus conferat 1.109
lentiginum calloſarum curatio 2.7
lethargicorũ adfectiones & cura 1.236
lichen quid 1.26
lichenes 2.12
lichenici paſtilli 2.13
lincurium, ſuccinum, electrum 2.263
lienis affectionum agnitio 2.211
lienis incrementum 2.212
lienteria quid 2.197

ligandorum uulnerum ratio 3.40
linguæ ancylosis unde 2.33
linguæ ranunculorum cura 2.34
linguæ inflammatæ desquamatæ ac tumentis illitio 2.34
liquida ac lubrica quæ prompte ſecedunt: præ cūctis obſonijs ſunt comedenda 1.39
lateris fomentum 1.179
lorum gurgulio, columnella uua 2.36
lumbricos latos interficit filix, ac item mori radicis cortex, & muris auricula 1.21.29
lumbrici quibus morbis medeātur 1.84
lumbricis educendis 1.139
lumbricis adſectorum deſcriptio 2.171
lumbrici quibus artibus educātur 2.173
lumbrici maligni 2.172
lumbrici lati 2.173
lumbricorum ſpecies qui coriæ & aſcarides appellantur 2.174
lupi ſtercus colicis utile 2.150
lycanthropiæ dignotio & cura 1.245

M

MAchærionis emplaſtrum polychreſton 3.81
Macularum a ſole prouocatarum exterſio 2.8.9
madefactionis & irrigationis diſcrimen 1.149
malagma Leucij & alia uaria tumoribus commoda 2.332.333
malus medica, citrium 2.322
mammillarum in puerperio uarie affectarum curatio 3.136.137
mania qualis ſit & eius curatio 1.239
maſtiche cum calida exhibita uentrem ſoluit 2.94
maturantia 1.92
maza quid 1.27
medici error lethalis 2.120
medicamenta quæ ex terra culta conficiuntur 1.56
medicamētorum ſimplicium, quænam ſint ſeſe præſtantiora 1.103
medicamenta adulterata quomodo dignoſcantur 1.103
mediocritas ubiq; optima 2.231
medulla omnis dura corpora mollit 1.82
mel ulcera repurgat 2.122
mel & ſapa è pectore educunt 2.58
melancholicorum adfectus & curatio 1.242.244
mela ſpecillum inſtrumentum 2.11
memoriæ deperditæ cauſæ & curatio 1.250
membra fortiora humores ad imbecillia depellunt 2.309
membrorum abalienatio 2.361
menſibus compeſcendis 1.41
menſes ſuppreſſos quæ ſequantur 2.71
menſium retentorum cauſa ſigna & curatio 3.143
menſibus exuberātibus ſiſtendis 3.147
menſtrua quo tempore inchoent, redeant, ceſſent: quantaq; copia del raritate fluant 3.118
mentagra impetigo fera eſt 2.15
mentagram citra cicatricis ueſtigium ad ſanitatem perducens 2.16
menti ſcabritiem pellentia remedia 2.12
menti manantibus eruptionibus remedia 2.12
menti et reliqui corporis tumoribus impetiginoſis 2.12
metallicorum nomine quæ contineantur 1.62
metallicorum enumeratio alphabetica à pag. 62. ad 67. tomi primi
methodi exhibēdorum poſt ſanguinis cohibitionem 2.78
milium improbatur 2.169
mogilali 2.33
mollientia 1.92
molares ne putreſcāt immobileſq; conſeruentur 2.24
morbis uariorum membrorum à febribus aſfectorum curandis 2.22
morbi ſoluti indicia 2.193
morbi morte finiendi dignotio 1.194
mortis tempus quibus in morbis prędici queat, in quibus non 1.194
mora immatura aluum fluidam adſtringunt 2.161
morbi principium eſt quādo humanis uiribus

uiribus ſuperatis decumbere incipitur 1.184.185
morbi exacerbatio eſt particularis eius motus in deterius 1.184
morbi remiſſio eſt particularis exacerbationis temporanea quędam quies 1.184
morbi incrementum ubi exacerbationes conſuetam horam præuenientes, longiores moleſtioresq; cum ſeuerioribus contigerint accidentibus 1.185
morbi ſtatus, uigor ſeu acumen, ubi nihil accedit uel recedit 1.185
morbi declinatio incremento opponitur 1.185
morborum qui iudicantur, qui nō 1.186
morbi criſios ſiue iudicationis indicia & dignotio, bonā ne an mala futura ſit 1.186
morbi dies critici ſiue iudicatorij 1.187
morbi pulſus quid indicent 1.187
morſos à cane rabido præſeruans & liberans 1.64
morſorum à cane rabido cura 1.251
morſum à cane rabido ſolum rumicem acidum curare 1.251
morſorum à cane rabido antidota uaria 1.252
morſorum ab homine remedia 2.360
morſorum à cane cura 2.360
morſorum à leone, panthera ac urſo remedia 2.361
morſorum à ſue aut apro 2.362
morſorum à fele 2.362
morſi à crocodilo 2.362
muſculis contractis remedia 2.117
muriæ uſus 1.82
mygale muris genus 2.366
myuros herba 2.240
myrobalanos glans unguentaria 2.219
N
NAſi & narium morbis ſanandis, ut ſunt polypus, ozænæ, ſanguinis eruptio 1.282
naufragorum reuocatio 2.54
Nechepſonis regis emplaſtrum polychreſton 3.84
nephreticorum urinæ 2.145
neruorum uulneratorū pharmaca 3.28
niues, grando, pruina, ex congelatis exhalationibus fiunt 1.143
noxij humoris cognitio 2.29
nuces ponticæ contra ſcorpium 2.370
nutrix infantis nuper nati qualis eſſe debeat 1.157
nutricis diæta 1.157
nutricis lacti nimis tenui incraſſando 1.158
nux rancida 2.2
nycteris herba 2.307
nymphæ & caudę pudendi inciſio 3.151
O
OBſtruentia 1.100
ocioſorum hominū diæta 1.164
oculorum cicatricibus attenuandis 1.8
oculorum nebulis & ulceribus extergendis 1.25
oculorum hebetudini emendandæ 1.25
oculorum infantium ſordibus purgandis 1.309
oculorum hebetudinis & obſcuritatis cauſæ & medela 1.312
oculorum diſtillationibus & inflammationibus adhibenda linamenta, cataplaſmata & collyria uaria 1.329.331
oculorum particulæ & peculiariū illis morborum nomina 1.290
oculorum morbis quàm maxime uarijs & multis curādis, toto lib. 7. quorum enumerationem habes pa. 288
odoratorum aliquot unguentorū confectio 3.178.179.180
œdema quid & quomodo curandum 3.71
œſypi conficiendi ratio 1.76
œſypum. i. lanæ ſuccidæ ſordes 2.88.92
oleorum diuerſorum cōfectiones & uſus à pag. 30. 1. tomi ad 37
oleum omphacinum quid 1.31
olei labruſcæ conficiendi ratio 1.32
olei roſacei conficiendi ratio 1.32
olei liliacei confectio & uſus 1.33
olea ſingula uariantur iuxta ſingulorū quæ imponuntur naturam 1.37
oleum lentiſcinum uetus nocuum 2.19

opij facultas ſtupefactoria 2.154.155
opiſthotonus quid 1.258
oris graueolentiæ medela 2.17
oris exulcerationis commodum 2.26
oris ulcerum quæ aphthæ & nomæ dicuntur, curatio 2.34.35
oris inflammationes 2.39
ori cõmodæ illitiones ſtomaticæ 2.40
oris illitionum omnium doctrina ſummaria 2.42
os uentris appellatione ſtomachi contineтur 2.119
oſſa petroſa 2.108
ouorum commoditates 1.79
oxallis ſpecies rumicis 2.230
oxypora nõ ſunt à cibo exhibenda 2.133
oxyporium citò penetrans 2.133.140

P

PAnacea Mithridatis 2.60
pæonia antidoti genus 2.72
palma elate 2.338
panacea ſiue ſtichus quid 2.66
paniceum cataplaſma 1.151
papularum eruptionum curatio 2.430
paracenteſis quid 2.234
paralyſis ſeu reſolutio quid 1.254
paralyſeos pharmaca 1.255
parituraram ſecundum naturam ſigna & adhibenda illis ſtudia 3.124
parulidibus ſeu gingiuarum inflammationibus 2.22
paſſerculi qui colicis conferunt 2.150
paſſer troglodytes 2.260
paſtillus ex croco iris appellatur 2.38
paſtillus Andronis 2.38
paſtilli uarij hæmoptoicis utiles 2.81.82
paſtillus Nymphodoti 2.90
paſtilli Amazonum compoſitio 2.113
paſtillus ſuffumigabilis 2.179
paſtilli Fauſtini 2.191
paſtillus magnus dyſentericorum 2.193
paſtillus ex acacijs & uctratis 2.318
paſſulæ eandem habent proportionem ad uuam, quàm caricæ ad ficus 1.38
patus ſudor pulueri admixtus 1.73
pectore ſuppurati qui græce empyici dicuntur 2.83
pediculorum omne genus corrumpentia 1.140
pediculis enecandis 1.23.32
pediculorum latorum origo & extirpatio 1.319
perinæon eſt intercapedo inter anum & ſcrotum 2.179
peripneumonia quid & eius remedia 2.87
peripneumonicus clyſter 2.87
peritomæon pellicula 2.205
permingentium ſeſe in ſomno antidotiariæ 2.277
perniones prohibet ſal cum melle tritum 3.63
peſſi ad abſceſſus uteri 3.167
peſtilentes morbi unde originem habent 1.214
peſtilentia futura ex temporum obſeruatione & brutorum infortunio prænoſci poteſt 1.215
phagi arboris uſus cõtra uiperas 2.408
phalangiorum genera 2.368
pharmacum duplicis aſpectus 2.15
pharmacum ſiccum Archigenis ad anginam 2.50
pharmaca uaria ulceribus applicanda 3.37
pharmaca farcitica 2.78
pharmaca euacuantia quãdo uehementer noceant 2.111
pharmacum ad refrigeratos 2.112
pharmaca concoctionem adiuuantia 2.131.132
pharmacum picatorum 2.164
pharmacum ex croco 2.317
pharmacum eroſiuũ ex lixiuio & ſpuma nitri 2.310
pharmacum ex oleo laurino 2.325
pharmacum ex metallicis. aliud ex uino & oleo. aliud ex euphorbio. aliud ægyptium 2.326
pharmacum Macherionis 2.327
pharmacum ex urina muli 2.335
pharmacum ex caſeo 2.346
philanthropos appellatur lappa 2.256
phœnicobalanus quid 2.116
phœnigmi cutem rubefacientes 2.196
phonaſci qui 2.55.58

phreni-

phrenitidis ſpecies 1,235
phthiſis quid, & quomodo illi medendum 2,88
phthiſeos malagmata uaria 2,89.90
pica mulierum appetitus uitioſus 2,128
picra pharmacum amarum 2,109
picræ ex aloe compoſitio 2,112
picrum pharmacum 2,126
pilis ne fluant præſeruandis 1,269
pilis in uarios colores mutandis 1,270
pilis deſtruendis & depilandis 1,271
pilis attenuandis 1,272
piſcium qui præſtantiores 1,79
piſcium diuerſorum deſcriptiones & uſus 1,80,81
piperis uſus 2,349
pituitæ prouocandæ 1,8
pituitæ à capite ducendæ 1,50
pituitę educendæ 1,118,121,122,126
pityidas uitet cui caput facile læditur 2,90
pituita ſalſa 2,213
pituitoſi humoris ſigna 2,312
pituitam gignunt ocium & ſocordia 2,312
pituitæ ſalſæ ſigna 2,313
pituitæ influxu laborātium cura 2,324
pituitam curat fames 2,324
pituitoſorum cibi 2,325
plantaginis ſuccus & aluū ſiſtit & lumbricos expellit 2,173
plantarum fricatio deſtillationi commoda 2,62
plantarū ragades ſcarificatione curantur 3,67
pletoricus morbus à multitudine 1,149
pleuritis ſiue laterum morbus 2,91
pleuriticorum epithemata, potiones & antidoti uariæ 2,93.94
pleuritis ſalſa 2,95
plumbi ſuccus quomodo fiat 2,319
pluuia & ros ex concretis exhalationibus fiunt 1,143
podagricis confert faba cum adipe 1,20
podagrici etiam quadrimi, unguentis ſanguine prius emiſſo curati 1.112
podagræ & arthritidis ſeu articularis morbi diſcrimen 2,308
podagræ generatio 2,308
podagricorum frictio ex oleo & ſale 2,314
podagricorū curatio methodica & uniuerſalis 2,314
podagricos conſeruans diæta & cura 2,313
podagricorum antidoti uariæ 2,348 340.350.351.352.353.354
podagricæ inflammationes non facile ſuppurantur 2,311
podagricorum cerata uaria 2,334.330 337.338
polenta cum uino diluto ſitim ſedat 2,117
polychreſta emplaſtra, id eſt ad plurimos uſus accommoda uſque ad finem libri 3,81
polyarchion uarium 2,195
ponderum ac menſurarū notæ & quantitas 2,440
poti podagricorum calli 1,153
potiones in febribus commodiores 1,222,228
potiones commodæ ſuſpirioſis uariæ 2,71
potiones hæmoptoicis commodæ uariæ 2,81
potus largior anhelis commodus 2,68
præcordialis morbus inflatiuus 2,123
prægnantes phimoſim habentes, mortem in pariendo non euadunt 3,17
præſeruantia ab omni beſtia uenenata 2,363
priapiſmus ſeu ſatyriaſis quid 2,288
principium morbi tandiu durat quandiu manifeſta coctionis ſigna nō apparent 1,184
propoma quid 2,149
pruritus remedia 2,425
pudendorum morbi 3,15,16,17
pueri quando literis tradendi 1,162
pulmoni obnoxia humiditas 2,87
pulmonis ulcera difficile curantur 2,88
puls quid proprie 1,39
pultes dyſentericis utiles quæ 2,181
pulſus ſerinus, hoc eſt, ſecantis quippiā

modo ſe habens 2.91
pupillis tenebroſis abſtergendis 1.26
purgatiua medicamēta ad articularem morbum accommoda 2.347
purgatio quibus morbis utilis 1.116
purgationi qui apti quiq; inepti 1.116
purgandis, humores craſſi attenuandi, & meatus aperiendi ſunt 1.116
purgatiua ſiue cathartica uaria, humoribus uarijs è toto corpore educendis, à pa.115.1.tomi uſq; ad paginā 135 quorum index copioſior eſt. pag.105 & 106. quàm ut hic ſingula repetere ſit opus.
purgatiua potione ſumpta quid fieri ſoleat 1.133
purgationes particulares fieri non debent, niſi procedente uniuerſali 1.135
purgatiuis non proficientibus quid addendum 1.130
purgatorum plus æquo cura 1.130.134
putrefacientia 1.93
putrefactoriorum aliquot & adurentiū medicamentorū compoſitio & uſus
pyriateria, uaporaria ſicca 2.231 (3.49

Q

QVartanariorum cura 2.399

R

RAdicis dulcis uſus 2.40
ramicis tam inteſtinorum q̃ inguinis ſanandi pharmaca uaria 3.à 20 uſque ad 27
ramicibus pudendi muliebris curandis
ranarum paluſtrium uſus 1.84 (3.174
rarefactoria 1.93
recremēta in inteſtino recto lapideſcentia 2.137
refrigerantia 1.90.102
rhodij medicamenti confectio 3.36
rhus pro lycio quomodo præparet 2.28
rei ueneræ & ſobolis procreatiōi commoda 2.293.294
remedia uaria ad oris cruſtas, inflāmationes, aphthas, carcinomata & ſimiles adfectiones 2.46.47
remedia parabilia ad inflāmationes nō admodum feruentes 2.322
renale unguentum, malagma & emplaſtrum 2.258
renum munus proprium 2.253
renum calculo laborantium diæta 2.258
renum inflāmationis generatio 2.268
renum dolor pulſatilis 2.268
renum dolores ſedans potio 2.269
renum duritiei agnitio 2.270
renum ſuppuratio 2.270
renum & ueſicæ exulceratæ remedia uaria 2.284.285
renum & ueſicæ uitio laborātium diæta 2.286
reprimentia eminentias 1.93
ructus acidus quid deſignet 2.197
ruffum Aliei polychreſton 3.84
rumicis herbæ uſus 1.251
rupturis & conuulſionibus inſigne præſidium 1.9

S

SAles uarij cōcoctionē iuuātes 2.134
ſalis ſpumæ uſus 2.221
ſaliua humana uenenoſis reptilibus aduerſatur 1.74
ſanguinis eruptioni in arteriæ inciſione ſiſtendæ 1.115
ſanguinis fluxioni ab irudĭnibus factæ ſiſtendæ 1.115
ſanguini purgando 1.120
ſanguinis menſura pro ægritudinis magnitudine & uirtutis robore euacuanda eſt 1.113.114
ſanguinis detractio repetita 2.49
ſanguinis reiectatio 2.73
ſanguinem è renibus fluentem ſiſtentia 2.252
ſanguinem mingentes 2.253
ſanguinis à capite deſtillantis figura 2.75
ſanguinis eductio à capite 2.75
ſanguinis eductio ex alijs pectoris partibus ibidem
ſanguinem ob deſtillationem expuentium curatio 2.76
ſanguinem expuētium ob frigiditatem organorum reſpirationis 2.76
ſanguinem ex pulmone reiectantiū ob quancunq; cauſam curatio 2.77
ſanguinem à ſtomacho aut uētre cum uomitu

uomitu reiectantiũ uena humeralis incidenda 2.77
ſanguinem reijcientiũ pharmaca compoſita 2.80
ſanguinem reijcientium pharmaca ſimplicia 2.80
ſanguinem ſiſtentia 2.184
ſanguinei humoris influẽtis ſigna 2.311
ſanguinis copia ægrotãtium cura 2.315
ſanguineis fluxibus euacuatorum cura 2.317
ſanguinis ex arterijs aut uenis eruptioni ſiſtendæ 3.76
ſanitatis gradus 1.155
ſanitatis recens nati infantis argumenta 1.156
ſapa 2.19.56
ſapones caput denſantes 1.265
ſaponis gallici uſus 2.427
ſapore humores cognoſci 2.29
ſaporum diſcrimina & dignotio 1.1
ſaporèm debilem habentia 1.2
ſatyricæ mulieris diæta 3.162
ſcabiei & impetiginibus exterendis 1.12.32.48.62
ſcabioſis ſuccurrit radix rumicis 1.251
ſcarificationem pręcedere debet totius corporis euacuatio 1.115
ſcarificationis utilitas 2.91
ſcroti adfectiones 3.18
ſcytala chalcidica animal 2.376
ſectionem aut purgationem non tolerantium cura 2.320
ſedes procidens muria ſouenda 3.12
ſemen arcentia 1.94
ſeminis profluuij antidoti & epithemata uaria 2.289.290.291
ſemen genitale extinguentia 2.291
ſenibus quæ uina conferant 1.163
ſenum diæta ſiue ratio uictus 1.162
ſeroſa ſuperfluitas ex omnibus humoribus eſt 2.313
ſerum lactis diebus canicularibus ſolũ cæteris medicamentis ſuſpectis tutò medetur etiam pueris ſenibus mulieribus 1.71
ſeui & adipis diſcrimen & uſus 1.82
ſicca frigidum gignentia 1.96
ſiccitas in ægrotis ferè incurabilis 2.162
ſiccum magnum 2.354
ſigna primorum menſium, ſeminis & concipiendi temporis in uirginibus prænuncia 3.118
ſimplicium medicinarum facultates uariæ à pagina 89. ad 103. tomi 1. quarũ catalogus in fronte libri 2. ſcribitur.
ſimplicia iuxta humorũ miſtorum proportionem componenda ſunt 1.111
ſimplicium cognitio ad quid ualet 2.56
ſimp. adſtringentia & obtũdentia 2.187
ſingultus cauſſæ 2.105.106
ſinuum in ulceribus curatio 3.51
ſiphon inſtrumentum ſuſorium 2.363
ſiſtendo ſanguini 1.22.65
ſiti extinguendæ 1.4
ſitim ſedantia 2.104.105
ſmegma metaſyncreticon 2.354
ſomno conciliando 1.8.24.32
ſomnus diurnus quibus utilis 2.169
ſorbitio ad ſuppreſſam uocem quæ etiam phonaſcis conuenit 2.58
ſpecillum latum ſpathomela 2.15
ſpinter quid 2.141
ſphæritis quid 2.344
ſphæris 2.36
ſpinarum aut oſſium deuoratorum extractio 2.54
ſplanchnon, hypnon, bryon idem 2.338
ſpleniolorum uſus 2.16
ſplenis intemperierum cura 2.213. & reliquis uſq; ad 227
ſplenis inflatio 2.214
ſplenis inflammatio 2.215
ſpleni cõmoda ſunt adſtringentia 2.215
ſplenis in ſcirrhum indurati cura 2.216 & 217
ſplenis conſumpti exemplum 2.219
ſplenis affectione frigida uentris uero calida laborantium cura 2.225
ſplenicorum quos tuſsis infeſtat curatio 2.226
ſplenis in magnitudinem excreſcentiæ cura 2.227
ſplenicorum uſtio & diæta 2.225
ſpongiæ fomentatio 1.148
ſpongitis herba 2.179

ſputi multitudo ſtomachum affligens 2.103
ſteatomatum à ſtruma, atheromate & meliceride differentia 3.78
ſtellarum ortu occaſuq́ ſuo aerem ac uentos immutantium, enumeratio, cum tempore ortus & occaſus earũ 1.144
ſtercus canis oſſibus paſti, anginę et dyſenteriæ medetur 1.74
ſtercus pueri, lupinis, pane optimo & uino antiquo cibati inflam. ſanat
ſtercus lupinũ colicis cõfert 1.75 (1.75
ſtercus caprinũ tumores induratos diſſoluit 1.75
ſtercus bubulũ hydropicis cõfert 1.75
ſtercus ouinum, uerrucas, formicas, clauos, callos ſanat 1.75
ſtercus columbinum uarijs morbis adhibetur 1.76
ſtercoris gallinacei uſus 1.76
ſtercori educendo 1.121.122
ſtercus caninum 2.47
ſtercus humanum 2.47
ſtercus gallinacei ad anginam 2.51
ſtercoris ciconiæ uſus 2.346
ſterilitatis cauſæ & remedia 3.129.133
ſternutatoria 2.63
ſternutationibus reprimendis 1.287
ſtomacho infeſta 1.99
ſtomachum roborantia 1.99
ſtomachi imbecillitas quomodo corrigatur 2.102
ſtomachus exolutus 2.103
ſtomacho exuſti & ſiticuloſi 2.104
ſtomachi affectionum pharmacũ 2.106
ſtomachi imbecillitas ex ſupinitate & ſubuerſione 2.109
ſtomachus per cõſenſum reliquis membris prius affectis ægrotat 2.110
ſtomachi adſtrictio 2.118
ſtomachi inflammatio 2.120
ſtomachis inflammatis commoda cerata, cataplaſmata, & epithemata uaria 2.120.121
ſtomacho exulcerato 2.122
ſtomomatis ferrum 2.218
ſtomatica pharmaca ori cõueniũt 2.40
ſtranguriæ, dyſuriæ & iſchuriæ diſcrimen 3.146
ſtrumarum differentiæ & curatio 3.75
ſtruthia mala cotoneorũ malorum ſpecies 2.131
ſtupefacientium commoditas & nocumentum 2.145
ſtupefacientia medicamenta periculoſa 2.322
ſtupefactionis unguenta recalfactoria 2.323
ſtymmata, ſpiſſamenta 2.194
ſubuerſio ſtomachi 2.109
ſuccorum amarorum facultas 1.5
ſuccorum acrium facultas 1.5
ſuccum melancholicum gignentia 1.96
ſuccũ mediũ inter craſſum & tenuem gignentia 1.96
ſuccum uiſcidum generantia 1.96
ſuccum bonum facientia 1.97
ſuccum malum generantia 1.98
ſudoris moleſtia 2.5
ſudores coercentia 2.99
ſudorem cohibens cataplaſma 2.100
ſuffitiones uenenatas beſtias abigentes 2.363
ſuffocatorum reuocatio 2.54
ſuffocationi uteri curandæ pharmaca uaria 3.152
ſuffumigiorũ uariorũ cõfectio 3.181.182
ſuffuſiones ſanguinis 2.1
ſuperciliorum ornatus 2.1
ſuppurantia 1.92
ſuppurationes quæ iuuent 2.44
ſymphonus confectionis genus 2.67
ſyncopes febris peſtilẽtialis reme. 1.216
ſyncopes cauſæ uariæ 1.218
ſynochi febris putridæ deſcriptio & curatio 1.201

T

Tabis generatio 2.61
talus bouis 2.32
tarde ad ſeceſſum tranſeuntia 1.100
temperatura æqualis & inæqualis quid 1.172
temperaturarum ſeu qualitatũ corporis humani & partium eius ſigna à pag. 172. 1. tomi uſq́ ad 178

tempe-

temperaturarum excedentium cura 1.178.179
tempora morborum quatuor 2.329
teneſmus quid 2.176
teneſmi cura 2.178
tendines nerui 2.310
tenuibus partibus conſtantia 1.92
terebinthina quomodo uratur 2.405
terrorẽ aquæ ob nimiam ſiccitatem gi/gni 1.251
terræ definitio & uſus 1.55
terrarum quæ medicinæ adhibentur fa/cultates 1.57
teſtudinis uſus ad pruritum 2.426
tetanus articulorum ſpecies 1.258
tetrapharmacum ſeu antidotus ex qua/tuor 2.352
tõſillarum inflammationes 2.43
tonſillarum ulcera cruſtoſa & peſtilen/tia 2.45
tumoribus crudis maturandis 2.18
tumorum durorum poſt humorũ flu/xiones male curatas relictorum cura 2.330
tumorum crudorum & incoctilium cu/ra 2.330
tuſſis cauſæ 2.61
tuſſis antidota uaria 2.64.65
tuſſis dolorem leuantia pharmaca 2.66
tuſſis ſuffumigationes 2.67.68
thychir pharmacum 2.262
thymorum ſpecies & curatio 3.815

V

Vapores uarios gignentia 1.6
uarices quomodo ſecandæ 3.68
uenæ in ſectione quæ prouidenda 1.112
uenæ inciſio quibus neceſſaria 1.112
uena quibus corporis in partibus reſpe/ctu membri affecti ſecanda ſit 1.113
uena quomodo incidenda 1.113.114
uena in ęgris quo tempore ſecãda 1.114
uenæ inciſæ iteratio quomodo facien/da 1.114
uenarum apertio 2.74
uenæ tali inciſio 2.45
uenarum rupturæ agnitio 2.74
uenarum corroſio 2.74
uenæ abundantiũ ſanguine ſectio 2.315
uenæ incuruæ & eleuatæ ex membris fluxione infeſtatis auferendæ 2.316
urinę ſuppreſſio quando incurabilis.
uena caua in utero quæ 3.118 (2.277
ueneni bibiti remedia 2.186
uenus immodica quos adferat morbos, moderata quibus medeatur 1.110
uenus omnibus morbis q̃ à pituita pen/dent, optima eſt 1.110
ueneri profuturæ præparanda 1.111
uenter promptuariũ eſt 2.124
uentris profluuio cohibendo 1.10
uentris flatus, cucurbitula, umbilicum abſq; ſcarificatione amplexa 1.71
uẽti ex terræ effumationibus ſiccis ſeu uaporibus fiunt 1.143
uentorum qualitates 1.143
ueſica bilis ſuſceptrix 2.228
ueſicæ ſcabioſæ remedium 2.275
ueſicæ diſſolutæ accidentia 2.276
ueſicæ inflãmatione laborantibus quæ accidant 2.278
ueſicæ ſanguinolentæ curatio 2.279
ueſicæ ſanguinem ſiſtentia 2.279
ueſicæ tubercula 2.280
ueſicæ ulcera inſanabilia quæ 2.281
ueſicæ cicatrices uim generandi per/dunt 2.283
ueſicæ fluxiones uariæ 2.287
uermibus interficiendis 1.7.25.27
uermibus interimendis 1.13.32.46
uerrucis formicis & clauis curandis 3.9
uertiginoſis quid accidere ſoleat, & eo/rum cura 1.238
uictus tenuis loco uenæ inciſæ 2.19
uinũ craſſos humores attenuãs & eua/cuans quale & quibus 1.292
uini largi & modici nocumenta 2.75
uina factitia 2.86
uinum quouſq; cardiaco exhibendum
uinum corpora firmat 2.104 (2.101
uinum ſcybelites quid 2.134
uiperæ edendæ coctio 1.85
uiperarum eſus 2.351
uiperæ maris & fœminæ deſcriptio 2.371.394
uiſum acuit ruta 1.44
uiſui acuendo collyria 1.346

uitiliginum remedia 2.433
ulceratæ uirilium glandi 1.7
ulcerum uariæ ſpecies, ſimul & eorum curandorum ratio 3.36
ulceribus uteri curandis 3.169
ulcerum bullis ſanandis 3.60
ulcuſculorum nocturnorũ curatio 3.60
unguenta odorata quibus conueniant
unguentum ſyriacum 2.333 (1.36
unguenta uaria morbis uariјs cõferentia 2.340.341.342.343.344.345.346.347
unguium uitiјs curandis 3.65
uolucrũ quę quibus eſui humano commodiores ſint 1.78
uoluuloſa ſtomachi ſubuerſio 2.113
uoluulus quid 2.140
uoluuli ex cõuulſiõe aut ruptura oborti, uenæ curantur 2.143
uoluulo cõmodæ potiones uariæ 2.142
uomentium decubitus 2.114
uomitoria in ãgina, ad anginã 2.51.2.52
uomitorium octaobolum 2.70
uomitorium ex elaterio 2.96
uomitoria qualia eſſe debeant 1.130
uomitus quibus morbis conducat 1.130
uomitum cientia 2.247
uomitus à raphanis 2.166
uox rauca quomodo intercipiat 2.61
uocis læſę cauſa 2.55
uociferatio quibus morbis medeatur
ureteres meatus 2.256 (1.108
urinæ & menſibus ciendis 1.10.16.17.24.26.40.49
urina ſcabiem & ulcera plurimo humore & ſordibus abundantia abſtergit
urina, uariarũ dignotio 1.189.190 (1.74
urinam cientia 2.247.2.275
urinæ profluuionis uaria nomina 2.250
urinæ cruentæ excretio 2.252
urinam ducentia 2.255
urinæ ſuppreſſæ remedia 2.276
uſtio cœlialis aſſumenda 2.167
uteri, teſtium & pudendi mulierum deſcriptio, ſitus & quantitas 3.116.117
uteri reuocatio, auerſio, aut recurſus quid 3.158
uteri affectionibus uariјs curandis 3.155
uteri inflãmationis cauſæ, ac illius à retractione eiuſdem diſcrimen 3.162
uteri uẽto inflati indicia & curatio 3.159
uteri ſcirrhomatibus curãdis peſſi 3.165
uteri cancris ſedandis 3.171
uteri imperforati apertio & cura 3.172
uteri calculis & hæmorrhoidib. curãdis
uua, gurgulio, colũnella lorũ 2.36 (3.173
Xanthium eſt lappa 2.256
Zador idem eſt quod zedoaria 2.265
zopyros antidoti genus 2.72

FINIS

BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA, PER HIERONYMVM FROBENIVM ET NICOLAVM EPISCOPIVM MENSE AVGVSTO ANNO M D XXXV

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

FRO BEN.